185, 9. Marklandum recte reprehendit Reiskius, ipse ab eo deceptus in illis quæ dicit de novem talentis, quæ aut vera sunt aut falsa; certe nil ad Lysiam. Prima ταῦτα in ἄθυτα mutat Marklandus, eodem manente sensu; etiamsi vertendum esset; ut contendit, ἄθυτα, *quæ non erant faciendu:* quum debuisset, *non facta*, ut p. 175, 34. Deinde ἱερὰ ἄ. τριῶν παλ. etc. verte, *pars sacrorum, quæ constitisset tribus talentis, non facta est.* (ἄρτος ὀβολοῦ est vel nostrum *a penny loaf*, vel *a pennyworth of bread.* Ar. Eq. ὀβολοῦ κοριάννοις. Lys. p. 903. Reisk. ὁλκάδα δυοῖν ταλάντειν, *a cargo worth two talents.* Epictetæ testamentum in Mus. Veron. p. 24. v. 181. 187. τυροῦ —στατῆρος, *a stater's worth of cheese.*) Eo magis mirere Marklandi errorem, quod mox ἓξ ταλάντοις, in quo consistit loci difficultas, si qui tamen est difficultas, optime defenderit, *by six talents.* Nil dicit Lysias, de ipsa summa, sed loquitur de differentia tantum. Hoc dicit: *infecta fuit pars veterum sacrorum, ad tria talenta; erogata sunt et consumpta sex talenta, in novis sacris. Si, peractis veteribus, a novis abstinuissemus, τρία ἂν περιεγένετο.* Nos, *we should have been three talents in pocket.* En satis verborum ad probandum 6=3 +3.

[181] 185, 13. Malim, καὶ ταύτας ὁ ἱερ.—ὡς εἰς εὐσέβειαν—.

185, 20. Malim, ἡ βουλὴ ἡ ἀεὶ βουλεύουσα. Vide ad Demosth.

185, 25—32. Hiulca oratio. Eadem fere c. Epicrat. p. 178, 11—23. unde huc illata suspicor. Abrupta nimis mentio κλοπῆς, quæ proprie nihil ad Nicomachum; aptissime contra cohærent, εἰς ἀποφίας καθίστασι, v. 25. et ἠδίκημεν etc. v. 33. Deinde κλοπὴ inducitur, ut novum argumentum, v. 25. Ceterum cum 185, 25. προσέχουσι τ. νεῦν confer p. 186, 28.

185, 28. τὴν natum puto ex ἐσχάτων.

186, 7. Marklandi, αὐτοὺς—πιστεύετε, Hellenisticum esse suspicor. Malim, αὐτοί.

186, 8. ὃ δὲ πάντων δεινότατον [ὅτι] E ms. ὅτι addit Bekk. Sed tum vereor ne leg. τὸ δὲ, ut p. 178, 41. Vide hic ad 183, 43. c. Diogit. p. 907. R. ὃ δὲ π. δ. οὗτος γὰρ—.

186, 12. ὑπὲρ τοῦ δήμου κρίνεσθαι. Friget κρίνεσθαι. Sensus forsan, *ut piaculum* (κάθαρμα) *in malam rem abilegari.* Verbum non reperio. An excidit ξενίας?

186, 15. Malim, περὶ μὲν τούτου. *de ipso reo.* Eadem menda p. 182, 11 et 168, 24.

186, 20. δεῖσθαι [ὡς χρὴ] παύσασθαι. Suspect. Ceterum confer c. Alcib. I. p.

141, 25. unde firmatur lectio Bekkeriana ζητοῦσιν. Confer et c. Philon. p. 190, 1. An leg. πεῖσαι ὡς χρὴ, ut ante ζητοῦσι rursus subaudiatur πεῖσαι? Sententia: Patroni a reo non impetrarunt, ut legibus obediret; ne vos exorent ne puniatis.

186, 22. ὥσπερ ἂν—ἐρᾶτε. *whatever exertions you see them make.* Sed malim abesse ἄν. *quomodo nunc videtis.*

186, 22. Confer Alcib. I. p. 141, 23.

186, 23. ὅτι [οὔτε Νικόμαχος οὔτε] τῶν αἰτησ.

186, 28. *Accusatores non exorarunt patroni; ne vos, judices, exorent.* Eadem supra c. Epicrat. p. 179, 3. et c. Philon. p. 189, 43.

In fine. Malim, τὰ κατὰ τὴν πόλιν ἅπαντα. Hic p. 94.

XXXI. ΚΑΤΑ ΦΙΛΩΝΟΣ ΔΟΚΙΜΑΣΙΑΣ.

[183] 187, 5. Male τοῦ λόγου Marklandus. *if in my speech I should fall short of the charge.*

187, 7. An, sine πάνταν, leg. et disting. ἐνδεῶς μὲν γὰρ, δι' ἀπειρίαν, τῶν τούτῳ πεπρ. ut constructio sit, εἰρηκὼς ἂν εἴην ἐνδεῶς μὲν τῶν etc. Imo debebam, διὰ τὴν ἐμὴν ἀπειρίαν. Sed suspectam habeo vocem ἀπειρίαν. An possit significare *immensitas* (quod est apud H. St. sine auctore) nescio; sed dixisset orator potius μέγεθος vel ὑπερβολήν. Aliquando suspicabar legendum, ἐνδεῶς μὲν, δὲ ἀ[illegible] τῶν πεπρ[illegible]. Quæ verba fere occurrunt alicubi in Lysia.

[185] 187, 13. ἐπιθ. τούτου, scil. τοῦ εἶναι πολίτας. Ineptissime Marklandus τοῦ ἴσον.

187, 31. ἔτυχέ τινες. Isocr. jungit plus semel.

187, 33. Malim, ἢ συγκατελθεῖν ἐργασάμενός (vel — σάμενός) τι τῶν κοινῇ τῇ πόλει συμφ. ut p. 190, 2. vel τῇ π. κ.

187, 35. καὶ γὰρ — Imo καίτοι, ut Bekkerus, vel saltem καὶ μὴν —.

187, 42. δυναμένοις μὴ ἀδικεῖν. Om. μὴ ms. Nescio an recte Schottus, totum μὴ ἀδικεῖν delens.

188, 7. In re desperata, tento: συγκατελθεῖν· [ἀλλὰ ξένον ἐποίησεν αὐτὸν,] (vide p. 187, 29. 30.) καὶ ταῦτα φύσει ἀστὸς γενόμενος. (*Vir maximus* apud Taylorum, qui etiam sine ms. ἀστὸς detexit, videtur esse Bentleius.) Sed ut verum fatear, exspectarem potius ὤν, quam γενόμενος: omnino vide c. Alcib. I. p. 143, 20.

188, 25. ὀλίγα μὲν τῶν ἐπιτηδείων ἔχοντες, ἀναγκαῖα δὲ,—Si sensus est, *pauca quidem, sed quod esset satis*, addendus videtur articulus, τἀναγκαῖα δέ. Sed vel sic ultima supervacanea. An, ἀνεχόμενοι δὲ—.

188, 28. [αὐτὸν] δι' αὐτὸ — Vel αὐτῷ cum Reisk.

[187] 188, 42. ἂν ποιήσεντα. Lege ἂν ποιήσαντα, vel dele ἄν.

188, 43. *Mater a liberis* μηδ' ὠφελουμένη μεγάλα ἔχειν ἠγεῖσθαι. Saltem μηδὲν, alias sensus erit aut nullus aut oratoris menti contrarius. Sed malim, μικρὰ ὠφ. nisi mavis μικρὰ ἢ μηδὲν ὠφ. Deinde dele ἔχειν.

189, 12. An servandum ποικρῶς, mutata distinctione: κίνδυνος καὶ, τοὺς χρηστοὺς ἐὰν αἰσθάνωνται (οἱ πολῖται scil.)

189, 19. Pro ἀπορίας conjiciebam τιμωρίας. Sed nescio an aliquid desit, ut hæc non ad Philonem, sed ad civitatem spectent. Vide mox p. 189, 43.

189, 27. σφόδρα γ' ἄν. An l. ἢ σφόδρα γ' ἄν? Cave autem interroges post ἑτέθη.

189, 32. Non puto mutandam mss. lectionem κολάσετε. Imo necessario, si vera est obs. Porsoni Opusc. p. 33.

189, 33. ἐδείχθη ἀμφ. ταῦτα. Intelligerem εὑρέθη, ἐπεράχθη, ἐιομίσθη, etc. Alienum δεδεικται, de quo mss. ad Dem. Ind. Deinde malim κακοῖς δὲ — Ceterum notandum παρασκευῆς, bono sensu. Vide p. 187, 4.

189, 40. καὶ οὕτω συντιμηθῆναι. An, ἢ καὶ ἐπωσοῦν τιμηθῆναι? *to be rewarded before them, or indeed be rewarded at all.*

189, 45. τὰ ἆθλα αὐτὴ ἡ πολιτεία ἔκειτο. Lege, πόλις. Hic p. 94.

190, 3. Lego et distinguo, — μέναν, μόνος δὲ, ᾗ β. ut ἧς non minus ad τυχὰν quam ad τυχεῖν referatur. Etiam ad ἀπεστέρησεν repetendum τῆς β. Sana omnia, legas modo διαμαχόμενος cum Markl.

[189] In fine. κοινὰ παραδείγματα. Tentabam, ἱκαιὰ, vide fragm. ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ init. Sed nunc vix dubium, quin mendosum sit παραδείγματα. Sensus videtur, *commune malum.*

XXXII. ΚΑΤΑ ΔΙΟΓΕΙΤΟΝΟΣ.

Oratio habita post finem belli Peloponnesiaci, vide p. 896-7.

p. 896, ult. ed. Reisk. φεύγειν [αἰσχρὰς] δίκας (δίκη αἰσχρὰ pro Mantith. p. 146, 38. Ἀπολ. Δαρ. p. 163, 15.), vel potius specialis vox deest, puta ἐξούλης. Vulgatam defendit Isocrates Trapez. 69.

896, 8. ἀθλίως ἐκπεπτωκότες. Hic supplendum, vel etiam addendum, τῶν ὄντων. Sed vel sic vix placet rerum ordo. An transp. οἰκτρῶς — ἐκπεπτωκότες post μητέρα? An potius corrupta vox ἐκπ.

901, 4. τὸν ἕξιν καταλιπεῖν. Ambiguum. Verba sonant potius, *rem*, vel *opes*, quam

vitam. Malim igitur λιπεῖν.

905, 3. ὅποι τρέψειε correxi ad Plut. 1013.

905, 9. Forsan, οὐκ ἀναλώσας πέντε καὶ δέκα μνᾶς, ἐκ π. δ. τὸ μὲν ἥμισυ αὐτῷ τίθησι, τὸ δὲ τούτοις λελόγισται, partim cum Reiskio. Pro πέντε καὶ δέκα (vel quicunque fuit numerus) facile supponi potuit πέντε καὶ εἴκοσι, ex prava correctione, cum jam mutilus esset locus. Possis etiam, οὐκ ἀναλώσας πλεῖον ἢ εἴκοσι μνᾶς, ἐκ π. δ. ὧν τίθησι, τὸ ἥμισυ τούτοις λελόγισται.

[191] 906, fin. Malim, μισθῶσαι — ἀπηλλαγμένον — πριάμενον. Nominativus non defendi potest e p. 173, 8. (si ibi disting. παρέλιπον, ἀδικοῦντες ὑμεῖς) neque e Porsono ad Orest. . Sed vide an sit anacoluthon, ut procedat constructio, quasi fuisset ἐδύνατο pro ἐξῆν αὐτῷ. Supra c. Philon. p. 188, 14. εἰσενεγκεῖν et ὁπλίσαι defendi possunt, quasi præcessisset καταστῆναι. Imo sana videtur vulgata, i. e. ἀπηλλαγμένοις et πριαμένοις, ut constructio transeat, quasi fuisset, ἐξῆν αὐτῷ ποιεῖν κατὰ τοὺς νόμους, οἷ κεῖνται τοῖς ἐπιτρόποις, μισθῶσαι — ἀπηλλαγμένοις —.

908, 1. Malim, τὸ ἥμισυ τούτοις ὀφανοῖς οὖσι.

908, 12. Optime Bekkerus, ὅπῃ μὲν— ῥᾳδίως δ'—. Nos, *he has nothing to do but to score up the outgoings to them, and pocket the returns himself.*

XXXIII. ΟΛΥΜΠΙΑΚΟΣ.

[193] Habita Olymp. 98, 1. Vide Diodor. apud Taylor.

P. 912, 3. Viri docti, γενήσεσθαι, vel ἂν γενέσθαι. Possis et γίγνεσθαι.

913, pen. φιλονεικεῖν μέν ἐστιν εὖ πραττόντων, γνῶναι δὲ τὰ βέλτιστα, τῶν αὐτῶν. An, τῶν τἀναντία? Nempe πραττόντων. Similis sententia, Isocr. Areopag. §. 3.

914, init. Debebat, ἡ μὲν ἀρχὴ—τὰ δὲ τῶν Ἑ.—τῶν δὲ χρημάτων—.

914, 13. καιομένην τὴν Ἑλλάδα—Malim, καιομένων.

914, 16. ἀπόξθητοι Lacones. Docta Marklandi nota: adde Antiphanem Athenæi XV. p. 681. C. Ceterum ineptit R. κεκτήσεσθαι corrigens. Nos, *that the liberty they have acquired will be eternal.*

916, antep. ὕβριν κωλῦσαι. Malim κολάσαι.

XXXIV. ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ.

[195] Pacis tempore.

917, 6. διὸ δὴ. Nil ineptius. Lege, πρότερον δὶς ἤδη· καὶ τούτων μέν—. δὶς ὑμᾶς κατεδουλώσατο Theramenes, p. 127, 23. ὀλιγαρχία δὶς κατέστη, Δημ. κατ. Ἀπ. p. 174, 13. Isocr. Antidos. 342. de Pace 64. 149. Lochit. 14. Sic καὶ, 103, 6. 110, 20. 156, 19. 172, 35. 174, 33.

918, 1. Frustra mutat Reisk. Vide p. 174, 37.

918, 5. οὔτε ἡλικίᾳ. Recte opinor Marklandus, οὔτε πλούτῳ. Alterum sumpsisse videtur Stephanus e p. 149, 40.

918, 5. An, ἐκποιήσαμεν?

921, ult. Deesse aliquid viderunt omnes. An, εἶτα τοὺς τῶν ἡμῖν ὑπαρχόντων ἀντεχομένους ἐρωτῶσι. Per τὰ ἡ. ὑπάρχοντα intelligo τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν. Ceterum confer Isocr. Archid. 67.

922, 7. Lego, ἐὰν μὲν πείθω,—Μαντ. τὴν αὐτῶν οἰκοῦντας—sine ceteris quæ e seqq. fluxerunt. Deinde ἴσασιν γὰρ ἐκεῖνοι, ὅτι—Recte expl. Reisk.

923, 6. Lege, τοσούτῳ ἧττον ἐπιθυμ. cum Reisk.

Frag. κγ'. v. 9. Dele syllabam male geminatam, et lege, δίκαιος δ' εἴ μηδὲν π.

Decemb. 28. 1822.
Iterum legendi finem feci Jan. 22. 1823.

TABULA

EORUM QUÆ CONTINENTUR

IN

TOMO SECUNDO.

Taylori Præfatio ad Editionem Londinensem . . 1
Marklandi Præfatio Conjecturis ipsius ad Lysiam præmissa 21
Reiskii Præfatio 23
Lysiæ Vita a Tayloro conscripta 32
Λυσίου Βίος ἐκ τῶν Διονυσίου Ἁλικαρνασσέως . 61
Λυσίου Βίος κατὰ Πλούταρχον 84
Λυσίου Βίος, ex Photio 86
Λυσίου Βίος, ex Suida 89
Λυσίου Βίος, ex Lexico inedito Eudociæ . . . 89
Testimonia Veterum de Lysia 90
Taylori Lectiones Lysiacæ 94

Α. Λυσίου ὑπὲρ τοῦ Ἐρατοσθένους φόνου . . 161
Β. Λυσίου Ἐπιτάφιος τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς . 184
Γ. Λυσίου πρὸς Σίμωνα 223
Δ. Λυσίου περὶ Τραύματος ἐκ Προνοίας . . 239
Ε. Λυσίου ὑπὲρ Καλλίου ἱεροσυλίας . . . 249
ς. Λυσίου κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας . . . 256
Ζ. Λυσίου Ἀρεοπαγιτικὸς ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ . . 291
Η. Λυσίου πρὸς τοὺς Συνουσιαστὰς κακολογιῶν . 309
Θ. Λυσίου ὑπὲρ τοῦ Στρατιώτου . . . 320
Ι. Λυσίου κατὰ Θεομνήστου Α. 331
ΙΑ. Λυσίου κατὰ Θεομνήστου Β. 347
ΙΒ. Λυσίου κατὰ Ἐρατοσθένους 351
ΙΓ. Λυσίου κατὰ Ἀγοράτου 385
ΙΔ. Λυσίου κατὰ Ἀλκιβιάδου Α. 423
ΙΕ. Λυσίου κατὰ Ἀλκιβιάδου Β. 442

Ις. Λυσίου ὑπὲρ Μαντιθέου 450
ΙΖ. Λυσίου περὶ δημοσίων χρημάτων . . . 459
ΙΗ. Λυσίου ὑπὲρ τῶν τοῦ Νικίου ἀδελφοῦ . . 465
ΙΘ. Λυσίου ὑπὲρ τῶν Ἀριστοφάνους χρημάτων . 474
Κ. Λυσίου ὑπὲρ Πολυστράτου 499
ΚΑ. Λυσίου δωροδοκίας Ἀπολογία . . . 515
ΚΒ. Λυσίου κατὰ τῶν Σιτοπωλῶν . . . 523
ΚΓ. Λυσίου κατὰ Παγκλέωνος 531
ΚΔ. Λυσίου ὑπὲρ τοῦ Ἀδυνάτου 537
ΚΕ. Λυσίου δήμου καταλύσεως Ἀπολογία . . 547
Κς. Λυσίου κατὰ Εὐάνδρου 560
ΚΖ. Λυσίου κατὰ Ἐπικράτους 570
ΚΗ. Λυσίου κατὰ Ἐργοκλέους 576
ΚΘ. Λυσίου κατὰ Φιλοκράτους 582
Λ. Λυσίου κατὰ Νικομάχου 586
ΛΑ. Λυσίου κατὰ Φίλωνος 603
ΛΒ. Λυσίου κατὰ Διογείτονος 616
ΛΓ. Λυσίου Ὀλυμπιακὸς 627
ΛΔ. Λυσίου περὶ τῆς Πολιτείας 631

Λυσίου Ἀποσπάσματα 637
Λυσίου Ἐπιστολῶν Ἀποσπάσματα . . . 665
Λυσίου Ἀποσπασμάτια ἄδηλα 666
Addenda Fragmentis 671
Variantes Lectiones ad Lysiæ Orationes . . 673
Index Græcitatis Lysiacæ 701
Index Regiminum a Tayloro conscriptus . . . 702
Index Historicus 768
Index Geographicus 771
Index Auctorum, qui in hac Lysiæ Editione emendantur 772
Index locorum Novi Fœderis quæ a Marklando illustrantur 774
Consensus paginarum Editionis Reiskianæ Lysiæ cum paginis et versibus Editionis Tayloranæ primæ seu Londinensis 775

PRÆFATIO TAYLORI

AD

EDITIONEM LONDINENSEM.

TANDEM nova hæc Lysiæ Editio, benevole Lector, serius fortasse quam oportuit, serius certe quam aut destinavi aut prævidere potui, in manus tuas et judicium publicum venit. Nam sive fuit mea in operis Typographicis novitas et insolentia; sive itineris spatium, quod Chartæ singulæ ultro citroque confecerunt, atque adeo nonnullæ odiosæ difficultates, quæ hominem minus gratiosum in literaria ista consuetudine accomitari solent; sive denique varia et graviora negotia Reipublicæ nostræ Academicæ, quæ, interea dum prelum exercebatur, meam qualemcunque operam ad suas res obeundas publice excitavit, et quæ omnia vitæ meæ officia merito suo maximo vendicare potest; quicquid id demum fuit, per sexennium et amplius productum est opus, quod infra angustiores limites conclusisse forsan potuerunt aut fortunatiores, aut certe minus exercitati.

Moram in edendo, qualis fuerit, accepisti. Utrum ea sit necne ut ab omni desidiæ turpitudine liberari possim: id, una cum libri, quem hodie versare occœpisti, fortuna, meaque adeo existimatione, quam in eo sitam esse video, tibi, benevole lector, tuæque sententiæ committo. Ea tamen lege committo, ut, si habeas, ubi ingenii solertiam, divinandi felicitatem, atque in literis exercitationem desideres, nolis interea temeritatem exprobrare, quod in alienissimo Reipublicæ literariæ tempore, infructuosissima omnium studia atque artes plane deciduas excoluerim; quod juxta Poetam,

> 'Laborem provocando, perdomando tædium
> Forsitan nec lecta multis e latebris scalpserim.'

Esto sane: sed dum quisque suos patitur Manes, quidni ego non paterer nostros? Cur hereditatem, quæ mihi obvenit, damnosam licet, non cernerem? Nam cum diu est, quod ad vetustos scriptores emaculandos, si minus natura, usu tamen aliquo et studio deferebar, eos maxime, quos scirem et juris antiqui consultissimos, et parentes civilis scientiæ, mihi commendavit Majorum nostrorum auctoritas: qui, in Domo nostra bonarum artium fœcundissima, antiquam Jurisprudentiam incultam esse noluerunt, quorumque

meritis ad me quoque pertinet istius disciplinæ professio. Ita hodie, cum ex nostro ingenio, tum ex aliorum institutis, ad ea studia detrudi me et quasi compingi video, quæ (siqua est in literis prærogativa displicendi, neque certatim frigescant) et serio displicent et frigescunt maxime. Miseram sane conditionem vel tuendi vel ornandi Rempublicam literariam! quæ si me fortasse minus deterreat, subagrestem, meis moribus viventem, et durum ad magnorum pollicitationes, nonnullam tamen ægritudinem affert, posse publice hebescere aciem literarum, et præstantissimorum hominum studium tardari, cum ex his literis ne minimus ille capiatur fructus laudis et existimationis, quem semper summum, hodie fere solum eruditi exspectare potuerint.

Quæ cum sit publica fortuna artis nostræ, atque interea domi habeat, quod impendio esse possit (est enim literarum varietate pene infinita et severitate inclementior, cum ceteræ fere omnes in ambitu suo arctissime contineantur, neque ad alienos fines facile excurrant), mirari mecum soleo, unde optima quæque ingenia ad hæc studia accendi maxime soleant, et in communi bonarum artium naufragio serius restinguantur. Nescio enim, annon ex omni antiquitate summos homines vel abundantia doctrinæ vel ingenii felicitate Disciplina nostra extulerit. Cum et in hoc ipso literarum flexu Academia nostra, ut in omni, ita in hac præcipue eruditionis parte maximos viros et omni præconio dignos informare et excolere non destitit; Bentleium utrumque, Haræum, Mangeium, Thirlbæum, Wasæum, Pearcæum, Walkerum, Marklandum, Jortinum, aliosque, quorum publice conticentur nomina, merita maxima non ignorantur.

Verum ex nostratibus nemo fere, aut hoc, aut superioribus sæculis in Jurisprudentia Attica atque Oratoribus Græcis operam suam locabat; in quibus tamen, si eruditionem spectes, maximo cum fructu locari poterat. " Ex horum Oratorum scriptis non antiqui tantum Jurisconsulti Romani profecerunt plurimum, sed post instauratas literas Budæus præsertim et alii suos fundos irrigarunt. Hodie pene ipsa nomina ignorantur. Tantum invisa quondam Barbaries amatur."* Imo eousque ignorabantur, ut, cum ad Lysiam recudendum accessi, statim sensi, non pauciores fere ad Editionem promovendam excitasse meæ sedulitatis et constantiæ existimationem, quam aut Tanti nominis celebritatem, aut cum hominis fama et scriptis consuetudinem.

Unde tanta Incuria occupavit hanc literarum partem, quæ tam insignem utilitatem secum affert, inter plurimas hanc aliquam rationem esse arbitror: scilicet, quod harum Orationum, quæ circumferuntur, Exemplaria, neque ea tamen facile obvia, La-

* Bœcler. de Scriptoribus Græcis et Latinis.

tina interpretatione fere destituantur. Quæ est sane et altera conditio Græcarum literarum non minus dolenda, quod, cum nude prodierint, vix unum aut alterum inveniant emptorem: cum vicissim nihil quidpiam fere magis ad earum interitum contulerit, quam popularis illa et puerilis versiones Latinas attexendi consuetudo. Ita ex illa parte ignorantur, ex utraque negliguntur. Sed de his fortasse satis: aliquid tamen in hoc limine operis præfandum fuisse duxi, cum de horum studiorum infortuniis, tum nonnihil etiam de mea intempestiva opera in iis excolendis. Superest, ut de Auctoris nostri orationibus aliquid addam: quali scilicet fortuna in utraque ætate usæ sint, tum in ea, quæ exstinctas literas præiverit, tum in hac altera, quæ Typographiæ ope novam librorum edendorum rationem introduxit; denique quantum ego præstiti in hac editione adornanda, et quibus subsidiis adjutus id operis in me suscepi.

In Scriptoribus recensendis eo melior fuit antiquorum Criticorum fortuna, quod sæpenumero vetustissima exemplaria nacti sint, et quæ ætate præcederent infinitam istam varietatem lectionis, quam ex describentium vel dolo malo, vel incuria subinde oriri necesse fuit. Eorum usum expediebat, quod nondum optimi et autographi Codd. Barbararum gentium furorem experti sint, neque jam reperto et introducto artis Typographicæ usu incuriosius observari cœperint atque in manibus hominum paulatim esse desierint. Memorat Athenæus (si bene memini, neque enim ab Athenæi lectione recens sum) Sophoclis Codicem ab ipso auctore scriptum: Pausanias in Bœoticis se vidisse affirmat Hesiodi poema ab accolis montis Heliconis sibi commonstratum antiquissimis plumbeis laminis, proculdubio auctoritate publica in honorem tanti civis (si civis fuit) exaratum. Scriptores emaculare eisque ex apposito chirographo auctoritatem conciliare, eorum erat, qui vel primævas membranas vel eis proximas usurparunt. Ita Aristotelem Tyrannio emendavit (dubium tamen an primus), qui cum Lucullo vixit, ab Aristotelis ætate non longe dissitus.* Antiquissimus proculdubio fuit Mnemo Pamphylius, quem διορθωτὴν Hippocratis nominat Galenus, quippe de cujus notis criticis ad Hippocratem postea scripserunt Medici, qui videntur a Plinio laudari. In Romanorum scriptis quanquam ob ludorum celebritatem et excultam magis disciplinam Exemplaria et latius propagari et frequentius describi cœperint, attamen intra eam ætatem serio recensita fuisse accepimus, quæ summa auctoritate destitui non poterant. Ita Tacitum et Apuleii nonnulla recognovit Crispus quidam Sallustius anno Æræ vulgaris 395, qui erat ab excessu utriusque Scriptoris infra trecentesimum. Vegetium (ut est in MS. Puteano)

* Strab. l. 13. p. 609. Plutarch. in Lucullo et Sylla. Ammon. in vit. Aristot. Athen. l. 1. Heysch. Illustr.

Eutropius, quisquis demum fuerit, certe Vegetio ipso non multum recentior. Priscianum Flaccus Theodorus Dionysii V. D. Memorialis Sacri Scrinii Epistolarum et Adjutor M. Quæstoris Sacri Palatii in urbe Roma Cpolitana Olibrio viro Clarissimo Cos. Olibrius Cos. erat sine Collega, ut ex Fastis discimus A. C. 526. quo tempore floruit Priscianus ipse. Quin et Theodorus se Prisciani auditorem fuisse profitetur. Non maximo intervallo Virgilius Censorem nactus est Turcium Rufium Apronianum Asterium, prout ex ejusdem manu apparet in vetustissimo Cod. Virgilii, quem servat Bibliotheca Medicea ad D. Laurentium.

TVRCIVS. RVFIVS. APRONIANVS. ASTERIVS. V. C. ET. INL. EX.
COMIT. DOMEST. PROTECT. EX. COM. PRIV. LARGIT.
EX. PRAEF. VRBI. PATRICIVS. ET. CONSVL. ORDIN. LEGI. ET. DISTINCXI. CODICEM. FRATRIS. MACHARII. V. C.
NON. MEI. FIDVCIA. SED. EIVS.

et quæ sequuntur, legenda in Gorii Inscriptionibus antiquis in Etruria exstantibus p. 452. De Asterii (qui Consul erat A. C. 494.) genere et ætate, itemque Virgiliani Codicis emendatione videndus est Eminentissimus Card. Norisius, Cenotaph. Pisan. Dissert. 4. Atque hæc sunt omnia fidei sinceræ et quæ laborare nequeat, quum quibusdam MSS. eorum censura et auctoritas publica, sive autographa, sive ad fidem alterius exemplaris descripta, ad finem adhæsit, atque ad nostra tempora devenit.* Illustriora multo et ad propositum meum disertiora, quæ ab Antiquis memorantur de Plauto a Varrone recensito, unde Plauti fabulæ Varronianæ, quas sc. ille admisit:† de opera, quam juxta Eusebium in Chronicis, impendit Cicero scriptis Lucretii, de Cicerone ab Asconio Neronis Imp. ætate emendato, Ennio a Lampadione,‡ et Virgilio demum vel ipsius Augusti temporibus a Vario, Tucca, et Hygino.

Porro huic felicitati accessit non minor, ea scilicet, quæ Antiquioribus Criticis Auctores integros, adeoque a se ipsis felicius expoliendos recognoscendosque obtulit. Magnum id erat ingenii adminiculum, Scriptorem ex ore ipsius fingere et colores ducere, quos ipse repræsentaverat. Nos vicissim hariolationibus ex æqualium Scriptorum usu ductis, ex Dialecti, in qua scripsit, genio atque indole, ex Scholæ denique aut Disciplinæ auctoritate, ætatem conterimus. Fortasse etiam aliquando cum larvis luctamur, et So-

* Chirographo suo recensiones a se factas attestabantur vel munichant Critici veteres. Ἐπεὶ κἂν τοῖς βιβλίοις, ἃ διαφθείρετο τὸ πάλαι, ἐγκαταλείπεται σύμβολον. ἐπὶ γὰρ τῷ Ἀλεξανδρῷ παράγραμμα ἦν ἡ πατρίς. Aristid. in Oratione funebri Alexandri Cotiæensis.

† Gell. III. 3.

‡ Ut non turbidæ fidei nec ambiguæ, sed ut puræ liquentisque esset, *equusne* an *eques* Ennius scriptum reliquisset, librum summæ atque reverendæ vetustatis, quem fere constabat Lampadionis manu emendatum, studio pretioque multo unius versus inspiciendi gratia conduxi, et *eques*, non *equus* scriptum in eo versu inveni. Gell. XVIII. 5.

phistarum umbratiles *μελέτας*, sequioris ævi vel exercitationes vel oblectamenta, magno cum molimine refingimus. Non diffitendum est multa genuinæ Antiquitatis monumenta ideo ætatem non tulisse, quod Censoriam obeli notam sustinere nequiverant. Circumferebantur olim Orationes Lysiæ 400 et quod excurrit juxta Plutarchum et Photium: plurimæ sane ex mente gravissimorum Scriptorum.* Jamdudum autem est, quod conquerebatur Photius Paulum Mysium multas et præclarissimas sua Crisi exstinxisse.† Homerica omnia atque ea, quæ pro Homericis ostentabant variæ antiquorum *ἐκδόσεις*, penitus fere interierunt, exceptis iis, quæ posteritati consecravit ea sola Editio, quæ ceteras omnes vivendo vicit, cujuscunque demum sit, Zenodoti certe non est, cujus Editio Homerica ab Antiquis commendabatur maxime, quandoquidem plures versus, quos ille obelo notavit, hodie in vulgata habemus: non Aristarchi, qui Ulixeam terminavit libri penultimi v. 296. hisce verbis

Ἀσπάσιοι λέκτροιο παλαιοῦ θεσμὸν ἵκοντο.

Quod ideo libentius commemoro, quia nonnulli non intellecto hoc more Majorum, quæcunque ex Homero ab antiquioribus scriptoribus allegata reperiant, qui aliis atque aliis recensionibus utebantur, ea ad præsens Homerici poematis systema temere agglutinant. Inconsultius quidem hoc, et nullo cum acumine admissum. Cum hoc non esset Homerum, sed centonem exhibere ex diversis Homeri recensionibus consarcinatum. Verum singulare aliquid semper habuit Homeri fortuna. Nemo fere ex antiquioribus paulo doctior, qui ad illius recognitionem non accessit; nemo vicissim ex Neotericis, quem vere Criticum dicere possis. Sive id plurimorum præstantium virorum desperatione factum sit, sive (quod fortunet Literarum siquis sit Genius!) reservata fuerit ea famæ et æternitatis conditio summo isti viro, qui incredibili literarum lumine præsens sæculum ornavit, et immortalibus beneficiis futura omnia demerebitur.

Ut ad Lysiam revertar, quis ille Paulus *ἐκ Μυσίας*, quali lingua, qua conditione et ætate usus est, albus an ater, frugi an nequam, id juxta scio cum inscientibus maxime. Photio certe ætate prior, qui solus, quod sciam, ex antiquis hominem memorat, si Suidam excipias atque præterea Eudociam Imperatricem, quæ ex eodem fonte, unde Suidas, hortos suos irrigavit. Eorum verba sunt: *Παῦλος Γερμῖνος σοφιστὴς, ὁ γράψας, ὅτι γε Λυσίου ἐστὶ τὰ περὶ τῆς*

* *πλείστους δὲ γράψας λόγους.* Dionys. Halicarn. de Lysia. Catonis orationes non minus multæ fere sunt quam Attici Lysiæ, cujus arbitror plurimas esse. Cic. in Bruto. Multa Lysiæ scripta sunt, nonnulla Critiæ. Id. 2. de Orat.

† *Πολλοὺς καὶ καλοὺς ἄλλους εἰς νόθους ἀποῤῥιψάμενος πολλῆς καὶ μεγάλης τοὺς ἀνθρώπους ὠφελείας ἀπεστέρησεν οὐχ εἱρισκομένων ἔτι τῶν ὑπὸ διαβολὴν πεσόντων. ἅπαξ γὰρ ἀποκριθέντες παρεωράθησαν, ἐπικρατεστέρας τῆς διαβολῆς, ὥσπερ καὶ ἐπ' ἄλλων πολλῶν, ἢ τῆς ἀληθείας γεγενημένης.* Phot. Biblioth. Cod. CCLXI.

Ἱφικράτους ἐωρεᾶς βιβλία β. ὑπομνήματα εἰς τοὺς λοιποὺς λόγους τοῦ Λυσίου.

Paulum, credo, ætate anteivere uterque et Dionysius Halic. sc. et Cæcilius, qui ex orationibus Lysiæ 425. germanas esse volunt, non nisi 230 juxta Plutarchum: aut cum Photio 233. Dionysio multum debet Lysias: gravissimo omnis memoriæ in rebus præsertim criticis auctori, ut erat ingenio acerrimus et multiplici lectione instructissimus. Præter eam, quæ superest de Lysia Crisin (quod opus emaculatius longe, ut spero, quam in vulgatis repræsentari solebat, huic Editioni præponi curavimus), commentarium* scripsit de dignoscendis Lysiæ orationibus germanis et adulterinis, hodie magno rei literariæ detrimento non exstantem.

Dionysius† ætate et studiis æmulum habuit Cæcilium Rhetorem, natione Siculum, patria Calactinum.‡ Scripsit ille *σύγκρισιν* Demosthenis et Ciceronis: Demosthenis item et Æschinis: Dictionarium ex ordine literarum: De Demosthenis orationibus germanis et spuriis: de charactere X Oratorum: singularem commentarium de Antiphonte, atque alia permulta, de quibus Suidas consulendus erit. Laudantur a Longino §. 32. juxta finem ejus in Lysiam commentarii. *ὁ Καικίλιος ἐν τοῖς ὑπὲρ Λυσίου συγγράμμασιν ἀπεθάῤῥησε τῷ παντὶ Λυσίαν ἀμείνω Πλάτωνος ἀποφήνασθαι, δυσὶ πάθεσι χρησάμενος ἀκρίτοις. φιλῶν γὰρ τὸν Λυσίαν, ὡς οὐδ' αὐτὸς αὐτὸν, ὅμως μᾶλλον μισεῖ τῷ παντὶ Πλάτωνα, ἢ Λυσίαν φιλεῖ.* Hic est Cæcilius, qui orationem Deliacam Æschini adjudicat, Antiphontis orationes genuinas solummodo 35 admittit, Isocratis 28, in horum Oratorum lectione et Crisi versatissimus.

De Oratoribus Atticis librum adornavit Lysimachides Cæciliano libro oppositum, ut constat ex Ammonio in v. *θεωρὸς*, de quo me plura nescire confiteor.

Curiam Atticam illustravit Hero Atheniensis, incertæ ætatis: de quo Suidas. *Ἥρων, Κύπρος, Ἀθηναῖος ῥήτωρ τὰς ἐν Ἀθήναις δίκας γεγραφὼς—ἐξήγησιν Δειναρχου—περὶ τῶν ἀρχαίων Ῥητόρων καὶ τῶν λόγων, οἷς ἐνίκησαν πρὸς ἀλλήλους ἀγωνιζόμενοι.*

* Vid. Dionys. in Lysia.

† Hos conjungit Quintilian. III. 1. *φίλτατον* vocat Dionys. Halic. in Epistola ad Cnei um Pompeium de præcip. Historicis. Laudatur a Quintiliano tanquam auctor antiquior. Cum igitur Suidas ætatem Cæcilii ab Julii et Aug. Cæsarum temporibus ad Hadrianum proroget, credibile est, eum, ut solet, duos scriptores immiscuisse, unum, qui sub Augusto, alterum, qui sub Hadriano floruit. De Cæcilio præterea vide Dionem Cassium, Plutarch. in Demosth. init. et in vitis X Oratorum, Athen. l. 6. Longinum sæpius, Photium, Cod. 61. 259, 260. 262. Suid. in Καικίλιος et Ἑρμαγόρας. Voss. Hist. Græc. p. 178. et de arte Grammatica l. 5. Casaub. ad Athen. VI. 21.

‡ Sc. *ἀπὸ καλῆς Ἀκτῆς*, ut eum laudat Athenæus. Conditur ea urbs in Sicilia Olymp. LXXXIII. 3. Mox voce depravata vocabatur Κάλλαντις. Καικίλιος Σικελιώτης, Καλλαντίανος. Κάλλαντις δὲ πόλις Σικελίας. Suid. A Diodoro ad Olymp. LXXXV. 1. πόλις Καλλατίνων. ut dubium an Σιλῆνος, ὁ Καλατίανος ab Athen. p. 268. memoratus sit Siculus Calactinus, an ex Calatio urbe Italiæ. In numis Καλακτίνων visuntur symbola Atheniensium.

Diodorus Valerii Pollionis Alexandrini F. sub Adriano vixit et enarrationem scripsit locorum difficiliorum, quæ in X Oratoribus inveniuntur. Suid. in Πωλίων et Διόδωρος.

Zosimus Gazæus vel Ascalonites, qui sub Anastasio vixit, scripsit præter Lexicon Rhetoricum, Commentarios in Demosthenem et Lysiam.* Interfectum a Zenone Imp. refert Cedrenus p. 291. qui Zosimum virum spectabilem vocat. Perierunt utique, quæ in nostrum scripsit: attamen Zosimi Ascalonitæ scholia in Demosthenem diversa ab Ulpiani scholiis servantur hodie inedita una cum Demosthenis orationibus in Bibliotheca Vaticana, ut ex Ryckii Catalogo MS. didici. Excerpta ex ejusdem libro περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς Ἐθνικοὺς ibid. memorat exstare idem Ryckius: Zosimi in Demosthenis Philippicas Lexicon in eadem Bibliotheca Labbæus. Ejus in Demosthenem Orationem Leo Allatius Συμμικτῶν lib. 7. Latine vertit. Vid. Fabric. Biblioth. Gr. Tom. XIV. pag. 15. qui ibidem memorat Virum eruditissimum Franciscum Salmonium Præfectum Bibliothecæ Sorbonicæ habere MS. ejusdem lucubrationem εἰς τὸν βίον τοῦ Δημοσθένους.

In eosdem, Lysiam sc. et Demosthenem, scripsit Zeno Citiensis, Zenone Philosopho Stoicæ disciplinæ auctore, qui ejusdem quoque Civitatis erat, multis annis junior. Videtur allegari† a Sulpicio Victore in Institut. Orat. ad Silonem generum, a Scholiaste Hermogenis p. 362. et ab Ulpiano præf. Commentariorum in Demosthenem.

De Antiphontis figuris, de Lysiæ et Hyperidis orationibus scripsit Caius Harpocratio Sophista. De illis, quæ Oratores ignorasse videntur, de formis Orationum, Ementitam esse Herodoti Historiam (sive ut Suidam emendari velit Casaubonus in notis MSS. ad Herodotum περὶ τοῦ οὐ κατεψεῦσθαι τὴν Ἡροδότου ἱστορίαν) ceteraque Ælius Harpocratio. Vid. Suid. Meurs. Attic. Lect. VI. 2.

Utilem certe operam navarunt Callimachus aliique ex Schola Pergamena in tabulis conficiendis, quas πίνακας et ἀναγραφὰς vocarent. In eas auctorum ætatem, genus, et scripta; scriptorum argumentum, initium et numerum distincte referebant, et quæ supposititia erant a veris segregabant. Hujusmodi πίνακα παντοδαπῶν συγγραμμάτων instruxit Callimachus, ut notum est ex Athenæo: In πίνακι seu ἀναγραφῇ ῥητορικῶν (sive ῥητόρων) et ἐν τοῖς ῥήτορσι diserte et speciatim citatur ab antiquorum non nemine. Ex eo scilicet opere fuerunt, quæ laudat Dionysius Halic. de Callimachi laboribus in antiquos Oratores præstitis.‡ Verum cum munus illud

* Ex Suida.

† Zenonis Rhetoris præceptis se maxime usum fuisse testatur Sulpicius initio libri.

‡ Τοῦτον ἐπιγράφει τὸν λόγον [Lysiæ] Καλλίμαχος περὶ Φερενίκου ὑπὲρ τοῦ Ἀνδροκλείδου κλήρου. Dionys. in Isæo. Ὁ δὲ περὶ τὴν ἐπιστολὴν, καὶ τοὺς πρέσβεις τοὺς παρὰ Φιλίππου ῥηθεὶς λόγος [Demosthenis] ὃν ἐπιγράφει Καλλίμαχος ὑπὲρ Ἁλονήσου.

negligenter administravit, sive rei mole et magnitudine oppressus, sive δεινότητι vere Critica, quæ falsa a veris discernit, destitutus (a Photio certe Cod. 265. οὐχ ἱκανὸς κρίνειν repræsentatur), istos commentarios minus ægre ferimus interceptos.

Multum utique conferret ad nostros Scriptores illustrandos, si exstarent argumenta Orationum, quæ concinnarunt Antiqui nonnulli. In ea Classe censendi sunt Posidonius Olbiopolita Sophista, Ælius Theo Alexandrinus, Tiberius Sophista, Timæus Tauromenites Philisci Milesii discipulus, aliique. Si exstarent, dixi: quo jure dixerim, sane nescio. Eæ enim, quæ nonnullis Rhetorum antiquorum Orationibus in scriptis Codd. adhærent ὑποθέσεις, licet aliquando incuriose et præter argumentum et historiam confictæ, antiquiores esse possunt, quam vulgo haberi solent. Antiphontis una lemma habet præfixum, in quo de Lysiæ deperdita Oratione ita instituitur Sermo, ut nemini dubium esse possit, quin eam legerit Scriptor ille, quicunque fuerit. Et sane quo tempore desiderari cœperint Nostri orationes, difficile est dictu. Exstiterunt sæculo octavo nonnullæ, quæ hodie non exstant, ut liquet ex Photio. Plurimas diserte nominat Suidas, et verba descripsit, verum ex Harpocratione, qui ætate anteivit, mutuatus. Eustathius quidem, qui utrosque sequitur, nonnulla Lysiæ legerat, quibus hodie non utimur: ut dici debeat plura ad istud saltem ævum superfuisse.

Novo jam sæculo nato et literis feliciter instauratis, Aldus Manutius primus, anno sc. 1513. Lysiæ, quod supererat, typis evulgavit Græce Fol. una cum Æschine, Antiphonte etc. quos Francisco Faseolo IC. ac Senatus Veneti a Secretis Magno nuncupavit. "Id quod gratius (ait Vir summus) tibi futurum existimavi, quoniam quas plerique horum scripserunt Orationes multis Sæculis abditæ latuerunt: latebant autem in Atho Thraciæ monte. Eas Lascaris is, qui abhinc quinquennium pro Christianissimo Rege Venetiis summa cum laude legatum agebat, doctissimus et ad unguem factus homo, in Italiam reportavit. Miserat enim ipsum Laurentius ille Medices in Græciam ad inquirendos simul et quantovis emendos pretio bonos libros. Unde Florentiam et cum iis ipsis orationibus et cum aliis, tum raris, tum pretiosis voluminibus rediit," et quæ sequuntur. Editionem igitur suam credibile est Manutium expressisse non ex unico exemplari, sed ex pluribus inter se collatis, quæ adhuc servat instructissima illa Bibliotheca Laurentiana. Eorum notitiam non alienam duxi, quæ hic subjungatur, ut aliorum Industriæ aliquid subministrem, qui Lysiam olim emaculaturi felicitatem nostram in bibliothecis exterorum adeundis superare possint.

Idem de admiranda vi dicendi in Demosth. Theocrinem] Καλλίμαχος ἐν τοῖς Δημοσθέ- Τεῦτον [sc. orationem Dinarchi contra νους φέρει. Idem in Dinarcho.

Plut. 57. Cod. 4. Orationes Lysiæ 31, quarum prima contra Eratosthenem, ultima contra Philonem. Fol.

Plut. 57. Cod. 45. Lysiæ orationes 28, 4to.

Plut. 57. Cod. 52. Lysiæ vita ejus orationibus præmissa, 4to.

Plut. 74. Cod. 12. Lysiæ orationes aliquot, quarum prima *περὶ δωροδοκίας*, postrema adversus Nicomachum, 4to.

Plut. 4. Cod. 24. Anonymi [Lysiæ] Oratio in eos, qui pro patria in prælio quodam occubuerunt. 4to.

Anno 1575. H. Stephanus eosdem oratores emisit Lutetiæ luculentissime impressos in Fol. Gr. adjecta Latina versione omnium Æschinis et quarundam Lysiæ Orationum, sc. *de Eratosthenis cæde* seipso interprete, *in Eratosthenem* 30 *virum: in Alcibiadem*, et *Dardanarios*, ex interpretatione Claudii Groularti. Ad Æschinem quidem et aliquot Lysiæ orationes vett. Codd. ope se fuisse adjutum testatur. Quinam autem qualesque fuerint non memorat: in ea porro, quæ inscribitur *ἐπιτάφιος λόγος τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς* "cujusdam exemplaris auxilio (hominis ipsius verbis utor) non solum plurimos locos emendavit, sed aliquot etiam lacunulas, necnon magnam quandam lacunam explevit." Magna erat in eo homine cura, moderatio non minor. Scriptorum Codd. varietatem diligenter et fideliter ad oram paginæ suæ adnotabat: rarissime in locum receptæ lectionis hariolationes suas reposuit, nisi ubi tam crassus fuerit prioris Editionis error, "ut multo etiam crassior futura esset de emendatione dubitatio." Quam, ut spero, in hac nostra edit. operam navavi, et fidem observavi, hominis istius et laudis et diligentiæ pro ingenii modulo quam maxime æmulus.

Vertente sæculo, anno sc. 1615. Iodocus Vander Heidius Brabantus Lysiæ orationes 34. Latine a se redditas et politicis notis illustratas Hanoviæ edidit, typis Wechelianis in 8vo.* Græca recensuit notasque de ea re ad calcem libri adjecit, cujus hortatu atque auctoritate suscepta erat hæc editio, Andreas Schottus Antverpiensis, S. I. quali fide aut divinandi peritia (libris enim calamo scriptis destituebatur) præstat tacere, quam ea inclementer dicere, quæ etiam cum veritate dici potuissent.

Porro A. 1683. liber ille recusus erat Marburgi Cattorum, in 8. procurante I. Burchardo Maio Eloquentiæ et Historiæ Professore primario. Quæ Editio, etsi testimoniis vett. Dionys. sc. Plutarchi etc. de Lysia, quibus prior instructa erat, carebat, notisque ibidem, quibus Schottus suarum hariolationum rationem aliquam reddidit, ea tamen diligentia ad imaginem prioris expressa est, ut singula pagina in utraque ex æquo responderet et pariter procederet.

* Eodem tempore, quo Heidius Lysiam, Alphonsus Miniatus Bononiensis Antiphontem, Andocidem, et Isæum: I. Gruterus Dinarchum, Lesbonactem, Lycurgum, Herodem ac Demadem Latinitate donavit atque evulgavit typis, ejusdem Schottii nutu et auctoritate.

Singulares Orationes aut Latine expresserunt, aut Notis et Commentariis illustrarunt nonnulli, de quibus mox est dicendum. Sc. Orationes duas priores cum Latina versione a se adornata edidit Ianus Vitalis Panormitanus Romæ apud Iacobum Mazochium 1515. nonis Aprilis in 4to. Mario Maffæo Volaterrano, honoris causa, inscriptas. Editionem hanc rarissimam et semel tantum a me visam claudit hoc Epigramma.

OCT. SYLVIUS. LAURELIUS.

" Præcipuum decus est iterum natum esse Lyeo,
Quique pater fuerat matrem habuisse Jovem.
Sic LYSIÆ scriptis geminum decus additur, et quem
Græcia protulerat, nunc polit Italia."

Anno deinde 1522. 4to in inclyta Basilea ex ædibus Io. Frobenii Cal. Maii, una cum Libanii et Isocratis orationibus aliquot ab Erasmo Latine versis, prodierunt binæ eædem Orationes Gr. Lat. incerto interprete. Ceterum ut comperi ex ea interpretatione eleganter in pergamena exarata in Bibl. Col. Baliol. Oxon. Interpres iste erat Franciscus Philelphus Tolentinas, vir elegantioribus literis vindicandis natus.* Utriusque interpretationem Pallanti Strozæ nuncupavit, quas Epistolas, dignas certe, quæ non perirent, ex eodem Cod. descripsi, et primus, quod sciam, hodie publici juris facio.

" Franciscus Philelphus præclaro Equiti
Pallanti Strozæ sal. pl. d."

" Soleo certe nonnunquam, Pallas vir clarissime, majorem in modum queri perniciosam præteriti sæculi adversus nostræ tempestatis doctos homines literarumque cupidos injuriam: et illos vehementi quodam odio detestari, quorum inerti negligentia factum est, ut in amissis Vett. Scriptorum illustribus ac infinitis prope voluminibus tantam ipsi cladem susciperemus. Quid enim claris ingeniis aut acerbius aut calamitosius accidere potest, quam iis carere, quibus sine omnis suus splendor omnisque magnitudo et manca et muta est? Nemo profecto, mea sententia, etsi ad equitandum aptissimus sit natura, sine equo equestrem teneat, nemo sine armis militiam, neque navigandi peritiam sine navigiis, neque architecturam, neque fabrilem, neque aliam quamvis sive artem sive facultatem, ubi ejusce rei defuerint Instrumenta, medullitus sane noscere quisque queat. Cujusmodi vero quotque bonarum artium instrumenta, ob tantum hunc tamque indignum veterum librorum interitum, amiserimus, ipse optimus testis sis. Nemo enim est unus

* Vid. I. Henr. Foppii historiam Philelphi literariam ex ipsius Epistolis collectam, tomo V. Miscellaneorum Lipsiensium p. 322—354. qui affirmat Latinam versionem harum Orat. prodiisse Florentiæ.

omnium inter nostros, qui id te melius scire vel possit vel debeat. Nam et Græce et Latine eam habes eruditionem, qua medius fidius majorem nemo: et si quid apud nostros exterosve librorum relictum sit, id omne, pro tua eximia diligentia ac laudatissimo doctrinæ studio, Tibi vel potius eruditis omnibus jampridem maximis cum laboribus impensisque comparasti. Quid enim Philosophos numerem? qui quo majore numero exstiterunt, eo magis in iis naufragium factum est. Libros circiter 400 Aristoteles, ac prope totidem Theophrastus scripsit, quorum mirum est quanta sit nobis relicta paucitas. Democritus ille magnus tantusque Vir, cujus magnum de Mundo opus talentis quingentis æstimatum perhibent, usque adeo multa scripsit, ut Librarius per cavillum sit ab Epicuro appellatus. Epicurus autem ipse trecenta reliquit volumina: Chrysippus vero, quem librorum Epicuri hujus parasitum Carneades nominat, quinque ac septingenta volumina elucubrasse traditur. Permulta Zenones et Cutiensis (sic) et Eleates scripsere, permulta Heraclitus, permulta Empedocles, et alii cum Græci tum Latini philosophi, quos complecti oratione labor sit. Permulta nobis et maxima suæ sapientiæ et perillustria monimenta reliquerunt. Horum autem omnium nulla prorsus scripta exstant. Quid autem, ut reliquos sive Poetas, sive Historicos, sive alios præstanti aliqua doctrina et ingenio viros omittam, quid, inquam, Oratorum versuras interitusque commemorem? Hosce propemodum omnes ad Brutum scribens Cicero non Latinos solum ab ipso usque M. Cornelio Cethego, quem suaviloquenti ore viguisse Q. Ennius decantabat, vel ab illo potius Bruto repetens, qui vim ex urbe regia extruserit, verum et Græcos ab ipsius usque Solonis Pisistratique memoria et diligenter, ut adsolet, et eleganter adnumerat. In quibus quanta sit strages facta, quanta suscepta calamitas, quis Te nobilissimo equite et homine doctissimo melius omnium unus norit?"

"Nonne igitur jure illis succensebimus, detestabimur, exsecrabimur, quorum desidia ignaviaque tantam nobis jacturam factam intuemur? Nam si cum hac veterum librorum paucitate ac penuria, quorum non mediocrem partem, ut scis, tanquam ex Erebo mirus sanctæ vetustatis cultor Nicolaus Nicoli incredibili sua cum diligentia ac studio nobis in lucem contulit, id dicendo assecutos nonnullos cernimus, ut honori apud omnes admirationique habeantur, ne certe dubitandum existimo, quin multos hodie Leonardos, permultos haberemus Ambrosios, si priscis Bibliothecis liceret frui. Quod cum in omnem Italiam pateret, tum potissimum in hac urbe, ubi divina quædam ingenia germinant: Nec diffido, quin aliqui ex hac ipsa urbe brevi emerserint, qui sua et cura et industria et ingenio tantæ huic jacturæ cladique medeantur. Ista cum Iannotium manet, tum hunc nostrum et Carolum Aretinum, disertos et doctos

homines, tum alios plerosque ad eloquentiæ eruditionisque decus evasisse tam probe atque indies magis evasuros video. Sed de iis hactenus multa. In eo autem veterum scriptorum naufragio insignis est Lysiæ Oratoris procella. Is enim Orationes 425. scriptitasse fertur; quarum 230 Dionysius Cæciliusque indubitatas illius existimant: reliquæ vero creduntur adulterinæ. Hisce autem in omnibus bis duntaxat, et id ob malignitatem causæ eum succubuisse Plutarchus refert. Scripsit et Rhetoricas artes et conciones et laudationes et epistolas: orationesque tum amatorias, tum funebres, ac Socratis defensionem. Ex hac autem tanta suorum scriptorum multitudine vix 35. orationes exstant: reliqua vero omnia periere. Quanta is vero dicendi luculentia majestateque floruerit, etsi Cicero princeps Eloquentiæ et optimæ nullius expers disciplinæ plurimis in locis disseruerit, ac nos fortasse propediem alio quodam in loco commodius expositurí sumus, id tamen abunde dignosci potest ex ea funebri oratione, quæ ab hoc ipso Lysia pro iis edita erat, qui adversus Lacedæmonios Corinthiis auxilium ferentes post urbem 30 Tyrannorum solutam jugo, forti et atroci prælio Athenienses interiere. Hanc si frequentissime antea Græce lectitaveris, nunc Latinam a nobis factam, ut et Latine legas, et ceteris legendam des, te vehementer rogo."

" FRANCISCUS PHILELPHUS Clar. Equiti
PALLANTI STROZÆ, Sal. D. pl."

" Fuere nonnulli et prudentes et docti viri, præstantissime Pallas, qui inter Lysiæ Oratoris Platonisque Philosophi scripta maxime interesse judicarent: quod propemodum alii quidem, item et ipsi homines haud vulgares, inter Demosthenem Ciceronemque voluere. Nam huic nihil adjici: illi detrahi nihil posse, quid aliud esse dixerimus, quam vel id quod Platonis esse cernimus, eximiam quandam et exsuperantem dicendi copiam, vel emendatum Lysiæ atque elimatum gravissimumque Orationis filum? Quod quidem acutissimorum hominum judicium, quum semper maximi facere consueveram, tum vero posteaquam Græcas Literas degustassem, admiratus sum adeo, ut vix quiequam aut verius aut subtilius judicatum existimarim. Nam ut reliquos nunc omiserim, quid de Lysia ipso dicam? cujus peregregia dicendi quædam divinaque elegantia, castigata verbis, sententiis affluens, tantum de se stuporem splendoremque legentibus ingerit, ut hunc profecto eum fateri oporteat, qui unus imprimis inter Græcos primas eloquentiæ partes teneat. Hic est ille Lysias e cujus disertissimis orationibus, si quod subtraxeris verbum, et id commode feceris, de summa subtraxisse plane appareas. Usque adeo ab eo sunt omnia mirabili quodam suoque artificio et ordine lucubrata, dicta, posita, colli-

gata. Is præterea quum ceteris in rebus præstiterit plurimum, tum ea quoque styli perspicuitate ac nitore claruit, quem etsi nobilis Rhetor Isocrates imitatus fere sit, neque tamen hunc, neque Demosthenem ipsum Eloquentiæ principem, neque alium quemquam ex illustribus X Oratoribus assequi potuisse omnis una voce testatur Græcia. Quantopere vero hisce omnibus subtilitate antecesserit, ex gravi Ciceronis in libris de Oratore judicio intelligi licet. Sed de his alias; nunc autem ad rem, de qua agitur, revertamur."

"Quum igitur hanc Lysiæ uberem luculentamque brevitatem facultatemque dicendi a Majoribus nostris mirifice probatam laudatamque intuerer, libuit, animi gratia, aliquas si possem ex illius orationibus Latinas efficere, quo non solum alieno testimonio, verum etiam re ipsa quasi Oratoris præsentia ac voce ejus vis omnibus divinumque ingenium innotesceret. Quare quum superiorem convertissem ἐπιτάφιον λόγον, volui et illam ad nostros orationem traducere, quæ *in Eratosthenem adulterum* habita esset. Hoc enim in adulterio deprehenso atque interempto sui pro ea causam necis agunt. Nex autem haud negatur, sed Mœchus jure cæsus defenditur. Argumentum omne narratione patet. Nunc ne quem tanti facio imitari omnino neger, id est, ne in brevi oratione prolixior, sim hac de re satis superque, jam Lysias ipse dicere incipiat. Vale."

Eædem denique orationes prodiere Colon. Iac. Soteris 1554. 8vo. interprete Francisco Fabricio* Marcodurano, ut ex Bibliotheca Thuan. et Telleriana didici.

Orationem primam, quæ est *de cæde Eratosthenis adulteri*, illustrarunt et verterunt plurimi. Prodiit Gr. Lat. in 4to. anno 1549 Paris. apud Gul. Morelium ex adverso Ædis Remensium: Renato Guillonio Vindocinæo interprete, et in eandem Antonii Bellaudi Grassæni scholia. Hujus Editionis Exemplar servat Biblotheca Collegii Merton. Oxon. Eandem Latine reddidit suæque Græcorum Oratorum Editioni subjunxit H. Stephanus A. 1575. Anno deinde sequente Gallice transtulit Iacobus Contesius Vintemillius et Lugd. edidit in 8vo. Proxime (anno sc. 1593 Cantab. in 8vo.) Gr. Lat. evulgavit suis prælectionibus, quas Cantabrigiæ in scholis publicis habuit, illustratam Andreas Dunæus† Hellenismi

* Franciscus Fabricius obiit A. 1573. Collegit historiam Ciceronis. Scripsit Annotationes in Terentium et in Paulum Orosium. Vid. Sweert. Biblioth. Belg. p. 243. Hanck. de S. R. R. p. 2. pag. 144.

† Andreas Dunæus [Downes] ex agro Salopiensi oriundus, literisque institutus una cum inclyto Roberto Essexiæ Comite, cui Lysiam inscripsit, a M. Ashton in regia Grammaticali Schola, quæ est Salopiæ, admissus erat Discipulus Col. D. Ioan. Cant. pro Domina Fundatrice Nov. 7. 1567. [Registr. Col. Ioan.] A. B. 1570—1. [Regr. Acad.] Socius Collegii pro M. Bayley Apr. 6. 1571. [Registr. Col.] A. M. 1574. [Regr. Acad.] S. Th. Bac. 1582. [ibid.] anno demum 1586. Græcæ linguæ Professor. Postquam numerosam juventutem literis domi informaverat, Chrysostomi editioni Savillianæ adornandæ et Bibliis in linguam Anglica-

Professor Regius et Collegii D. Ioannis Evangelistæ per plures annos Socius bene meritus. Multum de juventute Academica et renascente Græcismo meruit vir ille laboriosissimus. Verum cum operosum istud prælegendi genus longe absit ab illa disciplina, quam profitemur, vix operæ fuisse pretium judicavi, ut prelo iterum a me committeretur prolixior ista Commentatio.

Orationem *contra Eratosthenem* 30-*virum* Latinam a se factam cum Aristidis orationibus integris evulgavit Vir eruditissimus et longiori vita dignus Gulielmus Canterus Basil. 1566. in Fol. et quædam subinde loca in melius immutavit. Eandem Vir doctissimus Simo Groulartus, Præses Senatus Rothomagensis, item duas alias, sc. *contra Alcibiadem* unam, alteram *contra Dardanarios*, in linguam Romanam transtulit Stephanicæ Græcorum Oratorum Editioni 1575. subjunctas. De Groularto nonnulla apud Cl. P. Dan. Huetium de claris Interpret. l. II. p. 161. et Menag. Dedicat. Diogenis Laertii.

Porro in puerorum usum A. 1696. forma minore prodiere *Platonis Menexenus* et *Lysiæ funebris Oratio* cum versione Philelphi et brevibus notis Mic. Busteed, Cantabrigiæ. In fasciculo Gr. Lat. I. Iacob Schudt Francof. 1702. 8vo. Lysiæ Orationes binæ, pro *cæde Eratosthenis* una, *contra Eratosthenem* altera. Et Græce Venet. 1710. 8vo. in Vol. III. I. Patusæ Encyclopædiæ, 1. *Defensio pro cæde Eratosthenis.* 2. *contra Eratosthenem, unum ex* 30-*viris*, et 3. *Oratio* Ἐπιτάφιος. In eundem denique usum, anno uno aut altero elapso, Germanus nescio quis inter alia edidit Orationem, si bene memini, quæ inscribitur *contra Familiares, Obtrectationis*, studio certe parum laudando, cum vel mendis horridiorem, crebriorem lacunulis, argumenti pondere indigniorem aut Orationis denique filo injucundiorem vix aliam omnino quamvis reperire investigando potuit.

Utinam ea fortuna actum fuisset cum Themide Attica, ut mea opera in hoc auctore emaculando minus esset necessaria. Præjudicassent (et præjudicassent utinam) quæ aut intercepit fortuna, aut interrupit conditio Mortalitatis. Præter explicationem Græc.

nam regio jussu vertendis utilem manum admovit, unde Præbendam in Ecclesia Wellensi meruit. Cotonæ demum ad lapidem sesquiprimum a Cantabrigia et mortuus et inhumatus est A. 1627. ut ex epitaphio, quod descripsi, liquet

"Andreas Downes Salop. Coll. D. Iohann. apud Cant. olim Socius, Græcæ linguæ professor regius, quam provinciam summa cum fidelitate et egregia laude per undequadraginta annos exornavit. Vir morum Candore spectabilis, in rebus divinis probe exercitus, totius a. humanioris literaturæ ad stuporem usque callentissimus. Jam Septuagenarius et quod excurrit rude donatur ab Academia, reservato tamen ei consueto honorario, anno ætatis 77. secessit huc in agrum suburbanum, ubi ante annum exactum postridie Cal. Feb. 1627. mortalitatem deposuit."

Oratorum, quam meditabatur ὁ δεῖνα a Cornario in Dedicatione Parthenii Ἐρωτικῶν laudatus, Annotationes in animo instituit adornare vir maximus H. Stephanus, quas Interpretationi Latinæ reliquarum Orationum aliquando subjungeret, cum variis, quæ in editione sua Græca prætermissæ fuerint, Emendationibus. Peculiarem etiam promisit Commentarium de locis in iisdem reconditioribus, de quibus sibi ipsi in Editione sua non satisfecit et amplius deliberandum censuit.

Idem consilium (Vett. sc. Rhetorum orationes Latine vertendi notisque illustrandi) suscepisse videtur doctissimus Iac. Phil. Maussacus, qui in eruditis notis ad Harpocrationem nonnulla scitissime emendavit, et propter felicitatem ingenii cum assiduo horum scriptorum usu conjunctam, id operis præclarissime exsequi potuisse videtur.

Idem pene exspectandum erat a Gulielmo Cantero, qui (Vid. VII. Nov. Lect. 4.) Orationes 10. Oratorum enumerare et fragmenta colligere meditabatur. Id aliquatenus præstitit Ioannes Meursius in Bibliotheca Attica: ubi, sed festinanti similis, ex deperditis Lysiæ orationibus plurimas nominatim recenset, adducta auctorum, e quibus excerpsit, fide: præstare etiam voluit And. Schottus, ut liquet ex ejus præfatione ad Lysiam.

Sed quod plurimorum, vel omnium potius ad instar erat, vir doctissimus undequaque H. Valesius,* tum vero de hisce literis non vulgariter meritus, non solum Pollucis capita de Rep. Atheniensi illustrare, sed et Oratores quoque Græcos emaculare in animo habuit. Nemo has literas suscepit vindicandis majori cum acumine aut subactiori judicio. Omnia erant in eo homine summa, Atticæ et linguæ et prudentiæ peritia maxima, incredibilis animi magnitudo, et divinandi felicitas plane singularis. Ille est, quem pene audeas perfectum Criticum appellare. Erat enim immensæ ac infinitæ pene eruditionis: eruditioni autem neque acre ingenium defuit, neque, quam ab hac nostra arte excludere isti velint, maxima et morum et literarum elegantia. Hodie quanta turba sit hominum, qui de Valesio ne fando inaudiverint, et tamen summi viri haberi velint! Tantum in literas grassata est unius seculi barbaries.

Quod ad meam curam attinet, nam id demum scire velle videris, B. L., hæc habe. Textum ad Exemplar Stephanicum summa, qua potui, et fide et modestia expressi. Fide dixi, quæ Editorem ma-

* Videlicet Valesius noster, utpote Foro et Juris studio destinatus, eique operam daturus, aut ipse videns consilii et prudentiæ maturus ephebus sibi hanc legem dixit, aut a doctissimis Magistris accepit, non posse vel principia vel origines publici privatique Romanorum juris percipi et intelligi, nisi Græcis notoriam perferentibus, utpote a quibus id adoptaverunt Romani. Id quum sibi infixisset, in reliquiis, quæ supersunt, Oratorum Græciæ — habitare proposuit. Gronov. Dedicat. Notarum Valesii ad Harpocr. etc. Vid. et Vales. ad pag. 58. Notarum Maussaci.

xime decet. Decurso enim spatio Typographico, atque istius, quam dixi, editionis collatione sedulo instituta, paucissima, quæ inventa erant, operarum menda collegi, eorumque notitiam disposui, quæ, in punctis ut plurimum versantia, tam levia tibi videbuntur, ut vix ullam aliam aliquam Græci Scriptoris Editionem per hosce annos in hac laudis parte cum nostra conferendam esse judicem. Ut aliqua saltem spes superesse videatur, vel Chartæ nitorem, vel Typorum elegantiam, vel Typothetæ denique meamque operosam diligentiam exemplaria nostra vindicaturam a fatali illa oblivione et vilitate pretii, quæ nostram familiam tam diu afflixit. Quod ad moderationem spectat, quam Editoris laudem semper esse duxi primæ proximam, vetustam et diutius receptam lectionem rarissime sollicitavi, atque ad oram libri relegavi. Neque enim meorum Codd. auctoritatem tanti, aut meam divinandi solertiam tam magnificam esse judicavi, ut, ubi momenta saltem viderentur esse æqualia, Textus aliqua diuturnitate comprobatus, (Scriptorum antiquorum Terminus ille sacer) novarum rerum studio et libidini cedere deberet: Verum reputans vicissim, quod fœdissimas hallucinationes et crassissimos librariorum errores retinere, ubi vel dormitaverit bonus homo, aut plus æquo se invitaverit, esset otio inclementer abuti, aliquando meas conjecturas etiam scriptorum Codd. auctoritate destitutas in textum admisi, nonnullorum reprehensionem veritus, qui meticulosam religionem et tenuem illam fidem æque ac aliorum effrænatam audaciam merito damnare solent.

* * *

Nonnunquam etiam verborum apices et punctorum momenta, immutavi, in quibus Stephanus obdormiscebat; lectore non admonito, ubi admonere tædio fuisse futurum sensi. Illud interea nescius ne esses velim, quod sæpissime, imo infinitis fere in locis, de vulgata parum sollicitus eam lectionem in Interpretatione secutus sim, quæ ex sola conjectura nasceretur. Nam in Latinis, quæ tota nostra sunt, tantam certe auctoritatem habere volui, cum Græca publici potius juris quam mei fuisse existimavi. Et ne aliqua fraus lectori subesset, quæcunque ita verti, ea ut literis, quas cursivas vocant, discernerentur, sedulo curavi. Singulis præterea Orationibus Argumentum præmisi, ut ad orationem ipsam aditus facilior quodammodo fieret et jucundior: in quibus et Quæstionis statum, et Actionis genus, et solennis agendi ritus prætermisi, tum ne Meursii, Petiti, ceterorumque scrinia compilarem, tum quia sensi hæc plerumque eo gratiora esse, quo breviora. Postremo utriusque Editionis, quæ meam præcessit, Aldinæ puta et Stephanicæ, paginas in ora nostræ describi volui, ut, siquando usus venerit, minimo negotio conferri et adhiberi possent.

Græcis subjunxi, quia populo aliqua ex parte placere volui,

Interpretationem Latinam, et, quia aliorum olera male cocta recoquere operæ fuisset inficetissimæ, omni ex parte novam. Quam provinciam quali laude gesserim, id, etiamsi id maxime nollem, aliorum jam futurum est judicium. At priusquam de me calculum ferat quisquam, experiendo sciat velim, quam operosum sit, quanta sollicitudine plenum, quæ eleganter Græce dicuntur, bene Latina vertere; ea fide verbum verbo annumerare, ut aliquis ne decedat color; ea venustate ora Auctoris effingere, ut Interpres esse non desinas; religionem denique temperare cum elegantia. Id enim volui, et si minus assecutus fuero, tametsi in ingenii nostri imbecillitate nonnihil, imo maximum inesse confiterer, aliquid tamen in rei ipsius difficultate constare arbitror.

In Notis, quas ad textum recensendum adhibui atque imæ paginæ subjeci, minimæ vel operæ vel laudis arbitrabar fore, si lectiones solummodo variantes, summa licet cum fide atque sedulitate descripsissem. Vicissim temerarii ingenii semper esse judicavi, eas tantum lectionum discrepantias excerpere, quæ edenti notabiliores esse viderentur. Unde evenire solet, ut vel ex hac parte defraudetur aliquando ingenium legentis, qui ex parvulis istiusmodi scintillulis lucem fœnerari potuisset; vel ex illa summa oriatur ariditas et legendi fastidium. Porro ubi scripti Codd. nihil quidquam suppetiarum tulere (quod in plurimis depravatis locis contigit) et divinando res erat agenda, eum modum mihi servandum esse duxi, quem ab homine novo, minimæ aut celebritatis aut exspectationis servari fas erat. Deinde autem aliquoties adducuntur ad stabiliendam conjecturarum fidem loca ex probatissimis semper (nam id te scire volui) scriptoribus desumpta. Quorum auctoritate dum utor, si quidquam a me vel lucis vel puritatis, fœnoris loco, acceperint, nolis id a me factum existimare gloriolæ aucupandæ causa, aut ad ostentandum, qualis vir siem; sed partim quia unum scriptorem emaculaturus nihil istiusmodi a me duxi esse alienum; partim quia lector, observaturus similem in pluribus scriptoribus erroris occasionem, emendationibus nostris aliquam vim et auctoritatem accedere non invitus confitebitur.

Quicquid igitur in Textus medelam afferre potui, id pene omne Textui, ut par erat, subjeci. Cetera, quæcunque de Lysia observanda duxi, ea Lectionibus Lysiacis reservavi perpetuo orationis filo commentanda.

Notis inserui adhuc inedita, quæ dudum ad oram exemplarium suorum allevere Josephus Scaliger et Claud. Salmasius. Exemplar, quo usus est Scaliger (cujus rei Dodwellus in libro suo de Cyclis Græcorum fidem facit), ad Edw. Bernardum Professorem apud Oxonienses Savilianum olim pertinuit, hodie in Bibliotheca Bodleiana asservatum. Salmasianæ vero notæ, quas merito que-

raris esse paucissimas, ex editione Stephani, quam servat bibliotheca Academica Lugduni Batavorum, desumuntur. Rationem denique habui omnium, quæ observarunt vel Gulielmus Canterus, vel Iacobus Palmerius, hic in Exercitationibus ad optimos fere Auctores Græcos, Lugd. Bat. 1668. 4to. ille in versione Latina Rhetorum quorundam, Bas. 1566. fol. aut Muretus denique in libris Variorum Lectionum.

Fragmenta deinde sedulo conquisivi, primusque, quod sciam, reliquias hujusce auctoris collegi. Opus sane pluris operæ, quam aut elegantiæ, aut gratiæ. Tumultuarium doctrinæ genus, ubi ingenii exiguus, laterum infinitus labor. Ad hæc promissum Indicem adjeci, vitam Auctoris, quam sedulo concinnavi, et testimonia, quibus a Vett. ornabatur Lysias, edentium ad normam studiose undique collegi.

Accedunt præterea Conjecturæ, quas pro egregia sua humanitate, qua insigniter pollet, mecum benignissime communicavit summus Vir Ier. Marklandus, a me semper et amicitiæ et eruditionis nomine plurimi habendus, et colendus maxime. Quo sane facto Vir celeberrimus non solum Editionis nostræ nitori, verum etiam aliquantum Editoris famæ consultum ivit: cum deprehendet æquus lector locis aliquammultis a me olim restitutis tanti Viri accedere consilium et auctoritatem.

Præter Lectiones Varias, quas ex Cod. MS. (quem idcirco *Stephanicum* appellare soleo) H. Stephanus deprompsit, Textum Lysiæ collatum curavi, gratia atque interventu præstantissimi atque humanissimi Viri D. Bernardi Montefalconii, quo nemo has literas felicius aut humanius adjuvit, cum Cod. MS. olim *Segueriano*, postea *Coisliniano*, hodie vero *Sangermanensi*. Codex est membranaceus in folio, numero 342. quam diu in Bibliotheca Coisliniana asservabatur, sæculo XV. exaratus. Amanuensis, qui hunc Cod. descripsit, Græcæ linguæ imperitus, multa in lectione novavit, et nonnullas voces barbaras admisit. Vocalis *ι*, *υ*, *η*, *ει*, *οι*, item *ε* et *αι* sæpissime immiscuit: Quod fortasse non ex sua inscitia admisit, verum ex suo exemplari, quod descripsit, derivare potuit. Jampridem enim earum vocalium tam inter scribendum, quam inter legendum promiscuus erat usus. In eo perpetuo fere exarantur *ἐδύνατο*, *γιγνώσκειν*, *ἕνεκα*, *γίγνονται*, *ἐφθαρμένοι*, *τειχιζόντων*, *ὑπερβαλλόντων* etc. quæ in aliis Codd. leguntur *ἠδύνατο*, *γινώσκειν*, *ἕνεκεν*, *γίνονται*, *διεφθαρμένοι*, *διατειχιζόντων*, *ὑπερβαλόντων* etc. Et similiter ubique fere desunt notæ illæ ΜΑΡΤΥΡΕΣ. ΨΗΦΙΣΜΑ. ΝΟΜΟΣ ceteraque hujusmodi. Verum Codex infra hanc, quam dixi, ætatem positus, et incuriosius aliquando descriptus sæpenumero vestigium optimæ lectionis expressum reservavit.

Ejusdem præstantissimi Viri adjutu, Orationem secundam, quæ *Funebris* est, collatam curavi cum Cod. MS. membranaceo in eadem bibliotheca asservato, num. 249, qui ad decimum sæculum facile assurgit. Liber ille bonæ frugis plenus atque auctoritate summus complectitur præterea Æschinis Orationes et Epistolas, et Synesii nonnulla. Ejusdem Orationis Exemplar MS. asservat. instructissima bibliotheca Barocciana eadem fere et ætate et fide exaratum: quod cum editis quam accuratissime contuli. Codex ille Synesii quoque nonnulla continet, chartaceus, num. 139. 4to. in principio orationis mutilus. Desunt etenim duo folia integra, atque insuper tertii pars dimidia. Ceteroquin bonæ notæ, neque ea vasta lacuna laborans, quæ in recentioribus Codd. Aldinis sc. et Coisl. 1. ad eam orationem visitur.

Ejusdem porro Orationis Lectiones Varias ex Codd. MSS. desumptas subministrarunt bibliothecæ Cantabrigienses ad oram Editionis Aldinæ diligenter annotatas. Exemplar alterum Collegio D. Ioannis testamento suo legavit Vir elegantissimi ingenii, nuper Patriæ pariter et Collegii deliciæ, Matthæus Prior: alterum in Bibliotheca I. Mori Episcopi Eliensis asservatur, quam totam munificentia vere regia et liberalitate nunquam satis prædicanda Academiæ Cantabrigiensi donavit Rex Optimus Georgius I. Huic insuper debetur, quod Lysiæ vita a Dionysio Halic. descripta atque etiam tres postremæ Orationes ibidem servatæ emendatiores aliquanto prodeant.

Exstant præterea in exterorum bibliothecis Codd. alii Lysiæ MSS. quorum copiam, tametsi id sedulo operam dedi, multum et prece et gratia enixus, nondum tamen comparare potui. Hujusmodi sunt, præter Laurentianos, quos alibi me enumerasse memini, in bibliotheca Ambrosiana Mediolani Cod. operum Lysiæ, sed manu recentiori: Cæsareus alius in bibliotheca Vindobonensi inter Codd. Philologos num. 59. chartaceus, in fol. antiquus et optimæ notæ: In bibliotheca Vaticana tertius, in Palatina, quæ itidem Romæ est, alius. Erat etiam in bibliotheca Wittiana, cujus ante aliquot annos distractio fuit, Lysias Gr. MS. Ut orationes singulares prætercam, verbi gratia, primam in bibliotheca Palatino-Vaticana, num. 117. 4to. priores duas in bibliotheca Regia Parisiensi; ceterosque præterea Orationis II. Codd. MSS. quorum alibi mentionem feci. Lysiæ Orationes 32. Sermonem Epitaphium et Epistolas 6. exstare Græce in quadam Italiæ bibliotheca memorat, nescio tamen qua fide, Gesnerus. Nam de Auctoris nostri Epistolis integris diu multumque quærens nihil unquam certi investigare potui. Horum igitur exemplarium usum, si qua gratia comparari possit, a me summopere, sed frustra, efflagitatum, eis commendari velim, si qui post labores nostros Lysiam edendum susceperint: Codicis maxime

Palatini, quoniam in eo asservari videtur Lysiæ Oratio *contra Niciam* nondum edita et fragmentis solummodo aliquibus nota.

Atque hæc fere sunt, quæ ut scires, tua et mea interesse arbitrabar. Sis interea admonitus, neque enim a loco alienum esse duxi admonere, me in Jurisprudentia Attica pene totum et isti quasi glebæ adscriptitium, Demosthenis totum quod superest, accurate ad fidem Codd. Manuscriptorum recensitum prelo indies parare; eidem æquissimis conditionibus, et, si id velis, Tuis committendum. Cujus editionis rationes, modum et formam mihi ab iis, quorum id intererit, præscribi exoptarem, consilio quasi publico (si tanti esse videbitur, atque ea de re aliquo demum pacto conveniri potest) non meo usurus. Ut plurimorum igitur votis aliquo modo satisfacere possim, institui interea in animo meo, tot exemplaribus, quot sc. istud consilium non ingratum fore videbitur lectoribus, *vernacularem*, quam vocant, *interpretationem* subjungere, vel mea vel amicorum quorundam, qui id oneris jam in se susceperint, opera adornandam; ceteris Latinam: sive vulgatam Wolfii, sive aliorum, qui in singularibus orationibus vertendis eum aut fide aut elegantia præiverint, sive denique, ubi utrinque res infeliciter cesserit, propriis laboribus de novo concinnandam. Multorum consilio adjungi velim nonnullorum gratiam et auctoritatem, quibus alius pollere potest in Exemplarium Manuscriptorum notitia communicanda, alius in eorum usu et conferendi facilitate expedienda. Meum erit laborem in edendo proprium, fructum alienum judicare. Hæc tamen omnia ea conditione a me dicta, atque hoc consilii susceptum existimes, si nempe mea opera, fides et diligentia, quam hodie in Lysia eris perspecturus, ea tibi videbitur, cui Demosthenem committas: aliter dicta pro indictis, consilium susceptum pro deposito, accipias velim. Neque enim legi tam sitienter expeto, ut non Editoris nomen cum aliquo legentis fastidio conjunctum quam citissime respuerem: neque a rebus aliis tantum otii nactus sim, ut sine Exemplarium collatione domi exercitatus esse non possim. Vale.

Dabam e Collegio D. Ioannis Cantab.
Nonis August. MDCCXXXVIII.

IEREMIÆ MARKLANDI

PRÆFATIO

CONJECTURIS IPSIUS AD LYSIAM PRÆMISSA.

ROGATU Eruditissimi Editoris, nonnulla, quæ inter legendum corruptissimum hunc Auctorem observaveram, in has schedas contuli: raptim quidem, ut qui serus huic negotio accesserim. Cæterum brevitati, quantum res sinebat, studui: tum ne forte actum agerem; tum, quia non perpetuum Commentarium scripturus eram, sed *Conjecturas*, res sine MSS. plerumque incertissimas, et quarum probabilitati appositis quidem exemplis multum, verbis vero tuis quantis libet, parum adstruxeris. Hæc itaque mea ita accipias peto, ut, si loca suspecta ex MSS. aliter sanari possint, quæ dixi omnia indicta sint. Et si quando Dictatoria ista, *Lege*, vel *Scribe*, occurrant, scito me nihil aliud velle, quam *Forte legendum*, vel *scribendum*.

Eo vero lubentius hoc opus suscepi, quod nonnulla animadverteram in Lysia, nondum ab aliis, quod sciam, prolata, quæ Novi Fœderis Textui et Phrasibus illustrandis inservire posse existimavi. Hæc igitur, prout suppetebat memoria, protuli: non ut ex Paulo vel Luca Lysiam *Bene* scripsisse, sed ut ex Lysia Paulum vel Lucam *non Male*, probarem. Conjecturas quoque paucas, data (vel, si velis, quæsita) occasione, in loca N. F. quæ mihi suspecta sunt, immiscui: quas judiciis eruditorum, qui in istis Sacris accuratius versati sunt, permitto, ea modestia et ἐποχῇ, quæ debetur τοῖς λογίοις τοῦ Θεοῦ. *Aptior*, forte inquies, *hujusmodi rebus inveniretur locus*. Quæ objectio, ut forte non improbabilis est, ita valeat, quantum valere potest.

Has Orationes Scholiis brevibus, seu conjecturis in loca aliquot, illustrant duo Viri Celeberrimi, Henr. Stephanus, et Andr. Schottus Antverpiensis, e Soc. Jesu: Ille, ad marginem pulcræ suæ Editionis Oratorum Veterum, Paris. 1575. quam in his Notis sequor: Hic, ad calcem Editionis, quam cum Versione sua publici juris fecit Iodocus Vanderheidius Brabantus, Hanoviæ 1615. Et Stephanus quidem in hoc opere feliciter plerumque, ut mea fert opinio, versatus est. De Schotti (doctissimi, et, quod multo potius est, humanissimi Viri) sive Festinatione, sive Mentis intentione aliorsum versa, est quod sæpius dolcas, interdum et queraris

Multa quoque me movent, ut crederem Schottum hæc scripsisse Juvenem, nec adhuc compotem istius usus et peritiæ in Græca Lingua, quam postea assecutus est: hæc, inquam, in Marginem Libri raptim, ut fit, conjecta, atque inde sine accuratiori examine Amico suo subministrata crederem, nisi ipse in præfatione aliud profiteri videretur. Incuriam igitur Optimi Viri animo aliis occupationibus Literariis districto allegemus: sed non ideo dissimulanda fuit, ne alios quoque Schotti nomen et fama in errorem traheret. De Versione Vanderheidii nihil dico: cum enim Contextus adeo esset depravatus, nil mirum, si vara vibiam sequeretur. Vale.

Londini, Jan. IV. MDCCXXXVIII.

I. I. REISKII

AD LYSIAM

PRÆFATIO.

Ad Lysiam præfandi pæne otium mihi fecit Taylori diligentia. Cujus de editione reliquiarum Lysiæ ubi, quoad opportunum videbitur, eos docuero, qui ea carent, accingar ad demonstrandum, quid novorum ornamentorum ad hunc oratorem a me profectum sit.

Lysiæ prostant editiones duæ a Tayloro curatæ, altera minor, qua nunquam usus sum; altera major, qui fundus est nostræ hujus recensionis. Illa minor, quantum e fama mihi constitit, præter orationem Lysiæ Græcam ejusque Latinam interpretationem a Tayloro conscriptam, nihil tenet eorum omnium, quæ multa, et haud contemnenda tenet major. Huic autem, de qua sola imposterum disputabo, titulum hunc præfixit Editor. "ΛΥΣΙΟΥ ΤΑ ΠΕΡΙΓΕΝΟΜΕΝΑ. LYSIÆ ORATIONES ET FRAGMENTA. Græce et Latine. ad finem codd. Mstorum recensuit, notis criticis, interpretatione nova, ceteroque apparatu necessario donavit Io. Taylor, A. M. Col. D. Ioan. Cantab. Soc. Academiæ olim a Bibliothecis, hodie a Commentariis. accedunt Cl. Ieremiæ Marklandi, Col. D. Pet. Soc. Conjecturæ. Londini ex officina Guil. Bowyer, in ædibus olim Carmeliticis. 1739." Titulum hunc excipit Epistola, qua totum hoc opus "ornatissimo præstantissimoque viro Io. Tempest Armigero" inscribitur. Eam sequitur Præfatio Taylori; tum Vita Lysiæ ab eodem conscripta. cui subjectus est libellus Dionysii Halicarnassei de Lysia, cum Plutarchi Photii aliorumque de Lysia testimoniis. Hæc, quæ dixi, omnia paginas in quarto majore implent nonaginta. Inde legitur ipsa Græca Lysiæ oratio, cum substrata interpretatione Taylori Latina, et huic rursus substratis annotationibus Taylori, a p. 1. ad 528. Inde seorsim leguntur excusæ Ieremiæ Marklandi ad Lysiam Conjecturæ a p. 429. ad p. 607. nam typographus Londinensis in numeris paginarum erravit. Posthæc a p. 613. ad p. 669. Fragmenta Lysiæ a Tayloro collecta et annotationibus illustrata. quæ Fragmenta Taylor Thomæ Mangeyo, Philonis Judæi editori satis noto, inscripsit. A p. 671. succedunt usque ad p. 722. Taylori Lectiones Lysiacæ Guilielmo Clarkio, Canonico Cicestriensi, inscriptæ. Agmen claudunt Indices aliquot; primus antiquorum

auctorum, qui in editione Lysiæ Londinensi emendantur. 2. Locorum novi fœderis, qui in Marklandi Conjecturis ad Lysiam et Dionysii Hal. libellum de Lysia emendantur, vel illustrantur. 3. Præfatio Taylori ad indicem ab ipso conscriptum, quem Atticum appellare ei placuit, et Index ipse.

Descriptio hæc est Lysiæ Taylorani, quem recudendum operis Lipsiensibus dedi, sed nonnihil immutatum, ut ex iis, quæ nunc dicam pluribus, constabit. Orationem Græcam, seu, quem vulgo usurpant, Textum Græcum, expresserunt operæ nostræ ex exemplo Taylorano. Verum qua libertate Taylor a Stephani exemplo discessit, quod imitandum suis operis proposuerat, imitatus ea in re Stephanum ipsum, qui passim locorum textum Aldinum immutaverat, eadem ego quoque libertate mihi non duxi interdicendum esse, ut Tayloranum exemplum, ubi necesse videretur, sive ad codicum Mstorum auctoritatem accommodarem, sive ad primigeniæ Aldinæ fidem reformarem; iis de locis ne commemorem, quos Marte meo refinxi; qua de re, quoties usu venit, tam asteriscis in texto, quam copiosius in annotationibus admonui. Taylori cum annotationibus Marklandinas, quæ in Londinensi seorsim leguntur, copulavi, commoditati lectorum inserviturus. Amborum annotationibus meas nomine carentes immiscui, quo, quæ ad hoc diei ad Lysiam annotata uspiam exstarent, ea unis locis in brevi quasi tabella exhiberentur. Unum volumen formæ minoris, cujusmodi hoc est, quoniam omnia non capiebat, quæ major Londinensis exhibet, quæ hoc in primo volumine locum non inveniebant, ea necessario in secundum brevi post insecuturum rejeci. Sunt autem hæc istoc ordine a me suo tempore exhibenda. 1. Fragmenta cum annotationibus Taylori solius: nam ad ea neque Marklandus quicquam annotavit, neque ego animum iis adverti. 2. Indices, qui numero erunt plures, cum illi, quos paulo ante commemorabam, ex editione Londinensi repetendi; tum alii novi ab ipso me jam concinnati, Græcitatis puta Lysiacæ, et hominum a Lysia appellatorum, et locorum, et legum. 3. Libellus variantum in Lysia lectionum. 4. Taylori præfatio ad Lysiam. 5. Marklandi præfatio ad Conjecturas ipsius. 6. Lysiæ Vita a Tayloro conscripta. 7. Libellus Dionysii Halicarnassei de Lysia, cum annotationibus Taylori, Marklandi, meis, et iis, quas de suo mihi impertiit Io. Frider. Matthæi V. C. 8. Lectiones Taylori Lysiacæ. Superest adhuc aliud haud tacendum a me innovatum. Hoc nempe. Magna pars annotationum Taylori aliud nihil exhibet, præterquam variantes lectiones ex Aldina, Coisliniano codice, et marginibus editionis Stephanicæ collectas. Ego vero quotquot hujusmodi notulæ inessent reliquis Tayloranis immistæ, eas omnes ad Libellum Variantium in secundo nostro volumine exhibendum amandavi. Quod si

ergo eveniat, ut editionem Londinensem cum hac nostra comparantes, ab hoc primo nostro volumine exterminatas cernant ejusmodi quisquilias depravatarum lectionum, rogatos eos velim, ut præcipitare judicium nolint, sed querelas de mutilatione tantisper reprimant, donec secundum volumen prodierit, ubi feces ipsas et stercora editionis Londinensis reddam, locumque calumniæ excludam, ac si mala fraude rem gessissem. Nihil enim eorum omnium, quæ Londinensis editio tenet, sciens volensque prætermittam; nisi si quæ ipse profitear me omissurum, quæ sunt et pauca, et nullius momenti; nempe has tres Taylori præfationes, unam ad Tempestum, alteram ad Mangeyum, tertiam ad Clarkium. In reliquis reddendis fidem servavi et servabo porro sanctissimam. Quas viri docti dedissent ad Lysiam annotationes, eas nil decurtatas, nil immutatas, ipsis eorum verbis reddidi, tametsi persæpe locorum eas parum probarem. Fidem ipse meam minuissem, meæque editioni auctoritatem detraxissem, si licentiam, nefariam illam quidem et minime tolerandam, quæ displicerent, tollendi, mihi arrogassem. Nihilo magis mihi datum hoc existimavi, ut viris doctissimis et de literatura Græca egregie meritis perpetuo oggannirem: quamquam haud raro gravissimæ erant causæ lapsus eorum notandi. Censorem agere atque objurgatorem, odiosum, et putidum videbatur, et malignum. Ipsemet æquo animo laturus non sim, si quis criticus sycophanta, homo Toupianus, infesto dente lucubrationes meas dilaniet. Præterea chartis parcendum videbam esse, lectorumque pudori, hoc est, cavendum ne eorum ingenio diffidere viderer. Ultro, me indicente, animadvertent sagaces atque rerum intelligentes lectores virorum doctorum, Taylori puta atque Marklandi, hallucinationes. Minus invidiosum arbitrabar esse, errores eorum ab aliis aliud agentibus obiter reprehendi, quam a me, qui editoris personam ipse mihi imposuissem, hoc est præconis quodammodo eorum, quæ illi scripta reliquissent. Denique locus etiam videbatur adolescentulis relinquendus esse ingenii proferendi, qui propius ad veniam peccant ex aliena contumelia famam aucupantes. Poterat spissa illa annotationum farrago passim locorum in brevius contrahi, semel tantum indicando Taylori atque Marklandi easdem in suspiciones consensum, qui tam sæpe inter se consentiunt, ut miraculo fit, qui fieri potuerit, ut duo prorsus in easdem sententias tam sæpe cogitatione deferrentur; tædio profecto legenti est eadem toties iterari. In Marklandi annotationibus mihi quidem haud arridet illa affectatio rerum ab argumento alienarum. Nusquam non captat occasiones, sæpe invitas et reluctantes, super Novo Testamento disputandi. Mei si res fuisset arbitrii, cunctas illas disputationes obtorto, quod aiunt, collo huc raptatas induxissem. Sunto enim, cuicuimodi sunt; placento quibuscunque poterunt, per me

licet. Super his enim judicare mihi fas non est, qui a theologorum sacris arcanis tota vita procul abfuerim. Sunto, si voles, quantivis facienda. Verumtamen in disputationibus super monumentis Lysiæ ecquis enucleationes quærat abstrusorum Pauli Apostoli sensuum? Non erat nunc his locus. Alio loco expromsisset. Decebat utique Marklandum, qui theologus esset, Pauli lectione delectari. Non invideo, non intercedo. At cum luce tenebras ne commisceto. Verumtamen nefas ducebam alienam in messem falcem me immittere, fidemque publicam violare, et exsecrabilis exemplum præire grassationis in aliena scripta, quod alii postmodum in meis, me invitissimo, sint imitaturi. Præterea aliis alii ducuntur. Meum ad palatum si quæ minus sint, dubium non est, quin bene multi sint futuri, qui ea appetant, ob eaque vel sola Marklandinas ad Lysiam Conjecturas magni faciant, emant, lectitent. Minus tamen religiosus fui in Latina Lysiacæ orationis interpretatione a Tayloro conscripta, quam prorsus omisi, gemina de causa: altera, quod decrevissem ab hoc, quod edo, corpore Græcorum Oratorum Latinas interpretationes omnimo omnes, quamvis bonas et probatas, excludere; altera, quod hanc Tayloranam parum probarem, quæ persæpe locorum ab oratoris sententia aberrasset, et universe parum Latina esset, quamquam haud me fugit, quam sibi Taylorus et in fide atque perspicuitate suæ interpretationis, et in munditie atque nitore Latinitatis placuerit atque exsultarit. Verum ab intelligentia bonæ tersæque Latinitatis aberat Taylor quam plurimum. Id quod affirmanti nemo facile mihi fidem deneget, annotationes ejus ad Lysiam legens; in quibus haud rari sunt loci, non Apuleianum, sed plane Tertullianeum os referentes, quos alii non magis videantur percepturi, atque ego percipio. Est utique Lysiæ oratio perobscura, cum ob dictionis, quam affectat, brevitatem, tum ob cœca ratiociniorum vincula: ut inprimis bonum interpretem desideret. Ego vero Taylorum eum esse nego bonum interpretem. Quapropter ipsemet molestiam exantlavi Lysiam, unaque Andocidem et Isæum, Latine convertendi. Nam de Antiphonte nondum certi quicquam mecum constitui. Istos vero, quos dixi, Latinos feci, olim aliquando edendos: quod ubi factum fuerit, statuent rei intelligentes, operæne pretium fecisse videar. Interim semel vel bis in annotationibus meis ad Lysiam lectores ad hanc meam Lysiæ interpretationem ablegavi, tum prodendam, cum per fata licuerit finem huic corpori Græcorum oratorum imponere. Vita si suppetet, et sumtus, atque studium emtorum, recipio edenda aliquot volumina, in quæ compingentur Wolfianæ operum Demosthenis et Æschinis et Dinarchi, meæ Andocidis, Lysiæ, Isæi, et nescio an Antiphontis quoque, et ab aliis conscriptæ, si quæ prostant, interpretationes Latinæ probabiles aliorum e Græcis oratoribus minoribus.

Satis, ni fallor, de Lysia Taylorano dixi. Restat, ut quæ nova ornamenta de meo aut in hoc primum volumen jam contulerim, aut in secundum mox sim collaturus, exponam. Si quis ullus alius auctor Græcus mendis et lacunis obsitus est, Lysias certe est miserrime atque desperatissime depravatus. Ut penes Taylorum pene nihil fuit copiarum ad eum emendandum, si ab ejus et Marklandi divinationibus discesseris, ita penes me quoque perparum fuit opis, quod e codicibus Msti conferrem a me usurpatis. Et oppido pauci supersunt Lysiæ codices Msti, et, quotquot ad notitiam nostram pervenerunt, contemnendi sunt omnes, iisdem mendis inquinati, lacunis iisdem hiulci, ut ex uno videantur omnes manasse, misere mendoso atque lacero; qui est ille, nunc Florentinus, olim a Constantino Lascari e monte Atho allatus, unde Aldus primus Lysiam edidit. Nihil equidem ipse mihi ad contentionem feci reliquum, ut paulo quid plus eniterer, quam decessor meus: verum haud respondit prospera fortuna spei votisque nostris, quamquam non prorsus me frustrata est. Magni faciendus non est Coislinianus, et nihilo tamen minus ex eo bonas lectiones haud paucas sublegit Taylor ante, et secundum eum ego alias plures illinc sublegi. Simillimus illi est Vindobonensis, de quo in continente pluribus dicam, fœdissimis mendis horridus, neque ideo tamen minus licuit haud pœnitendum spicilegium bonarum lectionum inde exhibere. Sed prius de codice Veneto paucis est indicandum. Est in bibliotheca S. Marci Venetiis, in libris, qui olim Cardinalis Bessarionis fuerunt, codex Lysiæ; a quo sperans opis non nihil impetratum iri ad explendum, qui creberrimi hodie sunt in Lysiæ exemplaribus, hiatus, et mendas teterrimas eluendum, dedi literas ad Antonium Zanettium, V. C., illi bibliothecæ præfectum, rogans, ut illius codicis lectiones excerpi et ad me mitti curaret. Ille vero Venetiis negabat esse, qui provinciam illam aut bene gerere nosset, aut suscipere vellet. Nam sibi quidem otium deesse. Interim si quos enotarem singulares locos, de quibus consuli codicem Venetum vellem, se operam hactenus mihi daturum. Invitatus ego humanissimi viri hac pollicitatione, misi ad eum exemplum editionis Stephanicæ, in quo locos difficiliores et præ aliis mendosos notaveram. Remisit hoc exemplum Zanettius suis annotationibus conscriptum, unde intelligens, quid lectionis loco quoque in codice Veneto esset, una intellexi quoque codicem illum, nisi mendosior etiam aliis est Lysiæ codicibus passim prostantibus per Europæ bibliothecas, nihilo profecto esse illis, neque emendatius exaratum, neque pleniorem. Factum sic est, ut in libello Variantium Lectionum codicem hunc Venetum pæne nusquam allegem, qui pæne nulli usui mihi fuerit. Vix enim semel aut bis paulo meliorem exhibuit lectionem vulgata, et contra plerumque fœdiores etiam corruptelas, quam

sunt in libris vulgatis. Plus profeci e codice Vindobonensi, quamquam non tantum, quantum speraveram a Nesseliano illectus indicio. Codicem hunc meam in gratiam totum a capite ad calcem cum editione Lysiæ Marpurgensi a I. H. Maio curata contulit Gottlob Christian Storr, V. C. A. M. Stutgardiensis, ministerii Evangelici candidatus, juvenis ut sacrarum literarum, et earum inprimis, quas orientales appellant, præter vulgarem morem peritus, de quo constabit ex opusculis, quorum parat editionem, ad literaturam Syriacam pertinentibus, quæ opuscula ut quam primum ipsi proferre liceat, ex animo opto; ita mei tam amans, tam observans, tam studiosus, ut id unum pæne videatur arbitratus sibi datum negotii esse, ut modis quibus posset omnibus bene de me mereretur. Tanta fuit ejus erga me pietas, ut filii erga parentem vix major esse possit; neque facile recordor familiarium quemquam fuisse, qui hac laude eum superaret. Verumtamen ægerrime fero a juvene doctissimo, quod otium melius collocari poterat, pæne incassum id esse insumtum. Id quod ex iis schedis mihi constitit, quas Vindobona ad me misit, in quibus apertas quoque et manifestas librarii Græci hallucinationes annotavit, sed eas tam crebras, et tam spurcas atque abnormes, ut fieri posse negem, ut usquam locorum alius exstet codex Græcus flagitiosius, atque hic Vindobonensis est, exaratus. Quem si Taylor perinde cognitum usu atque perspectum habuisset, atque ego habeo, profecto non affirmasset, codicem Vindobonensem *optimæ notæ* esse. Sed humanum est, de incompertis bene sperari, et magnifice prædicari. Ego equidem si præscissem futurum, ut illinc plus lolii, quam bonæ frugis colligeretur, profecto non commisissem, ut optimo Storrio meo provinciam tam insuavem et tam infructuosam demandarem; quamquam ipse, ultra quam sibi expediret officiosus, hanc provinciam magis efflagitavit, quam ego imposui. Verum enim vero, quod sæpe usu venit, ut ex ingenti scoriarum acervo auri tamen micæ eruantur, ita mihi quoque licuit ex hac immani farragine portentosissimarum codicis Vindobonensis mendarum haud paucas eruere lectiones præstantissimas, ex alio nullo codice a quoquam annotatas: quas pæne omnes in Textum meum recepi. Haud raro quoque conjecturas meas ab eo confirmari, non sine gaudio deprehendi. Possem hic, tanti si facerem, satis prolixum contexere atque proponere indicem lectionum bonarum a me primo in Lysiam ex hoc codice Vindobonensi immissarum, longiorem etiam illis, quibus in sua ad Lysiam Præfatione exhibendis Taylor suam diligentiam in emendanda Græca Lysiæ oratione demonstratam jactare voluisse videtur. Ego vero satis habui, ubi locorum Lysias e codice Vindobonensi a me emendatus esset, id in subjectis annotationibus statim, aut in libello lectionum mox inse-

cuturo indicare; ubi etiam reliquas codicis hujusdem lectiones repræsentabo, quæ non meræ sint calami aberrationes. Egi equidem, id quod videtis lectores, quod potui; neque, quod in me situm esset, operæ studiique quicquam passus sum desiderari, quo consequerer hoc, ut Lysiam vobis traderem mundiorem et emaculatiorem, quam ante me lectus et in hominum manibus versatus esset. Consecutus omni ex parte si non sum id, quod contendebam, culpa careo. Fortuna defuit, non voluntas. Congratulemur nobis, hæc Lysiæ fragmenta, quamvis miserrime contruncata, superesse, neque prorsus ejus omnia perisse. Fruamur his, quæ habemus, qualiacunque sunt, indolentes acerbæ sorti, quæ Lysiam fataliter oppressit, et quæ voluit codices ejus non nisi mendosissimos atque miserrime lacunosos ad nos pervenire; nisi si forte aut in Escurialensi bibliotheca mundiores atque pleniores Lysiæ membranæ adhuc latent, aut in ea, quæ quondam Heidelbergensis erat, nunc Vaticana est, in qua aiunt, nescio quo auctore freti, servari codicem Lysiæ orationes aliquot nondum editas tenentem: de quo quærere non vacavit; vel potius defuit quærendi opportunitas. Erit olim aliquando tempus, age enim solemur bene sperando clades nostras, quod tempus Græcas literas a contemtu vindicet, quo nunc apud Italos oppressæ jacent. Erunt, qui gazas vetustæ literaturæ tot in bibliothecis Italiæ, tamquam in monumentis vetustorum regum, sepultas eruant, illinc atque in lucem proferant. Bona id quidem fide, et procul jactantia, a qua sum alienus, affirmare possum, opera mea factum esse, ut Lysias nunc prostet haud paulo, quam ante fuit, emendatior, atque dilucidior. Et erit adhuc magis, cum Latina mea Lysiacarum reliquiarum interpretatio prodierit, quæ vicem perpetui in Lysiam commentarii fungi poterit. Pristinas meas ad hunc oratorem animadversiones, jam anno 1757. editas, pæne ne inspexi quidem nuper has novas conscribens. Quo factum esse interdum suspicor, ut ea prætermiserim, quæ malint nonnulli præterita non fuisse. Sed conferat antiqua cum novis, cui copia et volupe erit, et illinc repetat, si quæ haud pœnitenda repererit. Mihi hac uti diligentia neque libuit, neque vacavit. Currente prelo haud raro observavi aut perperam a me scripta, quæ tolli ob rationes typographicas non possent, aut præterita alia, quæ addi festinatio operarum, aut spatiorum angustiæ haud paterentur. Illa itaque retractatum, hæc suppletum ibo in illo, quem toties dico, libello Variantium Lectionum. Orationem Lysiæ Funebrem, quæ in editione H. Stephani Lysiacarum agmen claudit, in Aldina autem, et Taylorana, nostraque statim a prima secunda est, cum codice Augustano contuli, illo, quem Demosthenicorum meorum quintum appellare soleo. Orationem in Philonem, quæ in editione Aldina postrema est, cum codice bibliothecæ regiæ Parisinæ, n. 2944. signato, contulit

meos in usus Schweigheuserus meus, A. M., V. C., Strasburgi. v. Voluminis quarti horum oratorum calcem p. 136. Quas in libello variantium interdum cito schedas Brulartianas, de iis ibidem jam exposui. Quæ schedæ num sint eædem cum Groulartianis, a Tayloro passim laudatis, mihi certo non constat. Suspicatus aliquando fui, codicem Lysiæ, cujus a se usurpati mentionem H. Stephanus in marginibus editionis suæ facit, eundem esse cum Coisliniano. Verum postmodum deprehendi Stephanici lectiones a lectionibus Coisliniani discrepare. Rursus in suspicionem veni, Stephanicum codicem esse eundem cum Vindobonensi. Id quod improbabile non videbitur recordanti H. Stephanum in Italia atque Germania superiore multos per annos hæsisse, et bibliothecas cum Italicis Germanicas versasse. Verum horum quoque codicum lectiones, ut inter se passim locorum concinunt, ita rursus aliis in locis discordant. Decuerat utique Stephanum diligentius indicare, cujas fuisset ille codex Lysiæ, quo se usum ait fuisse. Argumenta orationi cuique Lysiacæ præmissa Taylori sunt omnia; de quo nisi aliunde constaret, etsi ego nil admonerem, satis tamen auctorem dictio ipsa proderet. Animadversiones Taylori disputationibus scatent, præterquam quod caliginosæ sunt, ut conjectoris egeant, a re quoque, de qua agitur, alienissimis. Vanitas hæc est hominis copias literarum ostentantis, e multifaria multorum voluminum lectione, aut pervolutatione certe, collectas. A quo morbo ego sum alienissimus, hoc strigosior, quo alii sunt obesiores. Res ipsæ sunto, per me licebit, bonæ, et exquisitæ adeo. Non tamen his nunc erat hic locus. Quid attinet e Dactyliothecis gemmas ex ære cælatas, e Syntagmatibus Inscriptionum, ad quæ satis fuerat lectores ablegari, longos titulos repetere, unde nil discas, quod ad rem faciat, et pueros fugiat ludum literarium frequentantes. Commentarios in alium quemcunque auctorem si te juvet simili modo conscribere, volumina tot nullo negotio exaggeres, quot vel camelum fatigent. Ego vero meis in commentariis conscribendis hunc tenui modum, et hoc spectavi, ut aut sententias oratoris, sicubi viderentur tenebricosiores, admota face circumlocutionis illuminarem, aut mendas, ubi possem, pro modulo meo emendarem, aut saltim indicarem. Ad libellum Dionysii Halicarn. accedent Tayloranis et Marklandinis annotatis, una cum meis, variæ lectiones e codice Helmstadiensi, et annotationes I. Fr. Matthæi, V. C. ejusdem, cujus super Æschine oratore disputationem doctam et subtilem quarto horum oratorum volumine exhibui. Parat ille nunc discessum a nobis, iter longum et molestum intra paucos dies ingressurus, quod iter deus fortunet atque secundet. Moscoviam, ad Hyperboreos, arcessitus est, ut in ludo publico, qui ibi est, humaniores literas profiteatur. Patriæ pæne succenseo, homines literatos, quibus ipsa posset uti, invitos

expellenti; quasi copia laboremus ingeniorum studiis scholasticis innutritorum. Nos vero, si qua re alia caremus, adolescentibus vel maxime caremus, Græce Latineque callentibus, et rei scholasticæ gerendæ deditis. — Venit adhuc in mentem editionum Lysiæ superiori seculo in Germania proditarum, Hanoviensis, et, quæ illam recentavit, Marpurgensis. Verum præstat de illis tacere, quarum exigua aut potius nulla sit auctoritas. Unum hoc sufficiat a me commemoratum esse, Hanoviensem non referre fideliter exemplum Stephanicum, sed vitiosam et contaminatam esse conjecturis, seu Andreæ Schotti, seu Iodoci van der Heiden. Hæc ad Lysiam præfanti mihi post Taylorum, qui meliora quæque dudum occupavit, succurrebant, quæ ut, benevole lector, æqui bonique habeas, etiam atque etiam te rogo. Scripsi Lipsiæ d. 20. Martii 1772.

LYSIÆ VITA

A IOANNE TAYLORO CONSCRIPTA.

NATUS est Lysias eo tempore, quo res Atheniensium domi forisque, sive rerum gestarum gloriam, sive pacis ornamenta spectemus, ad summam quasi maturitatem erant perductæ.* Barbaris enim nuper terra marique profligatis, et universæ Græciæ libertate feliciter vindicata, ut nemo jam hostis superesset, nisi domi fuisset quærendus, populus Atheniensis, bellicæ quasi laudis satur et gloriæ armis partæ, præstantissima omnis memoriæ ingenia in acie fori atque in umbra Academiæ excolere cœpit. Tum fuit Thucydides et Xenopho, a quibus post Herodotum Historia commota est, ut auderet uberius, quam superiores, et ornatius dicere: Scenam illustrarunt Sophocles et Euripides, et in diverso genere Aristophanes et Menander, qui ceteris pene omnibus ejusdem artis auctoribus nomen abstulere: Tum primum Philosophia, in qua de rebus bonis et malis, deque hominum vita, moribus et officiis disputatur, inventa et exculta esse dicitur; quam idcirco Socrates auctor, de cælo, nam illa altera de Natura fuit antiquior, devocasse fertur. In hac denique urbe atque his temporibus primum se Eloquentia extulit, eadem pene tempestate et nata et perfecta; cum decem simul Oratores Athenis ætas una tulerit,† quorum ut diversa

* Diod. Sic. ad Olymp. LXXX. 2.

† Celeberrimi isti X-viri secundum ætatem hoc ordine videntur esse collocandi. I. Antipho antiquissimus, qui floruit *κατὰ τὰ Περσικὰ*, Themistoclis, Aristidis etc. æqualis. II. Andocides natus Olymp. LXXVIII. 1. III. Lysias Olymp. LXXX. 2. Unde corrigendus Plutarchus in vit. Andocidis, *Ἄρχει δὲ αὐτῷ* (i. e. Andocidi) *τῆς γενέσεως Ὀλυμπιὰς μὲν ἑβδομηκοστὴ ὀγδόη, ἄρχων δὲ Ἀθήνησι Θεαγενίδης. ὥστε εἶναι πρεσβύτερον αὐτὸν Λυσίου ἔτεσί που ἑκατὸν*, legendo potius *ἔτεσί που ὀκτώ*. Quod verum est. IV. Isocrates Olymp. LXXXVI. 1. Iterum corrigo eundem Plutarchum, *γενόμενος δὲ* (i. e. Isocrates) *κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα Λυσιμάχου Μυῤῥινουσίου δύο καὶ εἴκοσιν ἔτεσι, πρεσβύτερος δὲ Πλάτωνος ἑπτά*. Lysimachus eo anno summum Athenis Magistratum gessit, qui domo Myrrhinusius fortasse fuit, sed non novi eam conditionem aut morem describendi Archontas. Sed ita describantur per me licet. Cui tamen connectuntur ista *δύο καὶ εἴκοσιν ἔτεσιν*? Nimirum ante vel post *Λυσιμάχου* excidit vox *ἄρχοντος*, et pro *Μυῤῥινουσίου* legendum est *νεώτερος* (quæ vox in MSS. compendiose describi solet) *Λυσίου δύο καὶ εἴκοσιν ἔτεσιν* etc. Plane ut Dionys. Halic. *Ἰσοκράτης ὁ Ἀθηναῖος ἐγεννήθη μὲν ἐπὶ τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ ἕκτης Ὀλυμπιάδος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Λυσιμάχου. πέμπτῳ πρότερον ἔτει τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, δυσὶ καὶ εἴκοσιν ἔτεσι νεώτερος Λυσίου*. V. Isæus, qui tempore belli Peloponnesiaci vixit et Demosthenem instituit. VI. Æschines, qui videtur in lucem fuisse susceptus circa Olymp. XCVII. Demosthene paucis annis major. VII. Lycurgus Platonis et Isocratis auditor, cujus inter Oratores Græcos H. Stephani suavissima et lectu dignissima, paucis tamen nota, exstat Oratio

virtus, nam inter se pares non fuerunt, summam pene laudem est consecuta, ita his exstinctis, optimum illud genus eloquentiæ studiumque dicendi sensim elanguit. Ad hæc Athenæ non solum Reip. prudenter institutæ, verum etiam cum moderatione administratæ gloria floruerunt, atque ad Jurisprudentiam Romanam condendam, quæ hisce temporibus XII. tabulis describi cœpit, consilium suum et auctoritatem largitæ, sapientiæ existimationem ad omnem memoriam propagarunt. Talem habuit nascendi conditionem Scriptor noster, qua nulla illustrior aut gloriosior excogitari possit.

Natus est Athenis* Olymp. LXXX, 2. Philocle Archonte.† Patrem habuit Cephalum‡ Syracusanum Lysaniæ F. Cephali N.,

unica. VIII. Demosthenes natus Olymp. XCIX. 4. IX. Hyperides, ab Antipatro, eodem fere tempore, quo Demosthenes, interemptus. X. Denique Dinarchus natus Olymp. CIV. 4. Horum omnium Scriptorum, si Hyperidem excipiamus, quædam ad nostram ætatem pervenere: Eorum vitas literis complexi sunt Plutarchus, et Photius in Bibliotheca. Nonnullorum etiam Philostratus. Γένει μὲν καὶ ἀξιώματι, πολὺ περέχοντος ἁπάντων, παιδείᾳ δὲ καὶ λόγων δυνάμει τῇ Ἀττικῇ Δεκάδι παραβάλλοις ἄν. Lucian. in Scytha. Leont. Antholog. III. 30.

Χειρεδίου τόδε σῆμα, τὸν ἔτρεφεν Ἀτθὶς ἄρουρα
Εἰκονα ῥητήρων τῆς πρεσβύτερας Δεκάδος.

Erat enim alia et posterior Decas, de qua consulendus Snid. in Νικόστρατος, Philostrat. in Herode, Auctor Prolegom. in Aristidem.

* Athenis certe. Cephalus Pater Athenas commigrat Syracusis XXX. annos ante decessum. Lysias c. Eratosth. Lysias quindecennis profectus est Thurios, patre jam emortuo. Plutarch. in vit. Atque ita Suidas, qui Lysiam Syracusanum vocat (i. e. genere, et majoribus), ait tamen, ἐπέχθη δ' ἐν Ἀθήναις. Justinus quidem et genere et natalibus Siculum esse velit. 'Lysias, Syracusanus Orator, exsul tunc, quingentos milites stipendio suo instructos in auxilium patriæ communis eloquentiæ misit.' V. 9. et Timæus quoque teste Cicerone. 'Catonis autem orationes non minus multæ fere sunt, quam Attici Lysiæ — est enim Atticus: quoniam certe Athenis est et natus et mortuus, et functus omni civium munere, quanquam Timæus eum quasi Licinia et Mucia lege repetit Syracusas.' De Cl. Oratoribus. Eadem fere, quæ Justinus, habet Orosius II. 27. 'Lysias quoque Syracusanus Orator, quasi in auxilium urbis, quæ esset patria communis eloquentiæ, quingentos milites cum stipendiis suis misit.'

† Male Plutarchus (sive auctor recentior, qui Plutarchi nomine abutitur), in Lysia: γενόμενος Ἀθήνησιν ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος τοῦ μετὰ Φρασικλῆ κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ δευτέρας Ὀλυμπιάδος. Corrige: τοῦ μετὰ Φρασικλείδην κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. Vid. Palmer. Exercit. Meurs. Attic. Lect. IV, 14. Ions. de Script. Hist. Philosoph.

‡ Præter Cephalum Syracusanum Lysiæ patrem fuit Rhetor quidam Atheniensis, Cephalus nomine, quos inter se commisere imperitiores. Rhetorem hunc et demagogum memorant Dinarch. c. Demosthenem, Andocides sæpius, Athenæus, Suid. in V. Tzetz. Add. Aristoph. Eccles. 248. σχ. ad loc. et ad 253. Fragmentum Cephali proferunt Suid. et Etym. M. in v. Ἐπιτιμία. Ioannes Tzetzes homo bonus Chiliad. V. 34. confundit Cephalum Syracusanum Lysiæ patrem, Cephalum Rhetorem, de quo in præsenti agimus, et Cephalum τὸν παλαιὸν (ut eum vocat Æschines c. Ctesiph. [§. ξέ.]) qui Aristophontem adversarium nactus est περὶ καλοῦ βίου, uter sc. melius ætatem egerit, ubi Cephalus laudi duxit se nunquam φυγεῖν, Aristopho se sæpe φυγεῖν, ἁλῶναι nunquam. Eam contentionem ita exprimit Æsch. l. c. Ἔπίλημα δ' ἐν ὑμῖν ποτὲ σεμνύνεσθαι Ἀριστοφῶν ἐκεῖνος ὁ Ἀζηνιεὺς, λέγων, ὅτι γραφὰς παρανόμων πέφευγεν ἑβδομήκοντα καὶ πέντε· ἀλλ' οὐχὶ ὁ Κέφαλος ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος ὁ δεκῶν δημοτικώτατος γεγονέναι, οὐχ οὗτος. ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἐκείνου φιλοτιμίας, λέγων, ὅτι πλείστα πανταχοῦ γεγραφὼς ψηφίσματα, οὐδεμίαν πώποτε γραφὴν πέφευγε παρανόμων: καλῶς (οἶμαι) σεμνυνόμενος. Ita Tzetzes:

Οὗτος [Cephalus] καὶ δικαιότατος ἁπάντων ἦν ῥητόρων,
Παρ' ὅλην τούτου τὴν ζωὴν μὴ σχὰν κατηγορίαν.
Ἀριστοφῶν δὲ τοὔμπαλιν ὑπῆρχε τῷ Κεφάλῳ,
Ἀεὶ κατηγορούμενος, νικῶν δὲ ἀντιδίκους.

Neque solum hunc errorem erravit Tze-

qui Athenas commigravit sive Periclis, cujus hospitio et familiaritate utebatur, suasu, ut auctor est Lysias in oratione *contra Eratosthenem*, sive civium injuria, cum adversis Reip. temporibus Gelo Syracusarum imperium capessivit. Is est Cephalus, apud quem domi habebantur a Socrate immortales isti sermones de Republica, quos Plato literis mandavit: ubi de hominis ætate, gratia, moribus et opulentia satis multa memorantur. Καὶ ἐγὼ ἀγασθεὶς αὐτοῦ εἰπόντος ταῦτα, βουλόμενος ἔτι λέγειν αὐτὸν, ἐκίνουν· καὶ εἶπον, ὦ Κέφαλε, οἶμαί σου τοὺς πολλοὺς, ὅταν ταῦτα λέγῃς, οὐκ ἀποδέχεσθαι, ἀλλ' ἡγεῖσθαί σε ῥᾳδίως τὸ γῆρας φέρειν, οὐ διὰ τὸν τρόπον, ἀλλὰ διὰ τὸ πολλὴν οὐσίαν κεκτῆσθαι. — μέσος τὶς (inquit Cephalus) γέγονα χρηματιστὴς τοῦ τε πάππου καὶ τοῦ πατρός· ὁ μὲν γὰρ πάππος τε καὶ ὁμώνυμος ἐμοὶ, σχεδόν τι ὅσην ἐγὼ νῦν οὐσίαν κέκτημαι παραλαβὼν, πολλάκις τοσαύτην ἐποίησε· Λυσανίας δὲ ὁ πατὴρ ἔτι ἐλάττω αὐτὴν ἐποίησε τῆς νῦν οὔσης· ἐγὼ δὲ ἀγαπῶ ἐὰν μὴ ἐλάττω καταλίπω τουτοισὶν, ἀλλὰ βραχεῖ γέ τινι πλείω ἢ παρέλαβον.* Neque bonum senem fefellit fortasse aut cura aut augurium. Nam in vexatione Inquilinorum sub XXX-viris, ubi in ditissimum quemque sævitum est maxime, Lysias cum fratre Polemarcho primus avarissimæ istius conjurationis crudelitatem est expertus.

Olymp. LXXXIV, 1. cum Athenienses coloniam Sybarin (i. e. Thurios) deducendam censuerunt, Lysias XV. annos natus cum Polemarcho fratre natu maximo, juxta Photium et Plutarchum, vel una cum duobus fratribus juxta Dionysium (qui erant Polemarchus et Euthydemus)† colonis se adjunxit, hereditatis adeundæ gratia. Sybaris, urbs ubere gleba, et civium‡ mollitie ad proverbii infa-

tzes, verum etiam Cephalum Lysiæ P. Thurium appellat, et Oratoris N. res gestas in debellandis XXX. tyrannis Cephalo assignat.

* Plat. de Rep. l. 1. Eadem pene de Cephali divitiis habet Tzetzes, futilis ille auctor et recens, verum mutuatus procul dubio a bonæ fidei scriptoribus, πλούτῳ κομῶν καὶ εὐγενής. Chiliad. V. 34. Cic. 4. ad Attic. 15. 'Feci idem, quod in πολιτείᾳ Deus ille noster Plato. Cum in Piræum Socrates venisset ad Cephalum locupletem et festivum senem, quoad primus ille sermo haberetur, adest in disputando senex: deinde cum ipse quoque commodissime locutus esset, ad rem divinam dicit se velle discedere, neque postea revertitur. Credo Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset.' Dum hæc commentabar, et de Periclis etiam fortunis inaudiveram (πλούτου δὲ καὶ γένους προσόντος αὐτῷ λαμπροῦ. Plutarch. in Pericle. Περικλῆς, ἀνὴρ γένει καὶ πλούτῳ, πρὸς δὲ τούτοις δεινότητι λόγου— προέχων. Diod. Sic.) nescivi, quo pacto accipienda erant verba Pseudo-Plutarchi de Lysia, quæ cum solertiore lectore relinquam. Λυσίας υἱὸς ἦν Κεφάλου — μεταναστάντος εἰς Ἀθήνας ἐπιθυμίᾳ τε τῆς πόλεως, καὶ Περικλέους τοῦ Ξανθίππου πείσαντος αὐτὸν φίλον ὄντα καὶ ξένον; πλούτῳ διαφέρων. Quid? anne dicemus αὐτὸν διαφέροντα? an Περικλέους διαφέροντος? an denique connectemus cum initio, Λυσίας υἱὸς Κεφάλου — πλούτῳ διαφέρων? Ita semper fere accidere solet, ut istiusmodi sorices non solum ἀνιστορησία, verum etiam aliquando indiligenti oratione, atque sermonis ἀνακολουθία seipsos proderent.

† Εἰς Θουρίους πλέων σὺν ἀδελφοῖς δυσί. Dionys. Halic. Eorum nomina conservavit Plato l. c. Polemarchus natu maximus, et Euthydemus alter, non Εὔδιδος aut Εὐδίμος, ut habent Codd. Plutarchi, aut Εὔδημος, ut conjecit Xylander. Tertium igitur, Brachyllum, ex eod. Plutarcho, non habuit, si qua fides in Dionysii verbis. Quo tamen errore ductus hunc quoque fratrem adjecit Plutarchus fortasse in sequentibus expediemus.

‡ Plura Athenæus l. 12. ubi incredibilia

miam notissima, in ea parte magnæ Græciæ,* seu Italiæ ad sinum Tarentinum sita est, quæ ad Austrum spectat et occidentem solem. Per ea tempora, quibus Græcorum et Atheniensium maxime Fortuna se extulerat, populus ille diutino bello fractus, atque etiam Crotoniatarum vi patriis sedibus ejectus, legatos in Græciam ad auxilium implorandum misit. Ostentabant agri fertilitatem, commoditatem loci, quem in Siciliam navigantibus vel portum amicissimum, vel, si alii occuparent, stationem infensissimam paratum esse dicebant: ad hæc agrorum communionem, civitatem ceteraque ejusmodi præmia pollicebantur. Inflammabant hæc maxime animos Atheniensium, qui jam ad† provincias constituendas et Siciliam alludere cœperunt. Cum igitur a Spartanis, ad quos primos legati Sybaritarum venerant, nihil impetrari potuit, Athenienses Periclis suasu et auctoritate decem triremes patrio more auxilio Sybaritis misere. Ei classi præfuere Lampo‡ et Xenocritus. Coloniæ deducendæ socii fuere tum alii viri et eruditione et rebus gestis illustres, tum etiam Herodotus et Thucydides. Ille ob diutinam in istis regionibus mansionem, ubi etiam et historiam condidisse a Plinio§ fertur, Herodotus Thurius appellari solebat. Nam et proœmium illud, quod ejus historiæ præponitur, a Plesirrhoo, uti quibusdam videtur, concinnatum, aliter apud alios legitur. Τὸ δὲ, Ἡροδότου Ἁλικαρνασσέως ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε, πολλοὶ μεταγράφουσιν, Ἡροδότου Θουρίου. Plutarch. de Exsilio. Ita in suo Cod. rep-

narrantur de istius populi luxuria.

* Vocabatur etiam Major et Exotica Græcia. Vid. Scalig. et Dacier ad Festum.

† Καὶ Χερρόνησον καὶ Νάξον καὶ τὴν Εὔβοιαν εἴχομεν πλείστας δ' ἀποικίας ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις ἀπεστείλαμεν. Æsch. de cment. legat. [§. νδ'.]

‡ Περικλῆς Μενίππῳ μὲν ἐχρῆτο πρὸς τὰς στρατηγίας, δι' Ἐφιάλτου δὲ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἐταπείνωσε, διὰ δὲ Χαρίνου τὸ κατὰ Μεγαρέων ἐκύρωσε ψήφισμα, Λάμπωνα δὲ Θουρίαν οἰκιστὴν ἐξέπεμψεν. Plutarch. Reipubl. gerund. præcept. Eosdem coloniæ duces memorat Diod. Sic. Unde mirari subit, cur idem Plutarchus in Nicia Hieroni assignet istius expeditionis auctoritatem. Ἱέρων ἦν, ἀνὴρ τεθραμμένος ἐπὶ τῆς οἰκίας τοῦ Νικίου — προστποιούμενος δ' υἱὸς εἶναι Διονυσίου τοῦ Χαλκοῦ πρεσαγορευθέντος, οὗ καὶ ποιήματα σώζεται, καὶ τῆς εἰς Ἰταλίαν ἡγεμὼν γενόμενος, ἔκτισε Θουρίους. Lamponi δεκάτῳ αὐτῷ assignat σχ. Aristoph. Av. 521. Ὁ δὲ Λάμπων Σύτης ἦν καὶ χρησμολόγος, καὶ μάντις, ᾧ καὶ τὴν εἰς Σύβαριν τῶν Ἀθηναίων ἀποικίαν ἔνιοι πειράπτουσιν, αὐτὸν ἡγήσασθαι λέγοντες Ἀθηναῖον ὄντα σὺν ἄλλοις δέκα. Ab hoc ergo duce et divinatore Colonia ista in diverbium et jocum abiit. Aristoph. Nub. 331.

Θουριομάντεις, ἰατροτέχνας, σφραγιδουχαρχοκομήτας.

σχ. ad loc. Θουριομάντεις, οὐ τοὺς ἀπὸ Θουρίου μάντεις, ἀλλὰ τοὺς εἰς Θούριον πεμφθέντας, ἐπὶ τὸ κτίσαι αὐτήν. ἐπέμφθησαν δὲ δέκα ἄνδρες· ὧν καὶ Λάμπων ἦν ὁ μάντις, ὃν ἐξηγητὴν ἐκάλουν. et quæ sequuntur. Adjunge Suidam in Θουριομάντεις· Ἐξέπεμψαν δὲ εἰς κτίσιν τὴν αὐτοῦ Ἀθηναῖοι δέκα ἄνδρας, ὧν καὶ Λάμπων ἦν ὁ μάντις, ἐξηγητὴς ἐσόμενος τῆς κτίσεως τῆς πόλεως. Ita omnes libri Suidæ MSS. X. sc. duces, totidemque naves, ut mos erat Atheniensibus diuturno usu consecratus, qui denario numero pro ratione tribuum Rempublicam universam domi forisque administrabant. Inficeti editores Suidæ, qui pro δέκα, μυρίους excudi curarunt! atque inficetus etiam ille, qui tam violentam mutationem calculo suo comprobare potuit!

§ 'Tanta ebori auctoritas erat Urbis nostræ trecentesimo decimo anno, tunc enim auctor ille [Herodotus] historiam eam condidit Thuriis in Italia.' Plin. XII. 4. Cum constituebantur X-viri legum ferendarum, annus urbis agebatur CCC. Evenit autem, ut eod. fere tempore Romanorum legati Athenas proficiscerentur νομοθεσίας χάριν, et Athenienses dictam Coloniam in Italiam deducerent.

perit Aristoteles, cujus Rhetor. III. 9. hæc sunt verba: Ἡ μὲν οὖν εἰρημένη λέξις ἡ ἀρχαῖα ἐστίν. Ἡροδότου Θουρίου ἥδ' ἱστορίης ἀπόδεξις.* His omnibus accedit testimonium Inscriptionis, quam in honorem Herodoti elaboratam conservarunt Stephanus Byzantinus et σχ. Aristoph. Nub. 331.

Ἡρόδοτον Λύξεω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα,
Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορικῆς πρύτανιν,
Δωριέων πάτρης βλάστοντ' ἄπο· τὸν γὰρ ἄπληστον
Μῶμον ὑπεκπροφυγὼν Θούριον ἔσχε πάτρην.

Thucydidem vero Sybarin profectum, et quidem cum Xenocrito, qui dux erat Coloniæ, declarat vita Thucydidis ἀδέσποτος, ejus Editt. præfigi solita. Una quoque cum his profectum fuisse Empedoclem philosophum tradit Laertius in Vita. His igitur aliisque colonis in Italiam appulsis, et nova urbe condita, quæ a fonte vicino Thurium vocabatur, primo civitas discordiis agitari, mox discéssione facta obtruncari veteres Sybaritæ, et summa rerum potiri, quos auxilio contra populum finitimum nuper arcessiverant. Ex eo tempore Urbs non Ἀττικίζειν modo cœpit, sed Attica tota facta est. Populum in tot Tribus distinxerunt novi hospites, in quot domi se fuisse distinctos meminere: Tum primum galeata Pallade, Atheniensium ritu, signari æs Thuriorum, ceterisque istius populi institutis et disciplina administrari nova Resp.

Ab Olympiadis LXXXIV, 1., qui erat Lysiæ ætatis XVI., usque ad XCII, 1. annos omnino XXXII.,† in Colonia commorabatur Lysias, πολιτευόμενος ἐν εὐπορίᾳ πολλῇ (verba sunt Auctorum fere omnium, qui ejus vitam literis consignarunt) κτησάμενός τε οἰκίαν καὶ κλήρου λαχὼν, (Plutarch.) quæ postrema verba fortasse emendari debent ex Photio οἰκίαν τε κατασκευασάμενος καὶ κλήρου τυχών. In ea mansione Tisiam‡ et Niciam Rhetoras Syracusanos audivit. Atheniensium vero rebus in Sicilia fractis,

* Ἡρόδοτος ὁ συγγραφεὺς, ὃν ὕστερον Θούριον ἐκάλεσαν διὰ τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θουρίους ἀποικίας. Strab. l. 14. Εἴ τῳ πιστὸς ὁ Θούριος εἶναι λογοποιὸς δοκεῖ. Julian. in Epist.

† Recte Suidas, Ἐκπεσὼν ἐκεῖθεν ἐπ' Ἀττικισμῷ ἐπανῆλθεν ἐς Ἀθήνας. ἄγων ἔτος μζ'. Unde mirum, quo computo usus sit Plutarchus, κἀκεῖ διέμεινε — ἔτη ἑξήκοντα τρία. Longissime certe a vero. ἑξήκοντα legit Plutarchi Cod. Petav. τριάκοντα τρία Meursius, et Palmer. denique ὥστε τριάκοντα. Fortasse bonus scriptor, qui Plutarchum similavit, dum in Fastis duos Callias habuit descriptos, unum, qui Præturam gessit Olymp. XCII, 1. (quo tempore rediit Lysias) alterum, qui C, 4. ad hanc usque supputationem prorogavit, adeoque plures annos Auctori nostro assignavit a Thuriis revertenti, quam vivendo erat assecutus. Verum et erravit quoque in nomine Archontis: Nam dixisse non debuit ἕως Κλεάρχου τοῦ Ἀθήνησιν ἄρχοντος, sed ἕως Κλεοκρίτου, ut modo dicturus est, ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἄρχοντος.

‡ Priusquam Eloquentiæ lacertos suos movit Athenis, quibus tamen et nata et alta esse creditur, Artis istius, sive Rhetoricæ proprie dictæ, præcepta invenisse et excoluisse dicuntur Siculi, quorum princeps exstitit Empedocles, deinde floruit Corax Hieronis T. familiaris, circa Olymp. LXXVI. Cujus discipulus Tisias esse fertur. De his atque artis origine plura, sed fabulis similia, habet Scholiastes Hermogenis in initio. ' Ait Aristoteles, cum, sublatis in Sicilia Tyrannis, res privatæ longo intervallo judiciis repete-

et cum dominorum fortunis commutatis etiam Thuriorum animis, Lysias Ἀττικίζειν αἰτιασθεὶς solum vertere cogitur, et domum revertitur Callia Archonte, Olmp. XCII, 1.*

Quo tempore Athenas rediit Lysias, magna rerum commutatio atque inclinatio fortunæ consecuta est istam Remp. Duodecimo enim anno post coloniam Sybarin deductam, Olymp. sc. LXXXVII, 1. ortum est bellum inter duos potentissimos populos, qui omnem Græciam in suas partes trahebant, Lacedæmonios et Athenienses; omnium fere, quæ in superiorum temporum monumentis produntur memoriæ, et diuturnitate temporis gravissimum, et fortunæ varietate celeberrimum. Bellum illud, quamvis illustres utrinque habuit eventus, maximeque dignos stylo istius Scriptoris, qui res in eo gestas oratione complexus est, nihil tamen habuit exitu memorabilius atque insolita victoriæ facie. Lacedæmonii enim, accisis penitus Atheniensium viribus, atque æmula urbe potiti, moderatius quidem, quam solent victores, in debellatam gentem consuluerunt; atque iram diuturnis inimicitiis et contentionibus accensam terminabant, non in Urbe diruta aut servitute Civium, sed in operam dando factiosis quibusdam Civibus, qui Reip. pertæsi imperium a Populo ad Paucos translatum voluerunt. Ea fuit dominatio XXX-Tyrannorum. In quo gloriæ et imperii flexu nihil populo libertatis avidissimo calamitosius accidere potuit, quam videre se imperiosius a suis civibus tractari, quam ceteri solent ab hoste irritato. Sed hanc Reip. commutationem præcesserat etiam altera, bello nondum confecto, Olymp. sc. XCII, 1. ubi Reip. summa penes CCCC-viros aliquandiu constitit. Quoniam autem in altera Reip. inclinatione Lysias domum a Colonia rediit, et notior ex illo tempore esse cœpit, in altera vero a nemine Civium calamitate superabatur; et cum plurima in ejus orationibus contineantur, quæ ad utramque tempestatem Reip. spectant, ideo necessarium duxi memoriam istorum temporum paulo altius repetere.

Belli Peloponnesiaci anno XVII. Athenienses Syracusanis bellum

rentur, tum primum (quod esset acuta illa gens et controversa natura) artem et præcepta Siculos, Coracem et Tisiam, conscripsisse. Nam antea neminem solitum via nec arte, sed accurate tamen et de scripto plerosque dicere.' Cic. Brut. 46. Add. Dionys. Halic. in Isoc. Cic. 1. de Orat. 91. 2. de Invent. 6. Quintil. II. 16, 17. III. 1. Marcian. Capell. l. 5. Ammian. Marcellin. XXX. 4. Quis autem fuerit Nicias Rhetor, quem audivit Noster, quæro hodie qui respondeat. Nam de eo apud omnes auctores præter eos, qui contexuerunt vitam Lysiæ, altissimum est silentium.

atque idem fere Photius, Ἀττικίζειν αἰτιασθεὶς μεθ' ἑτέρων τριῶν ἐξέπεσε τῆς πατρίδος. Rectius Dionysius, στασιάσαντος τοῦ δήμου, ἐκπίπτει σὺν ἄλλοις τριακοσίοις Ἀττικισμὸν ἐγκληθεῖσι. Quanquam interea suspicor Plutarchum, qui Lysiæ tres fratres numerat, Polemarchum, Eudidum et Brachyllum (licet non diserte ab eo dicantur una Italiam navigasse, immo cum fratre uno Polemarcho, quod tamen verum non est, Lysias se ad Thurios contulisse ab hoc scriptore dicitur) scripsisse potius ἐξέπεσε μετ' ἀδελφῶν τριῶν. Adeo quidam sunt scriptores, quos etiam contra propriam fidem et auctoritatem liquido emendare possis.

* Ἐξέπεσε μετ' ἄλλων τριῶν ait Plutarch.

indixerunt.* Factum est id potissimum consilio atque auctoritate Alcibiadis, ad quod gerendum ipse dux electus est cum duobus collegis, Nicia et Lamacho. Vix in Siciliam pervenit, cum nuncius ei cum nave Salaminia a magistratu missus esset, ut domum ad causam dicendam rediret. Nam priusquam classis exiret, accidit, ut una nocte omnes Hermæ, qui Athenis erant, dejicerentur, quod non ad privatam rem, sed ad conjurationem pertinere existimabatur, et in Alcibiadem, quia ceteris major erat et potentior, ideoque suspectior, convenire. Insimulabatur præterea Cereris mysteria in domo sua fecisse, quod nefas erat more Atheniensium. Revocatus igitur a bello ad judicium, cum in magna spe esset provinciæ bene administrandæ, postquam aliquantulum itineris confecisset, clam se a custodibus subduxit, et primum Elidem, deinde Lacedæmonem venit. Magnum ea res Atheniensium fortunis detrimentum attulit, cum intelligerent eundem hominem et prodesse plurimum et obesse Reip. potuisse. Ejus enim consilio Lacedæmonii Syracusanis, Gylippo duce, auxilium decernunt; et Athenienses ibidem bellum per triennium cupidius, quam felicius gerentes, cum Lamacho et Nicia ducibus atque etiam Demosthene, qui ei bello cum imperio successit, ad interitum profligarunt. Ejusdem opera Ioniam et tributarias Atheniensium civitates in Asia ad defectionem sollicitarunt, pacem cum Dario rege Persarum fecerunt, et Decelea oppido in Attica capto, præsidioque ibi posito, urbem in obsidione tenuerunt.†

Lacedæmonii interea, sive ingenio Alcibiadis versatili diffisi, sive Agidis consilio ducti, apud quem Alcibiadis virtus et res bene gestæ plus invidiæ, quam gratiæ contraxerant (accedebat etiam uxoris infamia, quam Alcibiades adulterio cognoverat), tempus hominem interficiendi quærere instituunt: Ille cognita re ad Tissaphernem præfectum Darii regis clam aufugit: cui cum se celeriter et officii comitate et oris gratia insinuasset, mox commeatus Lacedæmoniis malignè præbere suadet, docens "minime utile esse Darii rebus, unius civitatis opes nimis crescere, ne confecto bello statim ei cum victoribus esset dimicandum." Ubi hanc operam civibus suis præstitit, mox de reditu in patriam cogitare cœpit.

Erat hoc tempore Pisander Prætor Atheniensium apud Samum cum exercitu. Cum eo Alcibiades per internuncios colloquitur. Monet eum "immoderatæ civium licentiæ crudelitatisque erga eos, qui multum in imperiis magistratibusque versati plurimum gratia et auctoritate ceteros antecellebant:" (Erat autem Pisander eodem,

* Vid. Thucyd. l. 6. Diodor. Justin. Studium Atheniensium in hoc bello suscipiendo egregie describit Plutarch. in Alcibiade, quem vide in Nicia quoque. Inter hoc bellum et captam Trojam intercessere anni DCCLX. Diod. Sic. l. 13. init.

† Lys. p. 287. Edit. Tayl. Isocr. de Bigis. Thucyd. Nep. et Plutarch. in Alcibiad.

quo Alcibiades, animo, populique potentiam imminui cupiebat.) Conqueritur "per invidiam multorum se fuisse, indicta causa, absentem capitis damnatum, publicatis bonis, omniumque sacerdotum religionibus devotum; ejusque devotionis, quo testatior esset memoria, exemplum in pila lapidea incisum esse positum in publico: regis amicitiam suamque operam pollicetur; negat tamen se id conciliare posse, nisi imperium a Populo, qui eum exagitassent, ad Optimates translatum foret." Alcibiades, quanquam non plurimam spem in Optimatum animis habebat, tamen arbitrabatur fore, id quod postea accidit, ut, discordia inter ordines civitatis facta, ab altera parte in auxilium vocaretur. Pisander itaque domum delatus populum aggreditur, cui jam imminentis belli periculi major erat timor, quam dignitatis cura. Cui quum suasisset, ut sua voluntate abrogaretur imperium, domi post se reliquit ex suo numero quosdam,* qui de Rep. ordinanda interea consulerent, atque ad Tissaphernem, ut de Regis amicitia ageretur, contendit.

Ex hisce initiis crevit Oligarchia, de qua agimus, ab Impp.,† qui Asiæ oram maritimam cum classe tenebant, primo agitata, atque eodem tempore in civitates ceteras, quæ imperio P. Atheniensis parebant, insinuata, quas ad eandem Reip. formam recipiendam sollicitaverunt. Alcibiades interea, sive res parum ei ex consilio cessit (Pisander enim magis id egit, ut imminueretur populi auctoritas, quam ut revocaretur Alcibiades), sive nondum ad mentem satis commota esset Resp., ita egit cum præfecto Regis, ut, cum ad eum legati novæ Tyrannidis venissent, nihil minus, quam amicitia Regis, videretur fuisse exspectandum.

Nihilo secius Pisander id, quod instituerat, perfecisse decrevit. Domum reversus vere novo paulo ante annum exeuntem id procuratum a suis deprehendit, ut non plures, quam quinque hominum millia ad Reip. administrationem admitterentur.‡ Ejus autem interventu constituti sunt X-viri Reip. ordinandæ cum summa potestate, quos vocarent Συγγραφέας.§ Qui ad dictum diem ad populum referrent, qua potissimum ratione Resp. optime administrari posse videretur. Ubi advenit dies, concione habita, populum rogarunt, ut "cuivis Atheniensium liceret sententiam quamcunque vellet exponere, atque ut id impune facere liceret." Eoque aditu ad Tyrannidem patefacto, omni metu vacui sententiam dixerunt in hunc modum: "Antiquandam esse pristinam Magistratuum in urbe rationem: non esse stipendia nisi militibus persolvenda: eligendos esse a Concionis Præsidibus V-viros, a quibus Centum alios esse

* Hi nominabantur ἑταῖροι. Vid. Thucyd. VIII. 48, 65. Lysiam, p. 207. ed. Tayl.

† N. p. 206. Eratosthenes ἐπὶ τῶν τετρακοσίων ἐν τῷ στρατοπέδῳ ὀλιγαρχίαν καθιστάς. Thucyd. VIII. 48. καὶ ἐκινήθη πρότερον ἐν τῷ στρατοπέδῳ τοῦτο καὶ ἐς τὴν πόλιν ἐντεῦθεν ὕστερον.

‡ Lys. p. 362. Thucyd. VIII. 65.

§ Lys. p. 215. Harpocr. in V. et Vales. ad loc. Thucyd. VIII. 67. Iidem vocantur πρόβουλοι.

protinus designandos, qui singuli ternos sibi cooptantes imperii summam administrarent cum summa potestate."* Ita commutata est Resp., soluta populi auctoritate, et ab his CCCC-viris tractari cœpit.

Imperium hoc modo constitutum administrarunt homines diversissimis studiis, et vitæ genere et instituto longe inter se ipsos dissimili. Ex horum numero erant XXX.† illi viri, quorum crudelitatem VIII. post anno iterum expertæ sunt Athenæ. Erant etiam moderati nonnulli, quos non dominandi lubido, sed patriæ communis amor, ne penitus deleretur civitas, siquid suo consilio efficere possent, ad imperii societatem invitavit. Οὔ μοι δοκεῖ χρῆναι ὀργίζεσθαι ὑμᾶς τῷ ὀνόματι τῷ τῶν τετρακοσίων, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις ἐνίων. οἱ μὲν γὰρ ἐπιβουλεύσαντες ἦσαν αὐτῶν, οἱ δ' ἵνα μήτε τὴν πόλιν μηδὲν κακὸν ἐργάσαιντο, μήθ' ὑμῶν μηδένα, ἀλλ' εὖνοι ὄντες εἰσῆλθον εἰς τὸ βουλευτήριον. Lysias p. 357. Nonnullos excitavit suorum civium invidia, qui potentiorem quemque eo in majori suspicione habere consuescebant; nonnullos Alcibiadis gratia et misericordia; nonnullos ejusdem odium et inimicitiæ.

Fuit in hoc numero Phrynichus.‡ Erant ei cum Alcibiade veteres inimicitiarum causæ; quapropter cum ea res olim in classe agi cœpta est, obnixe operam dedit, ne quid in gratiam Alcibiadis meditarentur.§ A quo consilio destitutus totam rem Astyocho, Lacedæmoniorum classi Præfecto, per nuncios aperit, ceteraque egit multa, ad consilia, quæ tunc capiebantur, impedienda.‖ Unde Pisandri opera imperium, quod in classe habuit, deponere coactus est. Constituta autem tyrannide, quæ Alcibiadi minus favere videbatur, nemini aut opera aut consilio cessit in dominatione adjuvanda.¶ Ea cum esset apud suos gratia et auctoritate, ubi importuna Quadringentorum crudelitas et dominatio tædio civibus esse cœpit, neque eorundem auctoritas aliunde confirmari posse videbatur, nisi a Lacedæmoniis adjuvaretur; ad Spartam mittitur cum Antiphonte aliisque pacem quibusvis demum conditionibus cum ea civitate facturus. Domum autem re infecta reversus mane in foro a Thrasybulo Calydonio et Apollodoro Megarensi percutitur, quos ob merita in populum Athenienses ideo recuperata civitate decreto publico in Civium numerum retulere.**

* Ἐλθόντας δὲ αὐτοὺς τετρακοσίους ὄντας ἐς τὸ βουλευτήριον ἄρχειν, ὅπη ἂν ἄριστα γιγνώσκωσιν αὐτοκράτορας. Thucyd. VIII. 67.

† Lys. p. 260. οἱ τριάκοντα — οἳ αὐτοὶ ἦσαν ἅπαντες τῶν τετρακοσίων τῶν φευγόντων.

‡ Οὐ Φρύνιχος μὲν καὶ Πείσανδρος καὶ οἱ μετ' ἐκείνων δημαγωγοὶ, ἐπειδὴ πολλὰ εἰς ὑμᾶς ἐξήμαρτον, τὰς περὶ τούτων δείσαντες τιμωρίας, τὴν προτέραν ὀλιγαρχίαν (sc. τῶν ὑ.) κατέστησαν; Lys. p. 421. Thucyd. l. 8.

§ Plutarch. in Alcib. Thucyd. VIII. 48.

‖ Thucyd. VIII. 50. Suid. in Φρυνίχου πάλαισμα. Polyæn. III. 6. Plutarch. in Alcib.

¶ Παρέσχε δὲ καὶ Φρύνιχος ἑαυτὸν πάντων διαφερόντως προθυμότατον ἐς τὴν ὀλιγαρχίαν, δεδιὼς τὸν Ἀλκιβιάδην, καὶ ἐπιστάμενος εἰδότα αὐτὸν ὅσα ἐν τῇ Σάμῳ πρὸς τὸν Ἀστύοχον ἔπραξε, νομίζων οὐκ ἄν ποτε αὐτὸν κατὰ τὸ εἰκὸς ὑπ' ὀλιγαρχίας κατελθεῖν· πολὺ δὲ πρὸς τὰ δεινὰ, ἐπειδήπερ ὑπέστη, φερεγγυώτατος ἐφάνη. Thucyd. VIII. 68.

** Lys. p. 258. et 134. De cæde Phrynichi convenit inter omnes. De modo

Huic Antiphonta et Archeptolemum libens adjungo, quia populus, vindicata libertate, in eadem causa pariter adjunxerunt. Antipho* Sophili F. Rhamnusius totum illud, quod Pisander manu gessit, primus consilio instruxit. Cum facundia ceteros anteiret, ideoque populo formidolosior fuit, nunquam ipse in concione dixit, aut coram Judice causam alicujus egit, dicturos tamen multum et rerum usu et consilio suo adjuvit.† Erant his cum Theramene, homine lubrici ingenii atque ad omnem Reip. fortunam composito, veteris amicitiæ rationes: Quorum opera ubi Theramenes Remp. oppresserat, rursus, restituta libertate, Reip. auctoritate usus est idem ad eorum internecionem, suamque impunitatem.‡ Tum demum Antipho ad causam pro se dicendam adactus graviter et luculentissime pro capite peroravit.§ Sententiam,|| qua damnatus est uterque, conservavit Cæcilius apud Plutarchum in Antiphontis vita.

In eadem conjuratione erant Aristarchus et Alexicles; mortis genere, cum continebat novum et insolitum sive justitiæ sive severitatis exemplum, illustrissimi. Interfecto Phrynicho et tumultu de percussoribus nato, populus scivit, ut " de Phrynicho haberetur

disputatur. Paulo enim aliter atque noster historiam exponit Thucyd. VIII. 92. et Plutarch. in Alcib. aliter Lycurg. c. Leocr. Edit. Steph. p. 164. qui eædem factam fuisse scribit: *νύκτωρ παρὰ τὴν κρήνην τὴν ἐν τοῖς Οἰσυίοις ὑπὸ Ἀπολλοδώρου καὶ Θρασυβούλου.* Thucydides *ὑπὸ τινος τῶν περιπόλων*, qui idcirco erat e Juventute Attica, quod verum esse non potuit, cum Lysias provocat ad Acta publica, quæ istius facinoris socios civitate donavit, Apollodorum et Thrasybulum. Plutarchus cum Thucydide fere consentit. *Ὕστερον μέντοι τὸν Φρύνιχον ἑνὸς τῶν περιπόλων Ἕρμωνος ἐν ἀγορᾷ πατάξαντος ἐγχειριδίῳ καὶ διαφθείραντος, οἱ Ἀθηναῖοι δίκης γενομένης τοῦ μὲν Φρυνίχου προδοσίαν κατεψηφίσαντο τεθνηκότος, τὸν δ' Ἕρμωνα καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ συστάντας ἐστεφάνωσαν.*

* Antiphontes erant plurimi. Antiphontem e Collegio CCCC virorum eundem fuisse ac Antiphontem Rhetorem, permanens hodie et recepta est opinio: adeoque in ea sum, licet dubitanti similior, quam veris victo: Illud interea certissimum habeo, eorum, quæ de Antiphonte Rhetore apud Plutarchum tradantur, nonnulla ad Tragicum Antiphonta pertinere, nonnulla ad Onirocriticum. Id quod in commodiori loco exponam. Ex hac *ὁμωνυμίᾳ* credo emanare, quod Plutarchus dicat: *Οἱ δὲ ὑπὸ τῶν τριάκοντα ἀνῃρῆσθαι αὐτὸν* [Antiphonta] *ἱστοροῦσιν, ὥσπερ Λυσίας.* Photius vero sic: *Λυσίας φησὶν αὐτὸν ὑπὸ τῶν τετρακοσίων ἀνῃρεῖσθαι* (lege *ἀνῃρῆσθαι*) Lysias quidem neque hoc, neque illud affirmat, verum hominem plecti a populo post recuperatam libertatem, ideo quod Conjurationis *τῶν* CCCC. particeps fuisset, p. 216. Et id confirmat S. C. quod ex Cæcilio ab eodem Plutarcho est adductum. Idem etiam Photius: *Παρέτεινε τὸν βίον ἕως τῆς ὑπὸ τῶν ὑ γεγενημένης καταλύσεως τῆς δημοκρατίας, ἧς καὶ αὐτὸν αἰτίαν μετεσχηκέναι φασὶ παρασχεῖν· διὸ καὶ μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν τετρακοσίων εἰσαγγελθεὶς ἑάλω, καὶ τοῖς τῶν προδοτῶν ἐπιτιμίοις ὑποσθληθεὶς ἄταφος ἐρρίφη, καὶ γέγονεν ἄτιμος, οὐκ αὐτὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ φύντες.* Vid. quoque Marcellinum de vita Thucydidis.

† Thucyd. VIII. 68. *Συντάξαι δὲ αὐτὸν καὶ πρῶτόν, φασι, τοὺς ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀγωνιστικοὺς λόγους· τῶν γὰρ περὶ αὐτοῦ οὐδεὶς φαίνεται καθεὶς ἑαυτὸν εἰς τοῦτον τὸν ἀγῶνα· οὐδ' ἔστι λαβεῖν δικανικὸν λόγον τῶν Ἀντιφῶντι πρότερον γεγραμμένων.* Phot. in Antiph. Add. Plutarch. et Philostrat.

‡ Lys. pag. 216.

§ Thucyd. VIII. 68.

|| Elegantissima et luculenta Formula Actionis et Solennitatis Legitimæ, mendarum tamen non immunis. sc. l. 2. p. 25. vol. I. Orat. Attic. pro *Πελληνεὺς* legendum *Παλληνεὺς*, ut testantur Marmora quamplurima, deinde fortasse l. 13. *τοὺς ῥηθέντας συνηγόρους*: postea deesse videtur post *εἰς τὸν*, h. p. *τῷ δὲ δημάρχῳ ἀποφῆναί τε οἰκίαν ἐς τὸν* * * * *καὶ μὴ ἐξεῖναι κ. τ. λ.* et in fine corrige *καὶ τοῦτο θέσθαι*, sc. *τὸ ψήφισμα.*

quæstio Proditionis: Qui si reus perageretur, illico absolverentur, qui eum patriæ causa interfecissent, ejusque ossa effossa extra Atticam projicerentur:" Adjecerunt id quoque, ut, "si qui ad causam hominis dicendam adessent, si cecidisset Phrynichus, eodem judicio tenerentur." Aderant Aristarchus et Alexicles. Lege agitur de Phrynichi proditione. Damnatum mors Advocatorum et externa sepultura sequebatur.*

Memorantur præterea quamplurimi ab istius ævi scriptoribus; Pisander, Tyrannidis auctor præcipuus, de quo plura in superioribus: Andro,† Theramenes‡, Aristocrates,§ Agno,|| Callæschrus,¶ Polystratus,** Aristopho,†† Læspodias,†† Melesias,†† Aristoteles,‡‡ Melanthius,§§ Onomacles|||| ceterique. Illi igitur recepta Rep. nihil omnino de Alcibiade referebant, cujus potissimum gratia ea res primo agitari videbatur, verum ad Agidem Lacedæmoniorum regem legatos de pace mittebant, et ad Samum, qui docerent "Remp. non penes CCCC. viros esse, sed ad imperii summam quinque millia Civium admitti," populumque adeo composita oratione delinirent, veriti, ne, id quod postea accidit, aliquid novi contra suam auctoritatem molirentur classiarii Atheniensium, qui eo tempore circa Samum stationem habebant, novamque dominationem ægre laturi videbantur.

Comparaverat olim Sami Pisander factiosorum Civium turbam ad CCC., quæ Remp. ad Oligarchiam deduceret. Verum opera Thrasybuli et Thrasylli Atheniensium, qui apud exercitum erant, profligata erat ea manus conjuratorum, et Samiorum Resp. confirmata, cum legati Quadringentorum Samum essent delati.

Dum hæc aguntur, effecit Thrasybulus cum oratione tum auctoritate apud milites, qua plurimum valebat, ut ab exercitu Alcibiades exsul revocaretur; qui protinus Samum deductus, dux inter ceteros classi constituitur. Ille legatos, qui Athenis venerant, blande et comiter exceptos, hac oratione dimisit, "Quadringenti confestim sua voluntate jura populo redderent, aliter se cum classe affuturum, ut eos auctoritate cogeret." Quo responso territi, qui novam Tyrannidem impensissime adjuvissent, Pisander, Phrynichus, Antipho, Aristarchus aliique, ubi plebem quoque, quæ domi erat, cum exercitu sentire, et quosdam etiam ex conjuratorum numero

* Lycurg. c. Leocrat. Edit. Steph. p. 164.

† Ille est, qui tulit decretum c. Antiphontem, quod laudavimus modo. Ἀνδρῶνά φησιν εἶναι Κρατερὸς ἐν τῇ ἐννάτῃ τῶν ψηφισμάτων, τὸν γράψαντα τὸ ψήφισμα τὸ περὶ τοῦ Ἀντιφῶντος τοῦ ῥήτορος. Ἦν δὲ εἷς τῶν τετρακοσίων ὁ Ἀνδρών. Harpocr.

‡ Ἐν τοῖς ξυγκαταλύουσι τὸν δῆμον πρῶτος. Thucyd. VIII. 68. Τῆς πρότέρας ὀλιγαρχίας αἰτιώτατος. Lys. p. 215. De eo plura in sequentibus.

§ Lysias, p. 215. Thucyd. VIII. 89.

|| Theramenis Pater, unus τῶν προβούλων. Lys. p. 215.

¶ Lys. ibid.

** Lysias pro Polystrato.

†† Thucyd. VIII. 86.

‡‡ Xenoph. Hellenic. l. 2. deinde XXXvir.

§§ Xenoph. ibid.

|||| Vid. Decret. c. Antiph.

de sua salute mature consulere animadvertissent, primo urbem Lacedæmoniis tradere voluerunt, qua spe frustrati partim in exsilium profecti sunt, partim eo quo exposuimus modo eversæ libertatis pœnas dedere. Ita exauctoratis post imperium IV. mensium Quadringentis, Alcibiades P. A. decreto restitutus atque absens imperio præfectus simul cum Thrasybulo ad bellum adversus Lacedæmonios gerendum summa cura convertitur.

Quod reliquum erat istius belli varia fortuna ab Atheniensibus terra marique gestum est; donec Olymp. XCIII, 4. post XXVII. æstates in ea contentione absumptas totum illud virtute sua et consilio delevit Lysander.* Pugnatum erat ad Ægos flumen tanta strage atque internecione Atheniensium, ut cum classe nomen etiam imperii pene excisum esse videretur.† Quibus rebus gestis Lysander tributarias undique Atheniensium civitates voluntarias recepit, ejectis iis, quos in præsidio reperiret, vel Atheniensium rebus studere suspicaretur, quibus unicam salutis conditionem indulsit, ut nullibi, nisi Athenis, eis salvis esse liceret; ratus, quanto plures in urbem confluxerint, tanto ægrius obsidionem, quam parabat, propter plurimorum inediam, sustineri posse. Sciebat enim neque ex advecto frumento multum superesse, eosque mari interclusos novum advehere non posse reputabat. In omnibus itaque urbibus constituta‡ decemvirali potestate, ipse cum navibus ducentis urbem obsidet, atque ut idem terrestribus copiis ab Academiæ parte faceret Pausanias Lacedæmoniorum Rex, literis jubet. Athenienses itaque terra marique obsessi et inedia vexati primo pacem per legatos petivere.§ Quam cum fieri Lacedæmonii negarent, ni

* Plutarch. in Lysandr. Diod. Sic. Xenoph. Hellenic. l. 2. Nepos in Lysandr. Justin. l. 5.

† Ab eo interitu Classis in Hellesponto Oratores exordium sumunt dicendi de Republica translata ad XXXviros. Ἐπειδὴ γὰρ τὰς ναῦς τὰς περὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἀπωλέσαμεν, καὶ ταῖς ἀτυχίαις ἐκείναις ἡ πόλις περιέπεσε, τίς οὐκ οἶδε κ. τ. λ. Isocr. Areopag. Ita Lys. p. 207. 233, et 475. ed. Tayl. eodem aditu orationis utitur ad publicas calamitates enarrandas.

‡ "Namque undique, qui Atheniensium rebus studuissent, ejectis, decem delegerat [Lysander] in unaquaque civitate, quibus summum imperium potestatemque omnium rerum committeret." Nepos in Lysandr. Hunc Decemviratum Lacedæmoniis familiarem constituit idem Sami, Ephesi, in Piræeo denique eodem tempore, quo in urbe XXX. Ἔτι δὲ τὸ πάντων ἐναντιώτατον αὐτονομίᾳ καθιστᾶτε, ἔνθα μὲν δεκαρχίας, ἔνθα δὲ τριακονταρχίας. Καὶ τούτων τῶν ἀρχόντων ἐπιμελεῖσθε οὐχ ὅπως νομίμως ἄρχωσιν, ἀλλ' ὅπως δύνωνται βίᾳ κατέχειν τὰς πόλεις. ὥστ' ἐοίκατε τυραννίσι μᾶλλον ἢ πολιτείαις ἡδόμενοι. Xenoph. Hellenic. l. 6. Plutarch. in Lysandr. Suid. in Δεκαρχίαι.

§ Historiam sequor Xenophontis, quam Lysias semper confirmat. Aliter tamen de hac re Æschines π. παραπρεσϐ. cujus verba infra adducturus sum. Ait enim quorundam civium pervicacia, Cleophontis maxime (memoratur ille Lysia p. 234. præconio satis honesto, quod ingloriosis pacis conditionibus etiam capitis periculo restitit), rem eo perductam fore, ut, cum possent Athenienses sibi ipsis et gloriose satis et utiliter consulere, hortantibus Lacedæmoniis, odium tamen et inimicitias exercere mallent, licet cum interitu civitatis conjunctas. Τὴν τελευταίαν ἀβουλίαν φυλάξασθαι, ὅθ' ἡττημένοι τῷ πολέμῳ, προκαλουμένων αὐτοὺς Λακεδαιμονίων εἰρήνην ἄγειν, ἔχοντας πρὸς τῇ Ἀττικῇ Λῆμνον καὶ Ἴμβρον καὶ Σκύρον, καὶ δημοκρατουμένους κατὰ τοὺς νόμους, τούτων μὲν οὐδὲν ἤθελον ποιεῖν, πολεμεῖν δὲ προῃροῦντο, οὐ δυνάμενοι. Κλεοφῶν δὲ ὁ λυροποιὸς (τυροποιὸς male, ut

demissi ab urbe Piræeum versus muri brachia ad X. stadiorum utrinque intervallum dejicerent, ibi Theramenes, animo Reip. penitus evertendæ, legationem in se recepit, populi animos honestiorum conditionum spe deliniens.* Quadrimestri igitur mora in eo munere posita, quo posset Atheniensium animos et fame et obsidione diutina fractos ad quascunque vellet conditiones deducere, cum inter Spartanos sociosque diu multumque† deliberatum est, an

videtur, σχ. Aristoph. Ran. 693. nam a ceteris constanter λυροποιὸς, vid. Andoc. p. 19. Edit. Steph.) ὃν πολλοὶ δεδεμένον ἐν πέδαις ἐμνημόνευον, παρεγγραφεὶς αἰσχρῶς πολίτης, καὶ διεφθαρκὼς νομῇ χρημάτων τὸν δῆμον, ἀποκόψειν ἠπείλει μαχαίρᾳ τὸν τράχηλον, εἴ τις εἰρήνης μνησθήσεται. τελευτῶντες δὲ εἰς τοῦτο τὴν πόλιν προήγαγον, ὥστε ἀγαπητῶς τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι, ἀποστάντας πάντων, καὶ τὰ τείχη καθελόντας, καὶ παραδεξαμένους φρουρὰν, καὶ Λακεδαιμονίων ἁρμοστὴν, καὶ τῆς δημοκρατίας τοῖς τριάκοντα ἀφεμένους, οἳ χιλίους καὶ πεντακοσίους τῶν πολιτῶν ἀκρίτως ἀπέκτειναν.

* Hæc omnia confirmantur a Lysia pag. 234. et alibi, cum quo consentit Xenopho, qui per totum Hellenic. l. 2. hanc Reipublicæ conversionem persequitur. Diodorus quidem Siculus longe aliter de Theramene verba facit, eumque ait populi studiosissimum ideo XXXvirum ab illo esse factum, quo posset auctoritate sua cavere, ne quid detrimenti Resp. caperet. Neque ab ea opinione abludit multum genus mortis, quam factionis istius crudelitate oppetere coactus est, aut quod de eo memoriæ prodidit Cicero. 'Sed quid ego Socratem aut Theramenem; præstantes viros virtutis et sapientiæ gloria commemoro?' 1. Tusc. 42. 'Quam me delectat Theramenes! quam elato animo est! etsi enim flemus, cum legimus, tamen non miserabiliter vir clarus emoritur, qui cum conjectus in carcerem XXX. jussu Tyrannorum, venenum ut sitiens obduxisset, reliquum sic e poculo ejecit, ut id resonaret: quo sonitu reddito, arridens, Propino, inquit, hoc pulcro Critiæ, qui in eum fuerat teterrimus. — Lusit vir egregius extremo spiritu, cum jam præcordiis conceptam mortem contineret, vereque ei, qui venenum præbuerat, mortem est eam auguratus, quæ brevi consecuta est.' 1. Tusc. 40. Propo est Plutarchus in Nicia, juxta principium. Ἔνεστι περὶ Νικίου πρῶτον εἰπεῖν, ὃ γέγραφεν Ἀριστοτέλης, ὅτι τρεῖς ἐγένοντο βέλτιστοι τῶν πολιτῶν, καὶ πατρικὴν ἔχοντες εὔνοιαν καὶ φιλίαν πρὸς τὸν δῆμον, Νικίας ὁ Νικηράτου, καὶ Θουκυδίδης ὁ Μιλησίου, καὶ Θηραμένης ὁ Ἄγγωνος· ἧττον δὲ οὗτος ἢ ἐκεῖνοι, καὶ γὰρ εἰς δυσγένειαν ὡς ξένος ἐν Κέῳ λελοιδόρηται, καὶ διὰ τὸ μὴ μόνιμον, ἀλλὰ καὶ ἐπαμφοτερίζον ἀεὶ τῇ προαιρέσει τῆς πολιτείας, ἐπεκλήθη Κόθορνος. Ab Agnone etiam Atheniensi (male in Lysandro ab eod. Plutarcho vocatur Θηραμένης Ἄγκωνος) adoptatum fuisse memorat σχ. Aristophanis. De ejus Rhetorica, nam Rhetor erat, i. e. eleganter et graviter dixit, vid. Plat. Apolog. Cic. 1. Tusc. 41. et 3. de Orat. 16. Prolegom. Rhetor. apud Montefalc. Biblioth. Coisl. Plutarch. in Cicer. De eo plura Lysias p. 214. seqq. ejusque consilio in XXX virali potestate constituenda. Adde Justin. V. 9. Harpocr. in v. Suid. in v. et in Ἀργέου υἱός. Εὐμεταβολώτερος. Κόθορνος. Δέξιος ὁ εὐπαιδ. et Ἀγχίστροφοι. Dionys. Halic. in Isocr. in Nicia. Idem in Lysandro, in Consolat. ad Apollonium et Præcept. Reip. bene gerend. Val. Maxim. III. 2. σχ. Aristoph. Lysistr. 658. Apostol. IX. 29. et X. 30. Hominis versatile ingenium depinxit Poeta in Ran. 999.

> Θηραμένης; σοφός γ' ἀνὴρ καὶ δεινὸς εἰς τὰ πάντα,
> Ὃς ἢν κακοῖς που περιπέσῃ καὶ πλησίον παραστῇ,
> Πέπτωκεν ἔξω τῶν κακῶν, οὐ Χῖος, ἀλλὰ Κῖος.

et alibi sc. 544.

> τὸ δὲ μεταστρέφεσθαι
> Πρὸς τὸ μαλθακώτερον
> Δεξιοῦ πρὸς ἀνδρός ἐστι καὶ φύσει Θηραμένους.

Cujus loci Græcus enarrator fortasse etiam expediet ea, quæ habet Hesychius in Τρία Θηραμένους. Hunc Theramenem ideo Cothurnum dictum fuisse ex eo, quod alterutri parti in Rep. ut ille pedi, conveniret, norunt et pueri et puerorum didascali. Fabulam Cratini vocatam Θηραμένης memorat Athen. IV. 89.

† Narrat Plutarchus in eo concilio (verum post captam urbem celebratum fuisse scribit, contra fidem ceterorum Auctorum) Erianthum Thebanum immitissimam dixisse sententiam, sc. τὸ μὲν ἄστυ κατασκάψαι, τὴν δὲ χώραν ἀνεῖναι μηλόβοτον: verum postea inter vinum, cum forte quidam luctuosissima nonnulla ex Euripidis Electra recitaret, conversis studiis frangi omnium animos, remque videri indignissimam, "eam civitatem, quæ tales Viros

deleri Atheniensium nomen urbemque incendio consumi oporteret, redit tandem istiusmodi conditionibus impetratis, ut, " muri brachia dejicerentur universa; naves omnes, X.* exceptis, Lacedæmoniis traderentur; dirueretur murus, qui Piræeum cingeret; et Resp. denique ad Lysandri arbitrium componeretur."† Ita Lysandro cum classe Piræeum ingresso, murisque ad tibiarum sonitum dirutis, exactus est Olymp. XCIII, annus quartus, Athenarum expugnatione insignissimus.

Proximus annus titulum sortitus est non a Pythodoro, qui tunc temporis summum magistratum Athenis erat obiturus, cujus idcirco nomen in Fastis omittebatur, sed *ἀναρχία πρὸ Εὐκλείδου* (is recuperata libertate anno sequenti magistratum gessit) ab antiquis scriptoribus vocabatur. Lysander enim receptis Athenis Xviralem in Piræeo,‡ in urbe XXXviralem potestatem constituit. Collegium illud XXXvirorum legibus scribundis institutum, quibus Resp. in posterum uteretur, summam auctoritatem paulatim ad se convertit. Eorum nomina a Xenophonte Hellenic. l. 2. accepimus. sc. Polyarchus, Critias,§ Melobius,‖ Hippolochus, Euclides, Hiero, Mnesilochus, Chremo,¶ Theramenes,** Aresias, Diocles, Phædrias, Chærelaus, Anætius, Piso,†† Sophocles, Eratosthenes,** Charicles,‡‡ Ono-

produxerit, solo æquare." Ita civitati suæ unius Poetæ nomen et claritudo saluti fuit. Alii contendunt negasse Spartanos se ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos.

* XII. Plutarch. in Lysandro.

† Capta urbe ad suos rescripsit Laconice Lysander *Ἀλώκαντι ταὶ Ἀθᾶναι*, (Plutarch. in Lysandro et Lacon. Apophthegm.) cui pari brevitate responsum est: *Ἀρκεῖ τό γε ἑαλώκειν* (lege cum Cod. MS. *ἑαλωκέναι*). Conditiones Pacis Laconica dialecto exaratas idem Plutarch. in Lysandro refert, sed mendose. Rescribo: *Τάδε τὰ τέλη τῶν Λακεδαιμονίων ἔγνω, καββαλόντες τὸν Πειραιᾶ, καὶ τὰ μακρὰ σκέλη, καὶ ἐκβάντες ἐκ πασῶν τῶν πόλεων, τὰν αὐτῶν γᾶν ἔχοντες· ταῦτα καὶ δρῶντες τὰν εἰράναν ἔχοιτε, ἃ χρὴ δοῖτε, καὶ τοὺς φυγάδας ἀνέντες, περὶ τᾶν ναῶν τῷ πλήθεος ὁκοῖόν τι κατῆνι δοκέοι, ταῦτα ποιέετε.* Male hodie *οἰκεῖόν τι*. Hi muri rursus longo post intervallo a Sylla diruti sunt. Vid. Plutarch. in Sylla. A Piræeo portu ad astu pertingebant V. millia passuum. Vid. Spon. Description des Antiquitez de la Ville d' Athenes. tom. II. p. 234.

‡ Plutarch. in Lysandro. Ex eo decemviratu Piræensi erant Glauco (*Πύθερμος δὲ ἐν τοῖς Πειραιᾶς τυραννήσασι καταγράφει καὶ Γλαύκωνα ὑδροπότην*. Athen. l. 2. Quinam erant isti Piræei tyranni prorsus se nescire fatetur Casaubonus), Charmides ejusdem fortasse Glauconis filius (*Χαρμίδης ὁ Γλαύκωνος τῶν ἐν Πειραιεῖ δέκα ἀρχόντων*. Xenoph. Hellenic. l. 2. Genere is erat Critiæ Tyrannorum XXX. crudelissimo, adeoque Platoni et Soloni conjunctus, ut ex hoc stemmate patebit:

Execestides
~~
Solo Dropidas
Critias
~~
Glauco Callæschrus
~~ Critias XXXvir.
Potone Charmides
Plato.

Vid. Plat. in Charmide 154. A.), Molpis. Vid. Harpocr. in v. Nos in Fragm. de Diogenis hereditate.

§ Lys. c. Eratosth. Justin. Diod. Lactantius l. 3. Val. Maxim. III. 2. Aristid. adv. Platon. de Rhetorica. Nepos in Alcibiade et Thrasybulo. Aliique. *Ἔπειθ' ὑμεῖς, ὦ Ἀθηναῖοι, Σωκράτην μὲν τὸν σοφιστὴν ἀπεκτείνατε, ὅτι Κριτίαν ἐφάνη πεπαιδευκὼς ἕνα τῶν τριάκοντα τῶν τὸν δῆμον καταλυσάντων.* Æsch. c. Timarch. p. 24. Edit. Steph.

‖ Lys. ibid. Harpocr.

¶ Lys. c. Nicomach.

** Lys. passim.

†† Lys. c. Eratosth. passim.

‡‡ Lys. c. Eratosth. Xenoph. Memorab. Harpocr. Andoc. de Mysteriis.

macles, Theognis,* Æschines, Theogenes, Cleomedes, Erasistratus,† Phido,‡ Dracontides,‡ Eumathes, Aristoteles,§ Hippomachus et Mnesithides.‖ Hi, ubi paulisper Remp. justitiæ et moderationis aliqua laude gessissent, mox tria millia civium adsciscunt, quibus imperii summam specie communicarent, revera autem satellitum loco haberent summæque crudelitatis administros. Deinde armis a ceteris præter istos MMM. per vim ademptis, quasi aditus ad Tyrannidem nondum satis munitus esse videretur, aut ad continendam civitatem parum esset in suo satellitio præsidii, DCC. milites, excubiarum nomine, cum Callibio præfecto (ἁρμοστὴν vocant Lacedæmonii) a victoribus impetrant. Omni igitur metu liberati tyranni miseras urbis reliquias cædibus et rapinis, Græcas civitates Atheniensium exsulibus undique complent.¶

Jam stipendiariis militibus, quos a Lacedæmoniis acceperant, mercedes erant solvendæ, cum Piso et Theognis iniquissimam in Senatu sententiam dixerunt, ut μετοίκων, qui fide publica Athenis commorati sunt mercaturæ exercendæ gratia, adeoque re lautiori utebantur, denos, vel, secundum alios, singulus ex XXXvirali numero singulum comprehenderet, quos morte plecterent, atque in eorum bona involarent.** Lysias noster cum Polemarcho fratre in clypeis fabricandis operam exercebat, mancipiis ad eum quæstum usus ad numerum CXX. Eorum igitur ædibus et officinis exinanitis, direpto cum operis ingenti pondere auri atque argenti, relicto neque vase neque vestimento, Polemarchum†† indicta causa, more patrio cicuta interimunt. Lysias, qui ex eorum manibus fuga se eripuit, ubi fratris indigna nece domum suam funestari vidit, nec quidquam spei sibi reliquum fore, extra Atticam se subduxit, in

* Lys. c. Eratosth. Harpocr.

† Κριτίας καὶ Ἐρασίστρατος ὁ Φαίακος τοῦ Ἐρασιστράτου ἀδελφιδοῦς. Plat. Eryx.

‡ Lys. c. Eratosth.

§ Plat. in Parmenide.

‖ Huic numero addi posse videtur Callæschrus secundum verba Dionys. Halic. Rhetor. c. 6. Ἀνδρόπῳ γὰρ γενομένῳ κατὰ τὸν τοῦ Καλλαίσχρου τοῦ τῶν τριάκοντα, ἐβέβαιον μὲν οὐδὲν, μὴ ὅτι καὶ τὸ θανεῖν γενομένῳ, καὶ ζῶντι, εἰ μὴ οἷόν τε ἐκτὸς αὐτῆς βαίνειν. Laudat vir doctissimus Critiam Callæschri. Atqui ex Collegio isto non erat Callæschrus, sed Critias filius, ut plane legendum sit: κατὰ τὸν τοῦ Καλλαίσχρου τὸν τῶν τριάκοντα. Addi quoque posse videntur Satyrus et Cleopho ex Lysia p. 476. ni legas, quæ ibi annotavi. Phædimus ex Demosthen. de ementita legatione, f. idem atque Phædrias. De ista Tyrannide, Cæsar. apud Sallust. Laert. in Zenone. Alexand. ab Alexandro III. 16. Justin. l. 6. Orosius II. 15. Diod. Sic. l. 14. Xenoph. in lib. 2. Hellen. Nepos in Lysandro et Thrasybulo. Ælian. V. H. III. 17. Senec. de Tranquill. c. 3. Isocr. in Paneg. et c. Callimach. Gell. XVII. 21. Heraclid. de Politiis. Plutarch. de Solertia Animalium.

¶ Οὕτω καὶ οἱ τυραννοῦντες ἄρχουσι μιαιφονίας, ὥσπερ ἀπὸ τῶν πρῶτον ἀπέκτειναν Ἀθηνῆσι τὸν κάκιστον τῶν συκοφαντῶν, ὃς Ἐπιτήδειος προσηγορεύθη, καὶ δεύτερον ὁμοίως καὶ τρίτον, εἶτα ἐκ τούτου συνήθεις γενόμενοι Νικήρατον ἑώρων ἀπολλύμενον τὸν Νικίου, καὶ Θηραμένη τὸν στρατηγὸν, καὶ Πολέμαρχον τὸν φιλόσοφον. Plutarch. de esu Carn. Eandem moderationem in initio tyrannidis memorant alii auctores omnes. Lysias p. 192. Xenoph. Diodor.

** Avaritiam et crudelitatem τῶν λ in expilandis divitioribus legas apud Isocrat. in orat. quæ inscribitur ἀμάρτυρος.

†† Polemarchus Philosophus, qui memoratur a Plutarcho de esu Carnium a XXXviris fuisse interfectus, non alius videtur.

libertate Athenarum instauranda magno civibus auxilio proxime futurus.*

Periere utique in isto incendio Reip. summi viri, quos aut Tyrannorum crudelis suspicio, aut vitæ suæ splendor, et meritorum in Remp. magnitudo ad cædem destinare videbatur. In primis Niceratus† Niciæ istius filius, qui in Sicilia olim bellum gessit, domo nobilis, fortunarum amplitudine nemini Civium cedens, moribus denique et fama illustris. Eucrates‡ ejusdem Niciæ frater, a XXXviris ad tyrannidis societatem invitatus, Leo Salaminius,§ Autolycus,|| Strombichides,¶ Dionysodorus,¶ Aristophanes Chollides,¶ Xenopho Icarius,¶ Hippias Thasius,¶ Cleopho,** Calliades,†† Lycophro‡‡ Lycurgi F. Lycurgi præstantissimi Oratoris pater, Antipho,|||| Theramenes XXXvir,§§ ceterique quam plurimi.¶¶

Erat inter Exsules Thrasybulus Lyci F.,*** rebus gestis, quam domo,††† illustrior. Hic ubi primum Thebis movisset ad patriam liberandam, non plus fere habuit secum, quam XXX‡‡‡ de suis. Ad Phylen igitur pagum (quod erat castellum in Attica munitissimum, et ab urbe distabat stadia circiter centum) se recipiens copias celeriter auxit, brevibusque excursionibus aciem Tyrannorum in fugam vertit. Utilem in ea re operam navavit Auctor noster, "in auxilium urbis, quæ esset patria communis eloquentiæ, IO milites cum stipendiis suis,"§§§ mittens. Thrasybulus paucos dies

* Lys. c. Eratosth. Plutarch. et Photius.

† Lys. c. Poliuch. Xenoph. Hellenic. 2. Nicias quidam, in Orat. Isocr. quæ inscribitur ἀμάρτυρος: ἐπειδὴ οἱ λ κατέστησαν, καὶ αὐτὸν οἱ ἐχθροὶ ἐκ μὲν τῶν μετεχόντων τῆς πολιτείας ἐξῆλειφον, εἰς δὲ τὸν μετὰ Πεισάνδρου κατάλογον ἀνέγραφον, δεδιὼς τὰ παρόντα πράγματα, τὴν μὲν οὐσίαν ὑπέδηκεν — αὐτὸς δ' εἰς ἀγρὸν ἐλθὼν διητᾶτο.

‡ Lys. ibid. Suid. in Ἄπεστε.

§ Xenoph. Hellenic. Laert. in Socrate. Andoc. de myster.

|| Plutarch. in Lysand. Diod. Sic.

¶ Lys. c. Agorat.

** Lys. c. Agorat. et c. Nicomach.

†† Lys. c. Nicomach.

‡‡ Plutarch. in v. Lycurgi.

§§ Plutarch. in v. Antiph. alius ab Antiphonte Oratore, qui a populo plectebatur propter conjurationem τῶν CD. Unde error Scriptorum, qui ea, quæ ad duos pertinent, ad unum referunt.

|||| Circumventus ille a Critia Collega, et morti datus. Totam rem fuse narrat Xenoph. Hellenic. 2.

¶¶ Τοῖς ἀνοσιωτάτοις τριάκοντα, οἳ ἰδίων κέρδεων ἕνεκα ὀλίγου δεῖν πλείους ἀπεκτίμασιν Ἀθηναίων ἐν ὀκτὼ μησὶν, ἢ πάντες Πελοποννήσιοι δέκα ἔτη πολεμοῦντες. Xenoph. Hellenic. l. 2. Οἱ δὲ ἐν Ἀθήναις δυναστεύοντες τριάκοντα Τύραννοι καθ' ἡμέραν οὐκ ἐπαύσαντο τοὺς μὲν φυγαδεύοντες, τοὺς δὲ ἀναιροῦντες. Diod. Sic. l. 14. Interfecerunt MD. juxta Æschinem in superioribus laudatum, eundem c. Ctesiph. et Isocrat. Areopag. ubi de hac re plura et distincta.

*** Thrasybulus Lyci fil. τὸν δῆμον Στειριεύς (Male a nonnullis ὁ Τυριεὺς ὀνομαζόμενος). De eo Nepos in vita, Xenoph. Thucyd. Diodor. aliique quamplurimi.

††† Ita Nepos. Aliter Justin. et Orosius. Hic II. 17. " Erat inter exsules Thrasybulus, vir strenuus et *generis nobilitate* inter suos clarus, qui auctor audendi pro patria fuit. Itaque castellum Phylem Atticorum finium collecti Exsules capiunt, multarumque civitatum opibus adjuti vires capessunt: quibus Lysias quoque Syracusanus Orator, quasi in auxilium urbis, quæ esset patria communis Eloquentiæ, D. milites cum stipendiis suis misit."

‡‡‡ Nep. in Thrasybulo. Alii LXX. Ὁρμηθεὶς ἐκ Θηβῶν ὡς σὺν ἑβδομήκοντα. Xenoph. l. 2. Hellenic. cui concordat Plutarch. de gloria Atheniensium, init. Τοὺς ἀπὸ Φυλῆς ἑβδομήκοντα κατὰ τῆς Σπαρτιατῶν ἡγεμονίας ἀπισταμένους.

§§§ Ita Justin. et Orosius. supra p. 33. Consultissimus interea Auctor, qui Plutarchi nomine emendicato, ex Photii penu Lysiæ vitam conscribillavit, rem magis signanter narrat: Ait enim pecuniam ad

in Phyle moratus, sumptis secum, quos ibi collegerat, erant autem ad millia hominum, noctu Piræeum occupat, Munichiaque munita, postero die aciem cum Tyrannis confert, et vincit. In eo prælio Critias et Hippomachus* XXXvirorum sævissimi cadunt, et Charmides Glauconis F. Xvir Piræensis.

Reverso in urbem exercitu, Tyrannorum animos summa desperatio, ceterorum exsulis populi misericordia tum primum cepit. Tyrannis igitur abrogatur imperium, quod tanta crudelitate gesserant; quibus Eleusinem emigrantibus, locum, quem sibi olim perfugium pararunt, suffecti sunt X., qui Remp. moderarentur, ex singula tribu P. A. unus. Erant in eo numero Hippocles et Epichares,† atque etiam ex Collegio XXXvirali Phido et Eratosthenes, quos ideo retinebant, quod exsulum reditioni bene velle videbantur. Illi tamen imperio potiti nihil exemplo prioris dominationis perterriti idem cum exsulibus bellum continuabant,‡ et ad dominatum confirmandum Lysandrum accersebant.

Una cum Lysandro exiit Pausanias Rex Lacedæmoniorum, qui partim Lysandri invidia, partim populi misericordia ductus, ubi bellum paulisper specie tenus gessisset, clam ad exsules nuncium mittit, qui diceret, "malle se, ut, pace utrinque facta, amicitiam cum Lacedæmoniis colerent, quam cives cum civibus bellum nefarium et utrisque exitiosum gererent." Idem consilium mittit eis, qui urbem tenuerunt. Quæ res cum Lacedæmoniorum Senatui comprobaretur, pax sancita est hisce conditionibus: *sc.* "ut domum reverterentur exsules cum Thrasybulo Imp., ut ad publicam concordiam colendam invitarentur omnes undique cives, exceptis XXX. qui in urbe, et X. qui in Piræeo dominationem exercuissent (his autem et qui his una se adjungere vellent, Eleusis monstrabatur locus, ubi sine timore esse possint), ut denique, ne qua ex ante actis simultas subesse posset, jurejurando obstringerentur omnes, sanctam et perpetuam discordiarum *ἀμνηστίαν* fore."§ Interjectis

duo millia drachmarum contulisse, clypeos vero CC., et Hermamanis cujusdam (Hermonem vocat Photius) opera adjutum milites conduxisse auxiliares non numero rotundo (ut hujusmodi res describi solent) CCC., verum CCCII., *ἀκριβείᾳ* nunquam satis prædicanda; ab hospite denique Thrasylæo talenta impetrasse: quot vero impetravit, non memorat. Mala certe fide exemplar descripsit, quo legebatur: *ἐπικούρους τε ἐμισθώσατο τριακοσίους, καὶ Θρασύλαιον τὸν Ἠλεῖον ἔπεισε, ξένον ὄντα, αὐτῷ δυο τάλαντα παρασχεῖν.* Non igitur apud Plutarchum legendum, milites CCCII., sed milites CCC. et II. talenta. Et hæc est vera Crisis.

* Hippolochus. Justin.

† His adjungatur Rhino. Isocr. c. Callimach. Heraclid. de Politiis. Hic: *Τούτων* (i. e. *τῶν λ*) *δὲ καταλυθέντων Θρασύβουλος καὶ Ῥίνων περεστήκεισαν, ὃς ἦν ἀνὴρ καλὸς κἀγαθός.*

‡ Lys. p. 211. seqq. Justin. V. 10. Xenoph. Isocr. c. Callimach.

§ "Ne qui præter XXX. Tyrannos, et X., qui postea Prætores creati superioris more crudelitatis erant usi, afficerentur exsilio, neve bona publicarentur, reique pub. procuratio Populo redderetur." Nepos in Thrasybulo. *Οἱ δὲ διήλλαξαν, ἐφ' ᾧ τε εἰρήνην μὲν ἔχειν ὡς πρὸς ἀλλήλους, ἀπιέναι δὲ ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστους, πλὴν τῶν Τριάκοντα, καὶ τῶν ἑνδεκα* (XIviros sc. Lictores publicos, Tyrannidis administros) *καὶ τῶν ἐν τῷ Πειραιεῖ ἀρξάντων δέκα.* Xenoph. Hellenic. l. 2. ad fin. Errat Nepos,

diebus, ubi compertum est Eleusinios Tyrannidem recuperare velle, atque ad eam rem conficiendam externum militem præmiis et pollicitationibus sollicitare, indignantes se jam in exsilium quasi agi, repente in eos undique fit concursus, ducibusque ad colloquium progressis et per insidias comprehensis, ibi de iis consulitur. Quo tempore Lysias et domesticis inimicitiis et communi indignatione accensus luculentissimam illam orationem *contra Eratosthenem* XXXvirum (pag. Edit. Steph. 120.) habuit, quam Plutarchus in libro De Gloria Atheniensium, *κατὰ τῶν τριάκοντα* inscribere videtur. Interfecti sunt Tyranni publico consilio, ceterosque, missis amicis ac necessariis, ut in gratiam redire vellent, perduxerunt.

Eum exitum habuit seditio Atheniensium, intra biennium et incœpta et composita.* Plurimis id facinus Thrasybuli saluti fuit,

neque enim Xviros in urbe, verum Xviros in Piræeo pacis beneficio excluserunt. Duplex iste Xviratus Auctoribus et antiquis et hodiernis plurimis fraudem fecit. Plat. Epist. 7. memorat LI. qui per ea tempora Rempublicam tractabant, sc. XIviros in urbe, X. in Piræeo, et XXX. denique, penes post quos summa erat auctoritas. καὶ τῆς μεταβολῆς εἷς καὶ πεντήκοντα τινὲς ἄνδρες πρόεστησαν ἄρχοντες· ἕνδεκα μὲν ἐν ἄστει, δέκα δ' ἐν Πειραιεῖ — τριάκοντα δὲ πάντων ἄρχοντες κατέστησαν αὐτοκράτορες. Ille autem XIviratus non erat novum imperium, sed collegium Lictorum, qui vel XXX vel Xvirorum jussa capessebant: Id quod ex Xenoph. Hellenic. ceterisque liquet. Ad hos igitur pertinebat jusjurandum: Οὐ μνησικακήσω τῶν πολιτῶν οὐδενὶ, πλὴν τῶν τριάκοντα, καὶ τῶν ἑνδεκα. Præter hos LI. a Platone memoratos constituebatur, ut vidimus, Xviratus Reipublicæ ordinandæ, post inclinatos animos Atheniensium, remque a Thrasybulo fortiter gestam, quos male Nepos intellexit esse Xviros a fœdere exclusos. ideoque X. in urbe et X. in Piræeo, ut dixi, nullo consilio immiscuit. Hæc vidi esse fusius exponenda, cum eorum temporum historiam male excipi in monumentis, præsertim tam claris, magnopere erat dolendum.

* Si fidem habeamus Diodoro et Eusebio, per totum Quadriennium permansit novum hoc imperium, sc. Olymp. XCIV, 1. exortum, XCIV, 4. depositum: verum istius Olymp. anno 2. Præturam gerebat Euclides, sub quo res in solidum restituebantur, ut omnes fere uno ore testantur ex Antiquis. Hinc dicitur: Ἀναρχία πρὸ Εὐκλείδου, Νόμοις χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος, etc. etc. Si quæratur, quamdiu duravit dominatio XXXviralis, tali fortasse computo elicietur responsum. Cum Pythodorus præturam erat inituros, Olymp. XCIV, 1. circa solstitium æstivum (quo tempore annus Atticus incœptabat), rerum potiti sunt XXXviri, ideoque annus iste indigitabatur ἀναρχία, ut olim vidimus. Nam Lysander, qui istum XXXviratum imperavit, urbem cepit anno superiore exeunte, circiter initium Aprilis: Plutarch. in Lysandro: Ἔλαβε τάς τε ναῦς — καὶ τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων ἕκτῃ ἐπὶ δεκάτῃ (corrige ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ) Μουνυχιῶνος μηνός. Insequente hyeme Thrasybulus Phylen castellum recepit et cum Tyrannis Munychiæ conflixit. Ejus rei fidem facit Xenopho Hellen. l. 2. Vix enim ad Phylen considerant exsules, cum impetus in eos fit ex parte XXXvirorum, quo tempore una nocte nix de cælo cecidit plurima. Βουλομένων δὲ τῶν Λ ἀποτειχίζειν — ἐπιγίγνεται τῆς νυκτὸς χιὼν παμπλήθης. Xenoph. Hellenic. Porro hanc fuisse hyemem, quæ proxime secuta est Tyrannidem, discimus ex eodem. Cleocritus enim post pugnam feliciter a Thrasybulo commissam, ubi adhortaretur oppidanos ad concordiam, de XXXvirali dominatu quasi novo et non ultra VIII. mensium ætatem verba facit: οἱ ἰδίων κέρδεων ἕνεκα ὀλίγου δεῖν πλείους ἀπεκτόνασιν Ἀθηναίων ἐν ὀκτὼ μησὶν ἢ πάντες Πελοποννήσιοι δέκα ἔτη πολεμοῦντες. Ita computo a mense Munychione facto VIII. mensium terminus in mediam fere hyemem incidet. Perierunt igitur in Tyrannide Menses circiter XIII. in pace concilianda totidem: nam in Boedromione mense, qui nobis est Augustus, in urbem cum suis rediit Thrasybulus. Plutarch. de Gloria Atheniensium. Ἕκτῃ μὲν ἱσταμένῃ (lege ἱσταμένου) Βοηδρομιῶνος εἰσέτι νῦν τὴν ἐν Μαραθῶνι νίκην ἡ πόλις ἑορτάζει, ἕκτῃ δὲ μηνὸς (lege μεσοῦντος, ita bene respondebit τῷ ἱσταμένου. ἕκτῃ μὲν ἱσταμένου — ἕκτῃ δὲ μεσοῦντος, et præterea circa Plenilunium rem esse a Chabria gestam scribitur in Camillo: norunt autem omnes Athenienses menses suos cum luna auspicari) οἰνοχοεῖται τῆς Χαβρίου περὶ

quibus importunissimi tyranni, publicatis bonis, etiam in alienis civitatibus exsilium invidere videbantur. Lacedæmoniorum enim edicto, qui tunc in Græcia summa rerum potirentur, civitates omnes exsules recipere prohibebantur, qui tamen Argis et Thebis nacti sunt perfugium. Redierunt itaque, præter multos, quorum nomina historia istius temporis non retulit, Auctor noster, Archinus vir gravissimus, de quo plura in sequentibus, Atrometus* Æschinis Oratoris pater, Chærepho Socraticus,† Anytus,‡ Phormisius,§ Andocides‖ e Collegio X. Oratorum, Aristocrates¶ Scellii F., Æsimus,** Ergocles,†† Epicrates,‡‡ Cleocritus§§ ὁ τῶν Μυστῶν κήρυξ, Thrasybulus‖‖ Colyttensis, aliique.

Fuit aliquanto illustrior recuperatæ Civitatis Atheniensium æra, quod Resp. bello cum finitimis diuturno, et mox intestino functa, ad civilem disciplinam, qua maxime semper inclaruit, novis institutis sive refingendam sive confirmandam sese accingeret. In tanto strepitu armorum, et præterea in discordiis atque internecionibus domesticis, necesse fuit multa laxari, quæ civitas bene constituta et in solidum vindicata colligari vellet; multa innovari, quæ eadem tollenda esse decerneret; nonnulla etiam prævideri, quæ posterorum usui et saluti esse potuerunt. Neque fortasse alienum erit hoc loco exponere, quanta sapientia et moderatione illa Exsulum manus Remp. tractavit, quam nuper tanta virtute vindicaverat.

Anno post reditum Archon erat Euclides, qui idcirco in Fastis atque in institutis Atheniensium novam quasi æram signabat. Multa me movent, quare credam sub eo Prætore repertum esse consilium alphabetum Græcum recensendi, introductamque literarum XXIV., pro XVI. quibus prius utebantur, rationem.¶¶ Præ-

Νάξον ἐπινίκια ναυμαχίας. τῇ δὲ δωδεκάτῃ χαριστήρια ἔθυον ἐλευθερίας· ἐν ἐκείνῃ γὰρ οἱ ἀπὸ φυλῆς (corrige Φυλῆς) κατῆλθον. Porro autem locus præfractus valde et lacer Plutarch. Sympos. IX. 6. de Thrasybuli reditu et decore inde Boedromioni mensi addito, de ara item Oblivionis procul dubio eo tempore consecrata, quo Lex ἀμνηστίας (sive, ut Corn. Nepos vocat, Lex Oblivionis) lata fuit, nonnulla habet, sed propter loci impuritatem impedita nimium et intellectu difficillima. Constabunt tamen utique ea, quæ dixi.

Ex hisce igitur inter se comparatis hujusmodi eruetur Epocha.

Archon.	Olymp.	
Alexias	xciii. 4.	exeunte, Lysander XXXviros imperat.
Pythodorus	xciv. 1.	—Ἀναρχία, ut vocatur.
Euclides	xciv. 2.	—ineunte, Thrasybuli reditus cum suis.

Ex errore Diodori, qui in ea re fuit minus curiosus, natus est error Chronographorum, Eusebii sc. Pamphili, Chronici Paschalis, etc.

* Apollonii Vita Æschinis. Idem Æschin. de ementita legat. p. 38. Edit. Steph.

† Plat. Apolog.

‡ Lys. c. Agorat. Isocr. c. Callimach. Xenoph.

§ Dionys. Halic. in Lysia. V. Aristoph. Ran. et Dinarch. c. Demosth.

‖ Plutarch, in Andocide.

¶ Demosth. c. Theocrin.

** Lys. c. Agorat.

†† Lys. c. Ergocl.

‡‡ Demosth. de ementita legatione.

§§ Xenoph. Hellenic.

‖‖ Demosth. c. Timocrat.

¶¶ Vid. Plutarch. in Aristide juxta initium. σχ. Euripid. Phœniss. 688. Harpocr. in Ἀττικ. γραμ. Salmas. ad Inscript. Herodis et Regillæ. Voss. de Grammatic. Petit. Comment. ad LL. Attic. p. 118. Scalig. ad Euseb. Vales. ad Harpocrat.

turam Euclides alius gessit Olymp. LXXXVIII, 2. ad cujus ætatem referri a nonnullis video Atticarum literarum conversionem. Quod si consideremus Theopompum (qui de ea re, sc. quo pacto id consilium atque ea literas exarandi ratio ab Atheniensibus recepta fuerit, olim scripsit) ab Olymp. XCII, 2. historiam suam esse exorsum, continuaturum sc. illam alteram Thucydidis, quæ in ea ætate desinit, usque ad pugnam navalem prope Cnidum, Olymp. XCVI, 3. credibile est sub eo Euclide rem contigisse, qui præturam gessit Olymp. XCIV, 2. intra ætatem Theopompi historiæ, non sub Euclide, qui 24to ante anno eo magistratu functus est. Si cui levius hoc videbitur, meminerit institutam fuisse novam hanc Grammaticam, Archini* potissimum consilio et auctoritate, cujus opera populus in vindicanda et in reformanda Rep. plurimum usus est, ut mox videbimus. Ἤ, ὅτι παρὰ Σαμίοις εὑρέθη πρώτοις τὰ κ̄ο̄ γράμματα ὑπὸ Καλλιστράτου· ὡς Ἄνδρων ἐν Τρίποδι. τοὺς δὲ Ἀθηναίους ἔπεισε χρῆσθαι τῶν Ἰώνων γράμμασιν Ἀρχίνους (l. Ἀρχῖνος) ὁ Ἀθηναίου (vel Ἀθηναῖος) ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκλείδου. — — περὶ δὲ τοῦ πείσαντος ἱστορεῖ Θεόπομπος. Suid. in Σαμίων ὁ δῆμος. Quibus adde Eusebium: Οἱ ἐν Ἀθήναις Τύραννοι κατελύθησαν. Ἀθηναῖοι ἤρξαντο στοιχείοις κ̄ο̄ χρῆσθαι, πρότερον ῑτ̄ χρώμενοι.

P. A. ut dixi, reconciliata pace, de abolendo dolore et priorum temporum necessitatibus legem tulere, quam idcirco Oblivionis appellarunt; eamque ἀμνηστίαν jurejurando confirmarunt.† Quod

Montefalcon. in Palæograph. Græc. Spanheim de usu et præstantia Numismatum. Literæ illæ sedecim erant

Α. Β. Γ. Δ. Ε. Ι. Κ. Λ. Μ. Ν. Ο. Π. Ρ. Σ. Τ. Υ.

* Thrasybulo, qui populum virtute sua reducem fecit, Archinum τὸν ἐκ Κοίλης (pagus is est Atticæ, quem primus vindicavit optimus Sponius) semper fere conjungunt Antiquiores Scriptores, virum et consilio et auctoritate gravissimum,

Ἀλλ' ὁ μὲν ἀρ μύθοισι, ὁ δ' ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα.

Æsch. de ementita legat. p. 51. Edit. Steph. Τοῦ δήμου κατελθόντος ἀπὸ Φυλῆς (male in editis φυλῆς litera minuscula) Ἀρχίνου καὶ Θρασυβούλου προστάντων τοῦ δήμου. Demosth. c. Timocrat. Μυρωνίδης ὁ Ἀρχίνου υἱὸς τοῦ καταλαβόντος Φυλὴν, καὶ μετά γε τοὺς θεοὺς αἰτιωτάτου ὄντος τῆς καθόδου τῷ δήμῳ, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ καλὰ πεπολιτευμένου καὶ ἐστρατηγηκότος πολλάκις. Dinarch. adv. Demosth. Ὁ δὲ καταλυθεὶς ὑπ' ἐκείνων δῆμος διὰ τοὺς τότε γενομένους παρ' ὑμῖν συμβούλους, πάλιν ἡγεμὼν ἦν τῶν Ἑλλήνων. δικαίως οἶμαι· στρατηγῶν μὲν τοιούτων τετυχηκὼς, οἷαν εἶπον ἀρτίως, συμβούλους δ' ἔχων Ἀρχῖνον καὶ Κέφαλον τὸν Κολυττέα. μία γὰρ αὕτη σωτηρία καὶ πόλεως καὶ ἔθνους ἐστὶ, τὸ προστατῶν ἀνδρῶν ἀγαθῶν καὶ συμβούλων σπουδαίων τυχεῖν. Quem locum lego emendatius, quam est in impressis. Ἀγνοεῖς, ὦ Κηφεισία, τοὺς ἄνδρας. ἢ μὴν ἄξιον εἰδέναι πατέρων ὄντων ἀγαθῶν, καὶ πρὸς ὑμᾶς οἰκείως ἐχόντων. ὁ δὲ μέν ἐστιν ἀδελφιδοῦς Θρασυβούλου Λυσιθείδης· ὁ δὲ Τιμόθεος Κόνωνος υἱὸς, οὗτοι δὲ Ἀρχίνου παῖδες. Plutarch. de Genio Socratis. Ejus igitur nomen restitue, 1. apud Plutarchum de Glor. Athen. juxta init. Ἄτελε τὰ περὶ Ἑλλήσποντον Ἀλκιβιάδου πεπτεύματα, καὶ τὰ πρὸς Λέσβον Θρασύλλου, καὶ τὴν ὑπὸ Θηραμένους τῆς ὀλιγαρχίας κατάλυσιν, καὶ Θρασύβουλον καὶ Ἀρχῖνον, καὶ τοὺς ἀπὸ Φυλῆς. Male hodie Ἀρχίππου. 2. in eod. tractatu Plutarchi juxta finem. Τὸν τοῦ Λυσίου λόγον κατὰ τῶν τριάκοντα τῆς Θρασυβούλου καὶ Ἀρχίνου τυραννοκτονίας. Male hodie exaratur Ἀρχίου, quod Xylandrum male habuit. Ut omittam Suidam in Σαμίων ὁ δῆμος, de quo proxime.

† Ad istas Συνθήκας et Ὅρκους sæpe provocant Oratores, Noster, Isocrates c. Callimach. ceterique. Jurisjurandi quidem formulam ipsis conceptis verbis servavit Andocides de Mysteriis p. 12. edit. Steph.

Ὅρκος κοινὸς τῇ πόλει ἁπάσῃ.

Οὐ μνησικακήσω τῶν πολιτῶν οὐδενὶ πλὴν

humanissimum populi victoris decretum, ut præter eam, quam ex religionibus divinis nanciscebatur, auctoritatem, aliquid etiam in jure humano reperiret præsidii, legem suasit Archinus, ut contra eum, qui de rebus præteritis litem intenderet, exceptionis jure (παραγραφὴν vocant Græci) uti liceret: sc. ut Reus priori loco diceret, ejus ἀμνηστίας beneficium imploraturus. Legis disertissima verba producam: Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ Πειραιῶς κατελθόντες ἐνίους ἑωρᾶτε τῶν πολιτῶν συκοφαντεῖν ὠρμημένους, καὶ τὰς συνθήκας λύειν ἐπιχειροῦντας, βουλόμενοι τούτους τε παῦσαι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιδεῖξαι, ὅτι οὐκ ἀναγκασθέντες ἐποιήσασθε αὐτάς, ἀλλ' ἡγούμενοι τῇ πόλει συμφέρειν, εἰπόντος Ἀρχίνου, νόμον ἔθεσθε, ἄν τις δικάζηται παρὰ τοὺς ὅρκους ἐξεῖναι τῷ φεύγοντι παραγράψασθαι, τοὺς δὲ ἄρχοντας περὶ τούτου πρῶτον εἰσάγειν, λέγειν δὲ πρότερον τὸν παραγραψάμενον, ὑπότερος δ' ἂν ἡττηθῇ τὴν ἐπωβελίαν ὀφείλειν. Isocrates ἐν τῷ παραγραφικῷ λόγῳ πρὸς Καλλίμαχον. Ut uno verbo complectar, omnes undique ordines civitatis ad concordiam publicam invitarunt illustrissimo, quod ubivis legitur, exemplo clementiæ civilis, veterumque simultatum memoriæ oblivione sempiterna deletæ. Nam cum ad obsidionem Piræei, quem occuparant Exsules Thrasybulo duce, C. talenta a Lacedæmoniis mutuo sumpserunt, qui in urbe cum XXXviris steterunt: et concordia facta, Lacedæmonii æs repeterent; nonnullis æquum esse videbatur, ut debitum dissolverunt iidem, qui contraxerant, non ii. quorum in perniciem contractum fuerat; Placuit tamen atque auctoritate publica sancitum est, quo posset omnis omnino simultatum memoria obliterari, ut communiter ab omnibus solutio fieret.* Clarissimum moderationis exemplum animique ad inimicitias deponendas paratissimi.

Verum ut manum illam Phylensem, quæ tanta virtute Remp. vindicaverat, P. A. quasi beneficiorum immemor non plane negligere videretur, decrevit, eod. Archino ferente, αὐτοῖς εἰς θυσίαν καὶ ἀναθήματα (verbis utor Æsch. c. Ctesiph. qui hujus rei memoriam conservavit) δοῦναι χιλίας δραχμὰς, ἔπειτα στεφανοῦσθαι θαλλοῦ στεφάνῳ† αὐτῶν ἕκαστον, καὶ οὐδὲ τοῦτο εἰκῇ πρᾶξαι, ἀλλ' ἀκριβῶς τὴν

τῶν πρακτέων καὶ τῶν ἐνδεκα, οὐδὲ τούτων ὃς ἂν εὐθύνας διδόναι τῆς ἀρχῆς ἧς ἦρξεν.

Ὅρκος τῆς βουλῆς.

Οὐ δέξομαι ἐνδειξιν οὐδὲ ἀπαγωγὴν ἕνεκα τῶν πρότερον γεγενημένων πλὴν τῶν φευγόντων.

Ὅρκος τῶν δικαστῶν.

Οὐ μνησικακήσω οὐδὲ ἄλλῳ πείσομαι, ψηφοῦμαι δὲ κατὰ τοὺς κειμένους νόμους.

Hoc Oblivionis decretum memorant Plutarch. πολιτικ. παραγγελμ. Demosth. adv. Bœotum, Æschines, Andocides, Xenoph. Fabric. II. 56. Cic. Philipp. 1. Valer. Maxim. IV. 1. Oros. II. 17. VII. 6. Lys. c. Agorat. fin. Nep. in Thrasybulo, ceterique. Verum legibus et sacramentis longe antecellebat simultatum et injuriarum memoria. Hinc enim derivatur omne istud Atheniensium odium, quod in Socratem haud din post erupit. Ὑμεῖς, ὦ Ἀθηναῖοι, Σωκράτην μὲν τὸν σοφιστὴν ἀπεκτείνατε, ὅτι Κριτίαν ἐφάνη πεπαιδευκὼς ἕνα τῶν λ' τῶν τὸν δῆμον καταλυσάντων. Æsch. c. Timarch. Add. Plat. Epist. 7.

* Demosth. c. Leptin. init. et Isocr. in Areopagitico.

† Tangit Nepos in Thrasybulo. "Huic

βουλὴν σκεψαμένην, ὅσοι αὐτῶν ἐπὶ Φυλῆς ἐπολιορκήθησαν, ὅτε Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ τριάκοντα προσέβαλον τοῖς καταλαβοῦσι Φυλήν. Ejus autem rei, quo testatior esset memoria, Actis publicis de hac donatione in Metroo juxta Curiam talem Inscriptionem affigi curaverunt:

Τούσδ' ἀρετῆς ἕνεκα στεφάνοις ἐγέραιρε παλαίχθων
Δῆμος Ἀθηναίων, οἵ ποτε τοὺς ἀδίκοις
Θεσμοῖς ἄρξαντας πρῶτοι πόλεως καταπαύειν
Ἦρξαν, κίνδυνον σώμασιν ἀράμενοι.

Hoc plebiscitum publice in honorem civium et facinoris sociorum rogavit Archinus: aliud privatim in gratiam Lysiæ pro tantis ejus in Remp. meritis Thrasybulus: cujus historiola est hujusmodi. Reverso populo (indistincte Plutarchus in Lysia, qui hanc rem narrat, μετὰ τὴν κάθοδον, ἐπὶ ἀναρχίας τῆς πρὸ Εὐκλείδου) Thrasybulus rogationem defert, ut Lysias civitate donaretur, idque impetrat. Istud plebiscitum (magis, uti videtur, quo conservaretur mos civitatis, quam Lysiæ, vel odio, vel invidia ductus) παρανόμων ἐγράψατο Archinus,* quod non ad Senatum prius de ea re referretur. Eaque ratione hac spe pulsus Orator noster reliquum vitæ egit in eo gradu, qui proxime infra Civem censetur.† Credibile est Lysiam pro hac rogatione Thrasybuli, i. e. pro Civitate orationem habuisse: idque colligo ex Plutarchi verbis in v. quæ tamen hodie propter mendorum impuritatem nihil omnino istiusmodi præ se ferre videntur. Ἔστι δ' αὐτοῦ [λόγος] καὶ ὃν ὑπὲρ τοῦ ψηφίσματος ἐγράψατο Ἀρχῖνος τὴν πολιτείαν αὐτοῦ περιέχων, καὶ κατὰ τῶν Τριάκοντα ἕτερος. Legendum est procul dubio: Ἔστι δ' αὐτοῦ [λόγος] ὑπὲρ τοῦ ψηφίσματος, ὃ ἐγράψατο Ἀρχῖνος [παρανόμων sc.] τὴν πολιτείαν αὐτοῦ περιελών. Plane ut Æschines de ementita legatione p. 34. edit. Steph. Εἴ τις αὐτοῦ τὴν τύχην περιελὼν ἑτέρῳ περιθείη.

Denique, ut orationis telam perficere possim, ætas illa populi restituti, tum novis legibus condendis, tum autem plurimis, quibus prius utebantur, antiquandis, illustrissima fuit. Recensebantur publico decreto Legg. tabulæ, et rejectis iis, quæ concordiam modo institutam impedire posse videbantur, novisque latis, quibus opus erat Reip.‡ nova deinceps ratione ex ea tempestate civitas tractari

[Thrasybulo] pro tantis meritis, honoris corona a populo data est, facta duabus virgulis oleaginis: quæ, quod amor civium, non vis, expresserat, nullam habuit invidiam, magnaque fuit gloria."

* Similem Archini constantiam retulit Æsch. c. Ctesiph. p. 82. Edit. Steph. Ἀρχῖνος γὰρ ὁ ἐκ Κοίλης ἐγράψατο παρανόμων Θεασύδουλον τὸν Στειριέα, γράψαντά τι παρὰ τοὺς νόμους, στεφανοῦν ἕνα τῶν συγκατελθόντων αὐτῷ ἀπὸ Φυλῆς. Nisi ad hanc ipsissimam historiam de Lysia alludat Orator, quod non prorsus absimile est.

† Τὸν λοιπὸν ᾤκησε χρόνον ἰσοτελὴς ὤν. Plutarch. in vita. Μηδένα τῶν πολιτῶν μήτε τῶν ἰσοτελῶν, μήτε τῶν ξένων. Demosth. c. Leptin. Ἰσοτελεῖς Inquilini sunt μέτοικοι, quibus μετοίκιον remittebatur, adeoque in tributis pendendis, eadem æstimatione, qua Cives ipsi, censi.

‡ Andocid. de Mysteriis p. 11. Edit. Steph. aliique.

atque administrari cœpit. Hinc eæ locutiones apud Auctores vetustos, *ἄκυρα ὡς τὰ πρὸ Εὐκλείδου*,* et *νόμοις χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος*, etc. Una cum *πολιτείᾳ* immutari quoque literaturam, ut vidimus, novasque tabulas novis literis exarari credibile est. Nam tametsi Ionica scriptura, quæ elementis constabat XXIV., domi ante Euclidem Atheniensium quisque uti poterat, ejus tamen in Actis publicis usus non invaluit ante hunc populi reditum, et conversionem Reip. Eas omnes leges† recensere, quæ per ista tempora sancitæ sunt, vix esse videtur loci hujusce. Unam tamen aut alteram in medium producam, ut moneam, non omnes, quæ leguntur, Solonis aut Draconis esse leges, aut uno tempore latas.

Præclarum semper facinus apud Athenienses habebatur *τυραννοκτονία*: Unde scitissimum erat effatum Antiphontis apud Plutarch. (non tamen Rhetoris, sed alterius cujusdam). Cum enim in convivio quæreretur apud Dionysium Siciliæ tyrannum, quodnam æs præstantissimum esset, atque alii aliud dicerent, respondit, istud *ἐξ οὗ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων πεποίηνται*. Verum ex hoc tempore primum legibus erat cautum, teste Lycurgo c. Leocratem,

Ἐάν τις τυραννίδι ἐπιθῆται ἢ τὴν πόλιν προδιδῷ ἢ τὸν δῆμον καταλύῃ τὸν αἰσθανόμενον καθαρὸν εἶναι ἀποκτείναντα.

Non Tyrannum, sed qui Tyrannidem affectabat. *Εἰκότως*, ut ibid. disserit Orator: *Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἀδικημάτων ὑστέρας δεῖ τετάχθαι τὰς τιμωρίας· προδοσίας δὲ καὶ δήμου καταλύσεως, προτέρας. Εἰ γὰρ ποιήσεσθε* (male ita exaratur, lege *προήσεσθε*) *τοῦτον τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ μέλλουσιν ἐκεῖνοι κατὰ τῆς πατρίδος φαῦλόν τι πράττειν, οὐκ ἔστιν ὑμῖν μετὰ ταῦτα δίκην παρ' αὐτῶν* (leg. *παρὰ τῶν*) *ἀδικούντων λαβεῖν: κρείττους γὰρ ἤδη γίνονται τῆς παρὰ τῶν ἀδικουμένων τιμωρίας*. Eo consilio omnes ad Tyrannidem aditus occluserunt, animumque civilem ultra Solonis scita confirmarunt Athenienses, *μόλις εἰς τὴν ἑαυτῶν κατεληλυθότες, πεπειραμένοι καὶ εἰδότες*

* *Ἔστω ταῦτα ἄκυρα, ὥσπερ τὰ ἐπὶ τῶν τριάκοντα, ἢ τὰ πρὸ Εὐκλείδου, ἢ εἴ τις ἄλλη πώποτε τοιαύτη ἐγένετο προθεσμία.* Æsch. c. Timarch. *Καταλυθέντων τῶν τυράννων* [λ' sc.] *καὶ γινομένου μετ' αὐτοὺς Εὐκλείδου Ἄρχοντος, ἵνα μὴ μνησικακήσωσιν ἀλλήλοις οἱ πολῖται, συνθήκας ἐποίησαν, ὥστε τὰ πρὸ Εὐκλείδου ἄκυρα εἶναι.* Schol. ad Luciani Tyrannum.

† Legum hæc recensio juxta *σχ.* ineditum Æsch. c. Timarch. instituta fuit propter labem, quam in imperio XXXvirorum acceperunt Solonis instituta. Cujus verba adducam ad historiam horum temporum elucidandam commodissima, quanquam vetustis nonnullis auctoribus de occasione legum reformandarum adversentur. *Οἱ λ' Τύραννοι διὰ Λακεδαιμονίων κατασταθέντες καὶ τὴν πάτριον πολιτείαν καταλύσαντες ἐλυμήναντο τοὺς Δράκωνος καὶ Σόλωνος νόμους. ἀπολαβὼν οὖν ὁ δῆμος τὴν ἐλευθερίαν εἵλοντο πολίτας ὁσουσδήποτε τοὺς ζητήσαντας καὶ ἀναγράψαντας τοὺς διεφθαρμένους τῶν νόμων. Τότε ἐψηφίσαντο καὶ νόμους εἰσφέρειν ἀντὶ τῶν ἀπολωλότων ἐπ' Ἄρχοντος Εὐκλείδου, ὃς πρῶτος ἦρξε μετὰ τοὺς λ'. ἐκεῖνοι γὰρ τόν τε δῆμον ἐξέβαλον, καὶ τῶν δημοτικῶν τοὺς ἐπιφανεῖς τοὺς μὲν ἔβασάνισαν, τοὺς δὲ ἐφυγάδευσαν ἀφελόμενοι τὴν οὐσίαν αὐτῶν, τοὺς δὲ ἀπέκτειναν ἀκρίτως. ἐπειδὴ δὲ αὐτοὶ καθηρέθησαν, ψήφισμα ἐτίθη περὶ τοῦ ἀμνησικακεῖν.*

τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐφόδους τῶν τὸν δῆμον προδιδόντων. Verba sunt ejusdem Scriptoris.*

Hinc porro lux affundetur Demostheni adv. Eubulid. Τοῖς χρόνοις τοίνυν οὕτω φαίνεται γεγονὼς, ὥστε, εἰ καὶ κατὰ θάτερα ἀστὸς ἦν, εἶναι πολίτην προσήκειν αὐτόν. γέγονε γὰρ πρὸ Εὐκλείδου. Hinc quoque Isæo de Cironis hereditate fin. Ἐὰν γὰρ ἐξαπατηθῆτε ὑμεῖς, πεισθέντες, ὡς ἡ μήτηρ ἡμῶν οὐκ ἦν πολῖτις, οὐδ' ἡμεῖς ἐσμέν· μετ' Εὐκλείδη γὰρ ἄρχοντα γεγόναμεν. Nam eo Prætore legem tulit Aristopho,

Civem non censeri nisi qui matre libera natus fuerit.

Ἀριστοφῶν ὁ ῥήτωρ ὁ τὸν νόμον εἰσενεγκὼν ἐπ' Εὐκλείδου Ἄρχοντος,

Ὃς ἂν μὴ ἐξ ἀστῆς γένηται νόθον εἶναι,

αὐτὸς ἀπεδείχθη ὑπὸ Καλλιάδου τοῦ Κωμικοῦ ἐκ Χωρίδος (f. Χλωρίδος) τῆς ἑταίρας παιδοποιησάμενος, ὡς ἱστορεῖ Καρύστιος ἐν τρίτῳ ὑπομνημάτων. Athen. l. 13. p. m. 285. Ergo in ætate ante Thrasybuli reditum, visum est ex alterutro parente ingenuo ingenuum nasci, deinde non ita. Vide plura apud Demosth. c. Timocratem, et Ulpian. ad loc. Andoc. de Mysteriis ceterosque. Meursius de Archontibus Atticis male refert Aristophontis legislationem ad præturam prioris Euclidis. Et credibile est tunc temporis a quibusdam fuisse actum, ut sanciam Remp. non modo novis legibus sanarent, verum novam etiam faciem inducerent. Phormisius enim rogationem tulit, περὶ τοῦ καταλῦσαι τὴν πάτριον πολιτείαν, cui oratione scripta restitit Auctor noster, ut liquet ex Dionysio Halic. in Vita, atque ex istius orationis reliquiis.

In publica istorum temporum memoria ideo diutius hæsi, quoniam res complectitur exitu graves, utraque fortuna notabiles, et varietate, præsertim in tam brevi temporis curriculo, pene incredibiles. Adhæc malui ea, quæ historiam istius ætatis illustrare posse videntur, hic concludi, quam commentatorem agere, et paginam utramque Lysiæ Annotationum mole obruere. Quæ supersint ad scriptorem nostrum spectantia ubi expedivero, finem faciam.

Obiit Athenis Olymp. C, 2. (vel 3.), annos natus LXXX. (vel LXXXI.) biennio post Demosthenem natum.† Unde miror, cum hæc adeo liquido a vetustioribus tradantur, egregiam istam inconstantiam in Plutarcho. Ἐτελεύτησεν ὀγδοήκοντα τρία ἔτη βιούς· ἢ, ὥς τινες, ἓξ καὶ ἑβδομήκοντα, ἢ, ὥς τινες, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα· ἰδὼν Δημοσθένην μειράκιον ὄντα.

Orationes videtur exarasse in extrema senectute. Quarum enim ætatem eruere possumus, eæ omnes post XXXviratum conficie-

* Plura vide apud Andocid. de Mysteriis.

† Dionys. Halic. in vita.

bantur. Paucissimas ipse in concione aut in curia dixit: *τοῖς ἰδιώταις τοῖς πολλοῖς ἐκδούς.* Plutarch. in Vita, ubi legendum, ut Photius habet *τοὺς πλείους.* Memorabile de ea re retulit idem Plutarchus de Garrulitate (si idem sit): *Λυσίας τινὶ δίκην ἔχοντι λόγον συγγράψας ἔδωκεν· ὁ δὲ πολλάκις ἀναγνοὺς ἦκε πρὸς τὸν Λυσίαν ἀθυμῶν καὶ λέγων, τὸ μὲν πρῶτον αὐτῷ διεξιόντι θαυμαστὸν φανῆναι τὸν λόγον, αὖθις δὲ καὶ τρίτον ἀναλαμβάνοντι παντελῶς ἀμβλὺν καὶ ἄπρακτον. Ὁ δὲ Λυσίας γελάσας, Τί οὖν, εἶπεν, οὐχ ἅπαξ μέλλεις λέγειν αὐτὸν ἐπὶ τῶν δικαστῶν;*

Scholam quoque aperuit et Rhetoricam docuit, si Plutarcho et Ciceroni fides.* Neque docuit solummodo, verum et ejus rei disciplinam literis mandavit, quoniam *τέχνας* ejus *ῥητορικὰς* laudari ab Antiquioribus video, Plutarcho, Suida, etc.

Imaginem ejus apud Fulvium Ursinum in marmore si consideremus, videtur fuisse senex, oris majestate simul, ut virili quadam pulcritudine, venerandus. Dimanavit quoque ad posteros nonnulla istius rei memoria, cum venustatem vultus, aut saltem fidem vulgo de ea receptam haud obscure innuat Aristides Serm. Sacr. 4. his verbis: *Σχεδὸν δὲ καὶ τῶν ἄλλων παλαιῶν τοὺς ἐνδοξοτάτους ἐπὶ λόγοις ὑπῆρξέ μοι θεάσασθαι, ὁμοίως λογοποιούς τε καὶ ποιητάς. Τὸ δὲ τοῦ Λυσίου καὶ διηγήσεως ἄξιον. ἔκαμνον γὰρ τριταίῳ οἴῳ βαρυτάτῳ, καὶ ὁρῶ Λυσίαν τὸν ῥήτορα, νεανίσκον οὐχ ἄχαριν. ἐπῄει δὲ ἡ τῆς καταβολῆς ἡμέρα, καὶ ὁ πυρετὸς οὐκ ἐπεγένετο, ἀλλ' ἐλύθη τὸ νόσημα ἐν τούτῳ.*

Memorant Athenæus† et Plutarchus,‡ ad eamque rem confirmandam testimonio Demosthenis c. Neæram utuntur, Auctorem nostrum cum Metanira consuesse, postea autem, relicta uxore illa usuraria, domum duxisse Brachylli fratris filiam. Neque Metaniram solum habuit, verum et Lagidem quoque, si fides habenda sit eidem Athenæo, ibid. *Ἥττητο δὲ καὶ ὁ Λυσίας Λαγίδος τῆς ἑταίρας, ἧς ἔγραψεν ἐγκώμιον Κέφαλος ὁ ῥήτωρ.* Quod ad Metaniram attinet, fratrisque filiam domum pro uxore ductam, ita accipe ex dicta oratione Demosthenis, ubi inter cetera elucescet mala fide descriptam fuisse a Plutarcho. Verum hoc leviusculum. "Nicareta Charisii§ Elei liberta VII. domi puellas habuit, meretriculas, et prostibulas, unde victum quæritabat: Antiam, Stratolam, Aristocleam, Metaniram, Philam, Isthmiada et Neæram. Lysias, qui Metaniram deperibat, ratus, beneficiorum, quæ in amicam conferre solebat, plurima a domina esse intercepta, adeoque gratum illi aliquid facere cupiens, et quod vetula intervertere nequibat, initiare voluit. Nicaretam igitur oravit, ut Metaniram secum Athenas ad Mysteria

* *Παραγενόμενος εἰς Ἀθήνας* [Isæus] *καὶ σχολάσας Λυσίᾳ.* Plutarch. in Isæo. "Lysiam primo profiteri solitum artem esse dicendi: deinde, quod Theodorus esset in arte subtilior, in orationibus autem jejunior, orationes eum scribere aliis cœpisse, artem removisse." Cic. Brut. 48.

† l. 13.

‡ In Vita Lysiæ.

§ *Χαρισίου* Demosth. *Κασίου* Athen.

duceret. Eæ tum Corinthi habitabant. Verum ubi domum ad se recipere noluit, reveritus sc. uxorem Brachylli fratris filiam, atque etiam matrem suam natu grandem, quæ in iisdem ædibus habitabat, mulierculas ad Philostratum Coloneum, amicum suum et familiarem, deduxit. Una cum his sequebatur Neæra, *ἐργαζομένη μὲν ἤδη τῷ σώματι, νεωτέρα δὲ οὖσα.*" Hæc Demosthenes. Habita est ea Oratio *contra Stephanum* quendam, qui, ut Metaniram Lysias, Neæram amavit, et præter leges Atticas, mulierem peregrinam in loco uxoris habuit. Emendo hac occasione Athen. l. toties citato, *Νικαρέτη δὲ ἡ ἑταῖρα* (lege *Νέαιρα*, nam Nicareta erat lena, quæ ex Neæra quæstum fecit) *ἐρωμένη ἦν Στεφάνου τοῦ ῥήτορος, Λυσίου δὲ τοῦ σοφιστοῦ Μετάνειρα.* Sed hoc obiter. Contendo, quod longe gravius est, ex historia ipsa apparere, hæc ad nostrum pertingere non posse, adeoque duos fuisse Lysias ætate non longe dissitos, quorum res gestæ et fortasse ingenii monumenta incaute ab aliis, etiam vetustis scriptoribus, misceri et confundi solebant. Oratori nostro Brachyllus frater non erat, verum Polemarchus et Euthydemus. Res ipsa constat ex Dionysio Halic.,* nomina ex Platone.† Qui Brachyllum memorat primus, Plutarchus est, vel potius Plutarchi simius, qui ex hoc Demosthenis loco tertium fratrem, Brachyllum nomine, eruit. Accedit, quod qui Metaniram habuit, non Rhetor aut Orator dicitur, sed Sophista,‡ disciplinæ longe diversæ, studii et ingenii genere plane alienus. *Λυσίας γὰρ ὁ σοφιστής, Μετανείρας ὢν ἐραστής*, et quæ sequuntur. Demosth. l. c. Et, quod est adhuc expressius, non solum Sophista vocatur ab Athenæo in eadem historia, sed quodammodo Rhetori ex adverso opponi videtur. *Νέαιρα δὲ ἡ ἑταῖρα ἐρωμένη ἦν Στεφάνου τοῦ ῥήτορος, Λυσίου δὲ τοῦ σοφιστοῦ Μετάνειρα.*

Subductis temporum rationibus, clarius ea, quæ dico, evincentur. Neæra, contra quam scripsit orationem istam Demosthenes, adeoque Demostheni *σύγχρονος*, minima erat ætate, cum Lysias Orator in extrema senectute diem supremum obiit. Cum igitur Corintho Athenas, una cum Metanira profecta est, jam grandiuscula, utpote quæ occœperat quæstum, accersente porro homine, qui domi matrem habuit superstitem, qui accersivit, noster non potuit esse. Porro habita est ea causa c. Neæram longe post res Olynthiacas;

* In Lysia, juxta init. *εἰς Θουρίους ᾤχετο πλέων σὺν ἀδελφοῖς δυσί.* Si tertius fuisset frater, qui domi mansit, annon scripsisset *σὺν ἀδελφῶν δυσί*; Eod. modo Suid. *σὺν ἀδελφοῖς δύο.*

† De Republica.

‡ Aristidis locus, quem adducturus sum, tum id ostendit, Lysiam vix Sophistam vocari potuisse, tum id quoque, quinam apud antiquos et qua de ratione, Sophistæ vocabantur. *Οὐ Λυσίας Πλάτωνα σοφιστὴν καλεῖ, καὶ πάλιν Αἰσχίνην* (i. e. Socraticum); *κατηγορῶν οὗτός γε φαίη τις ἄν, ἀλλ' οὐχ οἵγε ἄλλοι κατηγοροῦντες ἐκείνων τῶν ἄλλων* (f. *καὶ τῶν ἄλλων*) *ὅμως αὐτὸν τούτῳ προσειρήκασιν αὐτούς. Ἔτι δὲ εἰ καὶ Πλάτωνος ἐξῆν κατηγοροῦντα σοφιστὴν προσειπεῖν, τί τούτους γ' ἂν εἴποι τις; ἀλλ', οἶμαι, καὶ Σοφιστὴς ἐπιεικῶς κοινὸν ἦν ὄνομα, καὶ ἡ φιλοσοφία τοῦτ' ἐδύνατο, φιλοκαλία τις εἶναι καὶ διατριβὴ περὶ λόγους, καὶ οὐχ ὁ νῦν τρόπος οὗτος, ἀλλὰ παιδεία κοινῶς.* Aristid. c. Plat. 2.

quarum meminit Orator, inimicitiarumque cum Philippo susceptarum, eo modo, quo quis rerum in superiori ætate gestarum meminisse solet: In Olymp. CVII, 4. incidunt Olynthiaca XXX. post Lysiæ decessum anno. Attamen in hac ipsa causa producitur testis Philostratus, cujus familiaritate utebatur Lysias ille (quicunque fuerit), qui Metaniram initiavit. *Φιλόστρατος Διονυσίου Κολωνῆθεν μαρτυρεῖ — καταστῆσαι ὡς αὐτὸν Λυσίαν τὸν Κεφάλου, φίλον ὄντα αὐτῷ καὶ ἐπιτήδειον.* An hæc convenire satis videantur?

Ad Sophistam igitur Lysiam (si quis in ea ætate fuerit, fuisse autem alium Lysiam ex ratione temporum patebit) credo ea omnia pertinere, quæ sub Lysiæ *Ἐρωτικῶν* nomine laudantur a vetustis scriptoribus; cujusmodi sunt *Epistolæ*, quæ olim circumferebantur, *Amatoriæ*, maxime autem Oratio illa (sive potius Sermo) *ἐρωτικὸς*, quæ integra conservatur in Platonis Phædro.* Eam si quis arbitretur proficisci posse ex eadem manu, qua profectæ sunt Orationes, quas hodie publici juris facimus, eum non *κρίσει* aut acumine, sed omnibus potius sensibus orbum esse judico. Talem æmulum, Sophistam sc., nancisci potuit Isocrates, qui sæpius Sophistæ, quam Oratoris personam sustinuit; unde ducor, ut ea quoque, quæ de eorum inimicitiis vel æmulatione dicuntur, Rhetori nostro abjudicem.†

Quæ fortasse Crisis (seu commentum fortasse mavis dicere) expediet quodammodo inextricabile istud portentum, quod sub nomine Epigrammatis in Lysiam conservavit Plutarchus. Nam si reputemus, quam dubia fide monumenta Vett. descripsit neotericus ille magni nominis adumbrator (qui etiam potuit, neque inclementer ago, vel plura Epigrammata conflare, vel unum discerpere), et præterea si advertamus, hæc, quæ sequuntur, de eo dici potuisse, cujus levissima notitia ad nos devenit, Sophistam intelligo, tolerabiliora fortasse videbuntur, quæ in hunc diem præstantissimorum hominum acumen elusere. *Μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ, ὡς δεινοτάτου εἰπεῖν, καὶ Ἰσοκράτους πρεσβυτέρου.* Ἐποίησε

* Βουληθεὶς ὁ ἀνὴρ [Plato] ἐπιδείξασθαι τὴν αὐτοῦ δύναμιν, ἣν εἶχεν ἐν τοῖς πολιτικοῖς λόγοις, οὐκ ἠρκέσθη ταῖς ἄλλαις γραφαῖς, ἀλλὰ καὶ κράτιστον (f. ἀλλὰ καὶ εἰς vel πρὸς κράτιστον) τῶν τότε ῥητόρων ἕτερον αὐτὸς ἐν τῷ Φαίδρῳ συνετάξατο λόγον, ἐρωτικὸν εἰς τὴν ὑπόθεσιν, καὶ οὐδὲ ἄχρι τούτου προελθὼν ἐπαύσατο καταλιπὼν ἐν τοῖς ἀναγνωσομένοις τὴν διάγνωσιν, ὁπότερός ἐστι κρείττων λόγος, ἀλλὰ καὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἥψατο τῶν Λυσίου, τὰς μὲν λεκτικὰς μαρτυρῶν τῷ ἀνδρὶ ἀρετὰς, τῶν δὲ πραγματικῶν ἐπιλαμβανόμενος. Dionys. Halic. Epist. ad Pomp. Καὶ γὰρ ὁ Πλάτων τὸν Λυσίου λόγον οὔτε κατὰ τὴν εὕρεσιν ἐπαινῶν καὶ τῆς ἀταξίας αἰτιώμενος ὅμως αὐτοῦ τὴν ἐπαγγελίαν (l. ἀπαγγελίαν) ἐπαινεῖ, καὶ ὅτι τῶν ὀνομάτων σαφῶς καὶ στρογγύλως ἕκαστον ἀποτετόρνευται. Plutarch. de Auditione. "Alius ait, hoc me primum doce: item alius, hoc volo, inquit, discere, istud nolo. Hic a Symposio Platonis incipere gestit propter Alcibiadis comissationem, ille a Phædro propter Lysiæ orationem." Gellius I. 9. Vid. Maxim. Tyr. Dissertat. VIII., Hermogenes de Ideis Orationis et σχ. ad locum, Aristid. c. Plat. 1. et de paraphthegm., Theo c. 2.

† Ἰσοκράτης ἀντισοφιστεύει Λυσίᾳ, καὶ Γοργιάζει. Schol. Hermog. p. 401. Ἀλλὰ μὴν καὶ Ἰσοκράτης ὁ τῶν ῥητόρων αἰδημονέστερος Μετάνειραν εἶχεν ἐρωμένην καὶ Καλλὴν, ὡς Λυσίας ἱστορεῖ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς. Athen. l. 13.

δὲ καὶ εἰς αὐτὸν ἐπίγραμμα Φίλισκος, ὁ Ἰσοκράτους μὲν γνώριμος, ἑταῖρος δὲ Λυσίου, δι' οὗ φανερὸν, ὡς προέλαβε τοῖς ἔτεσιν, καὶ ἐκ τῶν ὑπὸ Πλάτωνος εἰρημένων ἀποδείκνυται. ἔχει δὲ οὕτως,

Καλλίππης Θύγατερ, πολυηγόρε, φροντίδι δείξεις
Εἴ τι φρονεῖς * * καί τι περισσὸν ἔχεις.
Τὸν γὰρ ἐς ἄλλο σχῆμα μεθαρμοσθέντα, καὶ ἄλλοις
Ἐν κόσμοισι βίου σῶμα λαβόνθ' ἕτερον,
Δεῖ σ' ἀρετῆς κήρυκα τεκεῖν τινὰ Λυσιδαΐμνον,
Δόντα καταφθίμενον καὶ σοφῷ ἀθάνατον·
Ὃς τοτ' ἐμῆς ψυχῆς δεῖξαι φιλέταιρον ἅπασι
Καὶ τὴν τοῦ φθιμένου πᾶσι βροτοῖς ἀρετήν.

Quæ ne plane intentata relinquamus, habe B. L. ad vexatissimum ἀποσπασμάτων Cl. Marklandi conjecturas. En tibi Ipsius Verba. "Corruptissimi hujus Epigrammatis hoc propositum esse videtur: Compellat Musam suam Philiscus, et dicit, Ipsam debere carmen componere in defuncti Amici sui Lysiæ Statuam quandam, quæ, ut videtur, sub Juvenis specie effingebatur. ideo autem Ipsam accurate hoc facere debere, ut et Diis probet sincerum animi sui affectum erga mortuum Sodalem; et simul, ut Hominibus ostendat, quanta Lysiæ Virtus fuerit. Hæc Philiscus, pulcro et laudabili argumento Epigrammatis; cujus verba ita lego:"

Καλλιόπης θύγατερ πολυηγόρε, φροντίδι δείξεις
Εἴ τι φρονεῖς πινυτὸν, καί τι περισσὸν ἔχεις.
Τῷ γὰρ ἐς ἄλλο σχῆμα μεθαρμοσθέντι, καὶ ἄλλοις
Σὺν κόσμοισι νέου σῶμα λαβόνθ' ἕτερον,
Δεῖ σ' ἀρετῆς κήρυκα τεκεῖν τινὰ Λυσίᾳ ὕμνον
Δόντι καταφθιμένων, καὶ ζόφον· Ἀθανάτοις
Ὥς τό τ' ἐμῆς ψυχῆς δεῖξαι φιλέταιρον ἅπασι,
Καὶ τὴν τοῦ φθιμένου πᾶσι βροτοῖς ἀρετήν.

Calliopes filia multiloqua, curâ tuâ *ostendes*
Si quid sapiens, cogitas, et quid eximium habes:
In aliam enim speciem qui transmutatus fuit, et, aliis
Cum ornatibus juvenis, corpus qui accepit diversum,
Oportet te, quæ præco es virtutis, parere aliquod carmen
*Lysiæ,**
Qui subiit regionem *defunctorum, et tenebras: Diis*
Ut et animi mei studium erga sodalem ostendas omnibus,
Et defuncti omnibus mortalibus virtutem.

"In tertio versu et sequentibus Ordo Verborum hic est: Δεῖ γάρ σε, κήρυκα ἀρετῆς, τεκεῖν τινὰ ὕμνον τῷ Λυσίᾳ μεθαρμοσθέντι ἐς ἄλλο

* Rectius forte vertatur: *Oportet et* κήρυκα, non σε κήρυκα. [Ita Markland *virtutis praconem parere — carmen:* ὕμνον ipse in Addendis.]

σχῆμα, καὶ λαβόντι ἕτερον σῶμα, σὺν ἄλλοις κόσμοισι νέου· Λυσίᾳ, inquam, δύντι καταφθιμένων, καὶ ζόφον. Statuas vero Lysiæ sub Juvenis (νέου) specie formari solitas fuisse (quod et in aliis Viris Illustribus sæpe factum) innuere videtur locus Aristidis Serm. Sacr. IV. p. 335. Ed. Iebb. ubi in somnis se vidisse ait Λυσίαν τὸν ῥήτορα, νεανίσκον οὐκ ἄχαριν. Lysias vero *senex* mortuus est: adeo ut non concipi possit, quid velit Aristides per istud νεανίσκον, nisi alludat ad Lysiæ Statuas hujuscemodi, quas sæpe vidisse, et visas in somnis agnovisse, contigerat. Δύντι καταφθιμένων, sc. χώραν· quæ locutio et Ellipsis frequens est. sic δήεις ἐν Διὸς ἢ μακάρων· *invenies eum in Jovis vel beatorum habitatione:* ex Antholog. III, 6. p. 308. edit. Brodæi. ζόφος pro *Infernis tenebris,* apud Lucianum in Dial. Mort. et alios sæpe occurrit. In versu secundo supplevi πινυτὸν ex mera conjectura. alius forte aliter, et melius: in ceteris nihil difficultatis. Conjectura vero ista, νέου pro βίου, probe scio, quam infirmo talo stet: sed in hujusmodi locis obscuris et desperatis major datur licentia; et, si fallaris, venia paratior. Suspicatus sum aliquando ista, ἄλλο σχῆμα, et ἕτερον σῶμα, non ad Lysiæ statuam aliquam referri, sed ex Metempsychosi Pythagorica explicari debere: ita ut ἄλλοις ἐν κόσμοισι, esset, *aliis in mundis.* Sed et sic, de voce βίου adhuc quærendum. an βιοῦν scribendum? *ut vivat aliis in mundis.*"

"Nonnulla alia leviora omitto, præsertim in Spiritibus et Accentibus. Sed inter gravissima numerari, et mutatum vellem, si quid inclementius dictum videatur in Cl. Andr. Schottum, Virum de Re Literaria optime meritum."

ΛΥΣΙΟΥ ΒΙΟΣ,

ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ

ΧΑΡΑΚΤΗΡΟΣ ΤΩΝ ΑΥΤΟΥ ΛΟΓΩΝ.

ΕΚ ΤΩΝ

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ.*

Pag. ed. Tayl.

ά. ΛΥΣΙΑΣ ὁ Κεφάλου Συρακουσίων μὲν ἦν γονέων, ἐγεννή-
θη δὲ Ἀθήνῃσι μετοικοῦντι τῷ πατρὶ, καὶ συνεπαιδεύθη τοῖς ἐπι- lxii
φανεστάτοις Ἀθηναίων· ἔτη δὲ πεντεκαίδεκα γεγονὼς, εἰς Θουρίους
ᾤχετο πλέων σὺν ἀδελφοῖς δυσὶ, κοινωνήσων τῆς ἀποικίας, ἣν
ἔστελλον Ἀθηναῖοί τε καὶ ἡ ἄλλη Ἑλλὰς, δωδεκάτῳ πρότερον ἔτει
τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου· καὶ διετέλεσεν αὐτόθι πολιτευόμε-
νος ἐν εὐπορίᾳ πολλῇ μέχρι τῆς συμφορᾶς τῆς κατασχούσης Ἀθη-
ναίους ἐν Σικελίᾳ. μετ' ἐκεῖνο δὲ τὸ πάθος στασιάσαντος τοῦ δή-
μου, ἐκπίπτει σὺν ἄλλοις τριακοσίοις Ἀττικισμὸν ἐγκληθεῖσι· καὶ
παραγενόμενος αὖθις εἰς Ἀθήνας κατὰ ἄρχοντα Καλλίαν, ἕβδομον
καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος ἔχων, ὡς ἄν τις εἰκάσειεν, ἐξ ἐκείνου τοῦ
χρόνου διετέλεσε τὰς διατριβὰς ποιούμενος Ἀθήνῃσι. πλείστους lxiii
δὲ γράψας λόγους εἰς δικαστήριά τε καὶ βουλὰς καὶ πρὸς ἐκκλησίας
εὐθέτους, πρὸς δὲ τούτοις πανηγυρικοὺς, ἐρωτικοὺς, ἐπιστολικοὺς,
τῶν μὲν ἔμπροσθεν γεγενημένων ῥητόρων, ἢ κατὰ τὸν αὐτὸν χρό-
νον ἀκμασάντων ἠφάνισε τὰς δόξας· τῶν δὲ ἐπιγενομένων οὐ
πολλοῖς τισὶ κατέλιπεν ὑπερβολὴν, ἅτ' ἐν ἁπάσαις ταῖς ἰδέαις τῶν

* Præter Hudsonianos nonnulli alii Codd. MSS. in quibus exaratur luculentissimum hoc de Lysia testimonium, puta in Laurentiana bibliotheca unus (LXX. 19.), in Palatino-Vaticana alter (CXXXIV. 4.), Plutarcho id. per errorem assignant. Nescio, unde desumptæ sunt Variæ Lectiones, quas in Editione Rhetorum Aldina suppeditavit Bibliotheca Regia Cantabrigiensis. TAYLOR.

ά. Θουρίους] Hæc urbs olim fuerat appellata Sybaris. de qua v. Dionys. Alex. p. 61. ed. Rob. Steph. Eam funditus eversam a Crotoniatis docet ad h. l. Eustathius, qui de colonia Græciæ hæc habet: ὕστερον δὲ τῆς πόλεως συνοικισθείσης ὑπὸ Ἀθηναίων καὶ ἄλλων Ἑλλήνων, Θούριοι προσηγορεύθησαν ἀπὸ κρήνης τινὸς ὁμωνύμου. et paulo post: ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ Θούριον, ὡς εἴρηται, μετωνόμασαν. καί ἐστιν ἡ εἰς Θούριον ἀποικία πολλὴ ἐν ταῖς ἱστορίαις. Vide etiam de hac Colonia Meursium de fortuna Athen. p. 44, 45. Postea multi in illam urbem contulerunt se securitatis causa. quod de Alcibiade Nepos VII. 4. 4. dicit, et de aliis Andocides contra Alcibiadem p. 30. v. 29. ed. Steph. τοιγάρτοι διὰ ταῦτα (propter tributum imperatum ab Alcibiade), πολλοὶ τὴν πατρίδα τὴν αὐτῶν ἀπολιπόντες, φυγάδες γίγνονται καὶ ὡς Θουρίους οἰκήσοντες ἔρχονται. MATTHÆI.

λόγων, καὶ μὰ Δί' οὔτοιγε ταῖς φαυλοτάταις εὐδοκιμῶν. τίνι δὲ κέχρηται χαρακτῆρι λόγων, καὶ τίνας ἀρετὰς εἰσενήνεκται, τίνι τε κρείττων ἐστὶ τῶν μετ' αὐτὸν ἀκμασάντων, καὶ πῇ καταδεέστερος, καὶ τί δεῖ λαμβάνειν παρ' αὐτοῦ, νῦν ἤδη πειράσομαι λέγειν.

β'. Καθαρός ἐστι τὴν ἑρμηνείαν πάνυ, καὶ τῆς Ἀττικῆς γλώττης ἄριστος κανών, οὐ τῆς ἀρχαίας, ᾗ κέχρηται Πλάτων καὶ Θουκυδίδης, ἀλλὰ τῆς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐπιχωριαζούσης, ὡς ἔστι τεκμήρασθαι τοῖς τε Ἀνδοκίδου λόγοις καὶ τοῖς Κριτίου, καὶ ἄλλοις συχνοῖς. κατὰ τοῦτο μὲν δὴ τὸ μέρος, ὅπερ ἐστὶ πρῶτον καὶ κυριώτερον ἐν λόγοις, λέγω δὲ, τὸ καθαρεύειν τὴν διάλεκτον, οὐθεὶς τῶν μεταγενεστέρων αὐτὸν ὑπερεβάλετο· ἀλλ' οὐδὲ μιμήσασθαι πολλοὶ δύναμιν ἔσχον, ὅτι μὴ μόνος Ἰσοκράτης. καθαρώτατος δὴ τῶν ἄλλων, μετά γε Λυσίαν, ἐν τοῖς ὀνόμασιν οὗτος ἔμοιγε δοκεῖ γενέσθαι ὁ ἀνήρ. μίαν μὲν δὴ ταύτην ἀρετὴν ἀξίαν ζήλου καὶ μιμήσεως εὑρίσκω παρὰ τῷ ῥήτορι· καὶ παρακελευσαίμην ἂν τοῖς βουλομένοις καθαρῶς γράφειν, ᾗ καὶ λέγειν, ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα ποιεῖσθαι παράδειγμα ταύτης τῆς ἀρετῆς.

γ'. Ἑτέραν δὲ, οὐδὲν ἐλάττω ταύτης, ἣν πολλοὶ μὲν ἐζήλωσαν τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἀκμασάντων, οὐδεὶς δὲ βεβαιότερον ἐπεδείξατο. τίς δ' ἔστιν αὕτη; ἡ διὰ τῶν κυρίων τε καὶ κοινῶν καὶ ἐν μέσῳ κειμένων ὀνομάτων ἐκφέρουσα τὰ νοούμενα. ἥκιστα γὰρ

β'. Τεκμήριον] Τεκμήρασθαι recipiendum videtur. nam τεκμήριον aliam constructionem postulat. IDEM.

Κυριώτερον] Lege κυριώτατον. et ita Sylburg. MARKLAND. Non est repudianda lectio vulgata, quam et hic, et alibi tuentur omnes codices et editiones principes. Sæpe enim diversa εἴδη (gradus) junguntur. Sic Dionysius ed. Sylburg. p. 94. 15. τὰ πρῶτα καὶ κυριώτερα. ubi male Sylburg. contra auctoritatem editionis Mediolanensis, Hag. Ald. 1, 2. Steph. 1, 2. Basil. 1, 2, 3. et Wolf. scripsit κυριώτατα. p. 94. 42. κατασκελὴς καὶ βραδυτέρα. p. 94. 37. τὴν κοινὴν καὶ συνηθεστάτην. MATTH. Non obloquar viro literatissimo. Verum tamen tenendum hoc est, facillime potuisse in hujusmodi causis errores subrepere ex eo, quod librarii Græci consuerunt terminationes comparativorum et superlativorum eadem sigla exprimere. ut sæpissime causæ dubitandi incidant gravissimæ, et testimonia quamvis multarum editionum, quarum omnes posteriores ex una principe derivatæ sunt, quocirca consensus earum omnium non potest nisi pro unico suffragio haberi, contra necessitatem e natura rei et modo loquendi exsistentem nil valeant. REISK.

Μίαν] Id est, πρώτην, quo pacto loqui amant Hebræi et N. F. Scriptores. Sequitur enim, ταύτην δευτέραν τὴν ἀρετὴν, et τρίτην ἀρετὴν ἀποφαίνομαι. TAYLOR.

Ζήλου] Lego ζήλου καὶ μιμήσεως, vel, ζήλου τε καὶ μιμήσεως, ut in Lib. de Thucyd. Idiom. ταῦτα ἄξια ζήλου τε καὶ μιμήσεως ἐφάνη. Sic De Struct. Orat. segm. XXVI. ζήλου καὶ σπουδῆς ἐπιτήδειον τυγχάνειν οἴομαι. MARKLAND.

γ'. Ἑτέραν] Scil. ἀρετὴν εὑρίσκω, quod præcessit, et repeti debet. Sine causa igitur Sylburgius inserere vult verbum ἀποφαίνομαι. IDEM.

Ἥκιστα] Hunc locum respicit Scholiastes Hermogenis p. 478. laudans Dionysium ἐν τῷ περὶ μιμήσεως, quo nomine etiam laudat p. 411. hunc ipsissimum tractatulum Dionysii de vita et scriptis Lysiæ. Scripsit sane Dionysius περὶ τοῦ, τίνας ἄνδρας μιμεῖσθαι δεῖ, ποιητάς τε καὶ φιλοσόφους, ἱστοριογράφους καὶ ῥήτορας. Epist. ad Cn. Pomp. Neque scripsit solummodo, sed edidit: Ἐν τοῖς προεκδοθεῖσι περὶ τῆς μιμήσεως ὑπομνηματισμοῖς. Judic. de Thucyd. init. ubi plura. Hujus operis reliquiæ sunt, quæ legimus de Lysia, ejusque charactere dicendi, de Isocrate, et Isæo. Quicunque enim conferet notitiam, quam de eo opere *imitationis* reliquit Dionysius, cum his commentatiunculis (maxime in initio) reperiet unum esse opus — Ὑπόθεσιν τοῦ λόγου κοινὴν καὶ

ἄν τις εὕροι Λυσίαν τροπικῇ φράσει χρησάμενον. καὶ οὐκ ἐπὶ τούτῳ μόνον ἐπαινεῖν ἄξιον· ἀλλ' ὅτι καὶ περιττὰ καὶ σεμνὰ καὶ μεγάλα φαίνεσθαι τὰ πράγματα ποιεῖ, τοῖς κοινοτάτοις χρώμενος ὀνόμασι, καὶ ποιητικῆς οὐχ ἁπτόμενος κατασκευῆς. τοῖς δὲ προτέροις οὐχ αὕτη ἡ δόξα ἦν· ἀλλ' οἱ βουλόμενοι κόσμον τινὰ προσεῖναι, τοῖς ὅλοις ἐξήλλαττον ἰδιώτην, καὶ κατέφευγον εἰς τὴν ποιητικὴν φράσιν, μεταβολαῖς τε πολλαῖς χρώμενοι καὶ ὑπερβολαῖς, καὶ ταῖς ἄλλαις τροπικαῖς ἰδέαις, ὀνομάτων τε γλωττημα- lxiv
τικῶν καὶ ξένων χρήσει, καὶ τῶν οὐκ εἰωθότων σχηματισμῶν τῇ διαλλαγῇ, καὶ τῇ ἄλλῃ καινολογίᾳ καταπληττόμενοι τὸν ἰδιώτην. δηλοῖ δὲ τοῦτο Γοργίας τε ὁ Λεοντῖνος, ἐν πολλοῖς πάνυ φορτικήν τε καὶ ὑπέρογκον ποιῶν τὴν κατασκευὴν, καὶ οὐ πόρρω διθυράμβων ἔνια φθεγγόμενος, καὶ τῶν ἐκείνου συνουσιαστῶν οἱ περὶ Λικύμνιόν τε καὶ Πῶλον. ἥψατο δὲ καὶ τῶν Ἀθήνησι ῥητόρων ἡ ποιητική τε καὶ τροπικὴ φράσις, ὡς μὲν Τίμαιός φησι, Γοργίου ἄρξαντος, ἡνίκα Ἀθηναῖοι πρεσβεύων κατεπλήξατο τοὺς ἀκούοντας

φιλάνθρωπον καὶ πλεῖστα δυναμένην ὠφελῆσαι λαβάν. ἔστι δὲ ἤδη, τίνες εἰσὶν ἀξιολογώτατοι τῶν ἀρχαίων ῥητόρων τε καὶ συγγραφέων, καὶ τίνες αὐτῶν ἐγένοντο προαιρέσεις τοῦ τε βίου καὶ τοῦ λόγου καὶ τί παρ' ἑκάστῳ δεῖ λαμβάνειν ἢ φυλάττεσθαι. Sed evenit, ut, cum hic Lysiam, ille Isæum, alius alium ex Dionysio exscriberet, divulsa hæc tabulata, ut in naufragia magna nave fatiscente, quænam aut unde essent ignorarentur. TAYLOR.

Ἀπτόμενος] Vel forte ἁπτομένοις, scil. ὀνόμασι. MARKLAND.

Ἀλλ' οἱ βουλόμενοι] Locum sic lego: ἀλλ' οἱ βουλόμενοι κόσμον τινὰ προσθεῖναι τοῖς λόγοις ἐξήλλαττον ἰδιώτην. Τοῖς λόγοις legit Sylburgius etiam ad Dionys. et Victor. ad Aristot. Rhetor. qui habet et τὸν ἰδιώτην, pariter ut Cant., Wolf. ἰδιωτικὴν, nulla necessitate. Dionys. enim in seqq. οὐκ ἐν τῷ διαλλάττειν ἰδιώτην, ἀλλ' ἐν τῷ μιμεῖσθαι, et alibi, τὴν πρὸς ἰδιώτην ἔχειν ὁμοιότητα. TAYLOR. Repete syllabam postremam vocis penultimæ, ἐξήλλαττον τὸν ἰδιώτην, scil. λόγον. sic infra: τὸν δὲ κόσμον οὐκ ἐν τῷ διαλλάττειν τὸν ἰδιώτην, ἀλλ' ἐν τῷ μιμεῖσθαι λαμβάνει. Iterum: ἡ τῆς συνθέσεως τῶν ὀνομάτων ἡδονὴ, μιμουμένη τὸν ἰδιώτην. Diog. Laertius Stilpone: ἦν δὲ ὁ Στίλπων καὶ ἀφελὴς καὶ ἀνεπίπλαστος, πρός τε τὸν ἰδιώτην εὔθετος. vide eundem in Platone, ubi λόγος dividitur in πολιτικὸν, ῥητορικὸν, ἰδιωτικὸν, etc. quem et ἰδιώτην passim appellant Scriptores: ut non opus sit Wolfii τὴν ἰδιωτικήν. MARKLAND. In ed. Roberti Stephani, Ald. et Sylburg. locus sic distinctus legitur: προσεῖναι τοῖς ὅλοις, ἐξήλλαττον ἰδιώτην. Hinc primus Sylburg. legendum censuit τοῖς λόγοις. Sed Henr. Stephanus bene locum distinxit, ut nunc legitur apud Taylorum et Heid., posito commate post ὅλοις. Ergo locus non eget emendatione τοῖς ὅλοις, i. e. διόλου, ὅλως. Sic Diogenes Laert. de Aristotele p. 177. ed. Steph. τοῖς γὰρ ὅλοις φιλοπονώτατος ἐγένετο, et apud alios, v. c. Demosthenem, sæpe sic occurrit. Cæterum scribendum est τὸν ἰδιώτην. Tantum de verbis. De re, v. Aristotel. Rhetor. III. 1. 26, 27. ἐπεὶ δ' οἱ ποιηταὶ λέγοντες εὐήθη, διὰ τὴν λέξιν ἐδόκουν ποιήσασθαι τήνδε τὴν δόξαν, διὰ τοῦτο ποιητικὴ πρώτη ἐγένετο λέξις, οἷον ἡ Γοργίου, καὶ νῦν ἔτι οἱ πολλοὶ τῶν ἀπαιδεύτων τοὺς τοιούτους οἴονται τοὺς τοιούτους διαλέγεσθαι κάλλιστα. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἑτέρα λόγου καὶ ποιήσεως λέξις ἐστί. MATTH.

Ἥψατο δὲ — ἡ ποιητικὴ — φράσις] Pro ἥψαντο δὲ καὶ οἱ Ἀθ. ῥήτορες τῆς ποιητικῆς τε καὶ τροπικῆς φράσεως. ut paulo post, ἥψατο Ἰσοκράτης αὐτῆς. utrumque recte. IDEM.

Ἡνίκα] Dignus est hac de re locus apud Hermogenis Scholiasten p. 6. qui adscribatur, præsertim cum is in paucorum manibus versetur. Γοργίας δέ τις Λεοντῖνος (Λεοντῖν δὲ ἐστι πόλις τῆς Σικελίας) μαθητεύει τῷ σιτίᾳ [lege Τισίᾳ] καὶ μετὰ τὸ μαθεῖν ὑποστρέφει οἴκαδε. εἴπωμεν δὲ καὶ πῶς ἐν Ἀθήναις ἤκμασεν ἡ ῥητορική. γενομένου πολέμου μεταξὺ Λεοντίνων καὶ ἄλλων ἐπιχωρίων, ἐδεήθησαν οἱ Λεοντῖνοι συμμαχίας ἐκ τῶν Ἀθηναίων· καὶ δὴ βουλεύονται, τίνα ὤφελον στεῖλαι ἱκανὸν πρὸς αὐτοὺς, καὶ πέμπουσι τὸν Γοργίαν πρὸς Ἀθηναίους, ὡς εἰδότα τὸ πείθειν. ἐλθόντος δὲ τοῦ Γοργίου εἰς Ἀθήνας, ἐπεδείξατο ἐκεῖ λόγον καὶ εὐδοκίμησε πάνυ, ὥστε, ἡνίκα ἐπεδείξατο λόγον ὁ Γοργίας, ἑορτὴν ἄπρακτον ἐποίουν

ἐν τῇ δημηγορίᾳ· ὡς δὲ τἀληθὲς ἔχει, ὁ καὶ παλαιότερον ἀεὶ θαυμαζόμενος Θουκυδίδης τοὔνομα, δαιμονιώτατος τῶν συγγραφέων, ἐν τε τῷ ἐπιταφίῳ καὶ ἐν ταῖς δημηγορίαις ποιητικῇ κατασκευῇ χρησάμενος, ἐν πολλοῖς ἐξήλλαξε τὴν ἑρμηνείαν εἰς ὄγκον ἅμα καὶ κόσμον ὀνομάτων ἀηθέστερον. Λυσίας δὲ τοιοῦτον οὐδὲν ἤσκησεν (ἐν γοῦν τοῖς σπουδῇ γραφομένοις δικανικοῖς καὶ συμβουλευτικοῖς λόγοις) ποιῆσαι πλὴν εἴ τι μικρὸν ἐν τοῖς πανηγυρικοῖς. περὶ γὰρ τῶν ἐπιστολικῶν αὐτοῦ καὶ ἑταιρικῶν, καὶ τῶν ἄλλων, οὓς μετὰ παιδιᾶς ἔγραψεν, οὐδὲν δέομαι λέγειν. ὁμοίως δὲ τοῖς ἰδιώταις διαλέγεσθαι δοκῶν, πλεῖστον ὅσον ἰδιώτου διαφέρει. καὶ ἐπεὶ ποιητὴς κράτιστος λόγων, λελυμένης ἐκ μέτρου λέξεως, ἰδίαν τινὰ λόγων εὑρηκὼς ἁρμονίαν, ᾗ τὰ ὀνόματα κοσμεῖ τε καὶ ἡδύνει, μηδὲν ἔχοντα ὀγκῶδες μηδὲ φορτικόν. ταύτην δευτέραν τὴν ἀρετὴν κελεύω παρὰ τοῦ ῥήτορος τούτου λαμβάνειν, εἴ τινες ἀξιοῦσι τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ διαλέγεσθαι τρόπον. ἐγένοντο μὲν οὖν πολλοὶ τῆς προαιρέσεως ταύτης ζηλωταί, συγγραφεῖς τε καὶ ῥήτορες· ἔγγιστα δὲ αὐτῆς μετὰ Λυσίαν ἥψατο τῶν πρεσβυτέρων νέος ἐπασκήσας Ἰσοκράτης· καὶ οὐκ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν, προσωτέρω τούτων σκοπῶν, ἑτέρους ῥήτορας ἰσχὺν καὶ δύναμιν τοσαύτην ἐν ὀνόμασι κυρίοις καὶ κοινοῖς ἀποδειξαμένους.

δ'. Τρίτην ἀρετὴν ἀποφαίνομαι περὶ τὸν ἄνδρα τὴν σαφήνειαν, οὐ μόνον τὴν ἐν τοῖς ὀνόμασιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν τοῖς πράγμασιν. ἔστι γάρ τις καὶ πραγματικὴ σαφήνεια, οὐ πολλοῖς γνώριμος. τε-

οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ λαμπάδας τοὺς λόγους αὐτοῦ ἀνάμασαν. κατέσχον δὲ αὐτὸν ἐν Ἀθήναις, τὴν συμμαχίαν πέμψαντες ἐν τῇ Λεοντίνῃ [fort. Λεοντῆ. ἐν autem pro εἰς]. κατ' ἐκεῖνο δὲ καιρῷ [Leg. κατ' ἐκεῖνον δὲ καιρὸν] πολλοὶ τῶν Ἀθηναίων τῶν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ διατριβόντων ἐάσαντες αὐτὴν τὴν φιλοσοφίαν [hæc duo vocabula τὴν φιλοσ. abundant] τὴν ῥητορικὴν ἐπαιδεύοντο. διόπερ φασὶ καὶ Πλάτωνα διαφθονοῦντα ἐπὶ τῷ τοιούτῳ [f. ἐπὶ τούτῳ] ποιῆσαι δὲ Γοργίαν, τὸν διάλογον, ἐν ᾧ πολλὰ κατατρέχει τῆς ῥητορικῆς. Idem.

Ποιῆσαι] Aut delendum hoc voc. est, aut pro ἤσκησεν paulo ante leg. φαίνεται et tum ποιήσας in participio. verum præfero priorem rationem. Reisk.

Ἐπεὶ] Partem ultimam vocis secundæ, πει, ortam puto ex sequenti syllaba ποι. Forte: καὶ ἔστι ποιητὴς κράτιστος λόγων, λελυμένης ἐκ μέτρου λέξεως ἰδίαν τινὰ εὑρηκὼς ἁρμονίαν, etc. Vix enim dubito, quin ultimum istud λόγων ex linea superiori perperam repetitum fuerit. Si Codices addicerent, libenter legerim, καὶ ἔστι πεζῶν ποιητὴς κράτιστος λόγων. Markland. Pro ἐπεὶ leg. videtur ἐστί. reliqua sana sunt. eandem sententiam repetit. Matth. Mihi videtur leg. καί ἐστι ποιητὴς κράτιστος ἐκμέτρου λέξεως. omissis illis λόγων λελυμένης. λέξις ἔκμετρος (uno vocabulo) est dictio metro exsoluta. Reisk.

Ἔχοντα] Malim ἔχουσαν. ut ad ἁρμονίαν redeat, non ad ὀνόματα. Idem.

Ἔγγιστα] Bene hoc conjungitur cum ἥψατο, melius, quam si dixisset ἄριστα. Matth.

Ἐπασκήσας] Ἐπαγμάσας Cant. Non longe a vero. In duas classes distribuit Oratores Græcos Dionysius, ut in hujus operis exordio. Ἔσονται δὲ οἱ μὲν παραλαμβανόμενοι ῥήτορες τρεῖς μὲν ἐκ τῶν πρεσβυτέρων, Λυσίας, Ἰσοκράτης, Ἰσαῖος· τρεῖς δὲ ἐκ τῶν ἐπακμασάντων τούτοις, Δημοσθένης, Ὑπερείδης, Αἰσχίνης. Lego itaque: τῶν πρεσβυτέρων νέος ἐπακμάσας Ἰσοκράτης. Ille enim inter antiquiores natus (Olymp. sc. LXXXVI, 1. Lysiæ inter ætatem et Isæi) utrosque tam Lysiam, quam Isæum vivendo superavit, et paucis diebus post prælium ad Chæroneam commissum obiit, decimo septimo anno ante decessum Demosthenis, annos fere C. natus. Taylor. Bene habet ἐπασκήσας, verum vicina non item. Mihi leg. videtur: ἥψατο τὸ τῶν πρεσβυτέρων ἔθος ἐπασκήσας. perpoliens, emendans. Reisk.

ὅμως δὲ πειράσομαι ὑμᾶς ἐξ ἀρχῆς, ὡς ἂν δύνωμαι δι' ἐλαχίστων διδάξαι. Et similiter, incunte oratione c. Agoratum, p. 449. 7. Ὅθεν οὖν ἡμεῖς τε ῥᾷστα διδάξομεν, καὶ ὑμεῖς μαθήσεσθε, ἐντεῦθεν ὑμῖν ἄρξομαι διηγεῖσθαι. Vix tamen arbitror ita excusanda esse, quæ habet Lysias *de Aristophanis bonis*, init. paria, immo omnino eadem, quæ ante eum scripsit Andocides *de Mysteriis*. Utrumque locum exscribam, cum res sit inlustrior. Nescio tamen, utrum actum agam necne: neque enim Thomasium *de plagio literario* mihi serio id expetenti adhuc oculis usurpare contigit, qui mihi fortasse tota hac dissertatione supersedere potuisset. Αἰτοῦμαι οὖν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες, εὔνοιαν πλείω παρασχέσθαι ἐμοὶ τῷ ἀπολογουμένῳ ἢ τοῖς κατηγόροις· εἰδότας, ὅτι κᾶν ἐξίσου ἀκροᾶσθε, ἀνάγκη τὸν ἀπολογούμενον ἔλαττον ἔχειν. οἱ μὲν γὰρ ἐκ πολλοῦ χρόνου ἐπιβουλεύσαντες καὶ συνθέντες, αὐτοὶ ἄνευ κινδύνων ὄντες τὴν κατηγορίαν ἐποιήσαντο· ἐγὼ δὲ μετὰ δέους καὶ κινδύνου καὶ διαβολῆς τῆς μεγίστης τὴν ἀπολογίαν ποιοῦμαι. εἰκὸς οὖν ὑμᾶς ἐστὶν εὔνοιαν πλείω παρασχέσθαι ἐμοὶ ἢ τοῖς κατηγόροις. ἔτι δὲ καὶ δεινὰ κατηγορήσαντες παραχρῆμα ἐξηλέγχθησαν ψευδόμενοι οὕτω φανερῶς, ὥστε ὑμᾶς πολὺ ἂν ἥδιον δίκην λαβεῖν παρὰ τῶν κατηγόρων, ἢ παρὰ τῶν κατηγορουμένων. οἱ δὲ αὖ μαρτυρήσαντες τὰ ψευδῆ, ἀδίκως ἀνθρώπους ἀπολέσαντες, ἐάλωσαν παρ' ὑμῖν 679
ψευδομαρτυριῶντες, ἡνίκ' οὐδὲν ἦν πλέον τοῖς πεπονθόσιν. ὁπότ' οὖν ἤδη πολλὰ τοιαῦτα γεγένηνται, εἰκὸς ὑμᾶς ἐστὶ μήπω τοὺς τῶν κατηγόρων λόγους πιστοὺς ἡγεῖσθαι. Andocides [p. 3. 9. ed. R.] Αἰτήσομαι οὖν ὑμᾶς δίκαια καὶ ῥᾴδια χαρίσασθαι, ἄνευ ὀργῆς καὶ ἡμῶν ἀκοῦσαι, ὥσπερ τῶν κατηγόρων. ἀνάγκη γὰρ τὸν ἀπολογούμενον, κᾶν ἐξ ἴσου ἀκροᾶσθε, ἔλαττον ἔχειν. οἱ μὲν γὰρ ἐκ πολλοῦ χρόνου ἐπιβουλεύοντες, αὐτοὶ ἄνευ κινδύνων ὄντες, τὴν κατηγορίαν ἐποιήσαντο· ἡμεῖς δὲ ἀγωνιζόμεθα μετὰ δέους καὶ διαβολῆς καὶ κινδύνου μεγίστου. εἰκὸς οὖν ὑμᾶς εὔνοιαν πλείω ἔχειν τοῖς ἀπολογουμένοις. οἶμαι γὰρ πάντας ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι πολλοὶ ἤδη πολλὰ καὶ δεινὰ κατηγορήσαντες παραχρῆμα ἐξηλέγχθησαν ψευδόμενοι οὕτω φανερῶς, ὥστε ὑπὲρ πάντων τῶν πεπραγμένων, μισηθέντες ἀπελθεῖν· οἱ δ' αὖ μαρτυρήσαντες τὰ ψευδῆ, καὶ ἀδίκως ἀπολέσαντες ἀνθρώπους ἐάλωσαν, ἡνίκα οὐδὲν ἦν πλέων τοῖς πεπονθόσιν. ὅτ' οὖν τοιαῦτα πολλὰ γεγένηται, ὡς ἐγὼ ἀκούω, εἰκὸς ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες δικασταί, μήπω τοὺς τῶν κατηγόρων λόγους ἡγεῖσθαι πιστοὺς, πρὶν ἂν καὶ ἡμεῖς εἴπωμεν. Lysias. p. 614, 10. ed. R. Si ex Foro in Scenam transeas, eadem pene rerum facies, et egregia ingeniorum paritas. Athen. l. 1. p. m. 13. Παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων Πίνδαρος ἐπαινεῖ. Εὔβουλος δὲ φησὶ

Ἄτοπόν γε τὸν μὲν οἶνον εὐδοκιμεῖν ἀεὶ
Παρὰ ταῖς ἑταίραις τὸν παλαιὸν, ἄνδρα δὲ
Μὴ τὸν παλαιὸν, ἀλλὰ τὸν νεώτερον.

τὸ αὐτὸ δὲ καὶ Ἄλεξις σχεδὸν ἀπαραλλάκτως, τοῦ σφόδρα μόνου κειμένου ἀντὶ τοῦ ἀεὶ. Idem l. 3. p. m. 42. Ἀντιφάνης μὲν ἐν Βοιωτίᾳ

Α. Καὶ περὶ μὲν ὄψου γ' ἡλίθιον τὸ καὶ λέγειν
Ὥσπερ πρὸς ἀπλήστους· ἀλλὰ ταὐτὶ λάμβανε
Πάρθενε τὰ μῆλα. Β. Καλά γε. Α. Καλὰ δῆτ' ὦ θεοί.
Νεωστὶ γὰρ τὸ σπέρμα τοῦτ' ἀφιγμένον
Εἰς τὰς Ἀθήνας ἐστὶ παρὰ τοῦ βασιλέως.
Β. Παρ' Ἑσπερίδων ᾤμην γε νὴ τὸν Φωσφόρον.
Φασὶν τὰ χρυσᾶ μῆλα ταῦτ' εἶναι τρία
Μόν'. Α. Ἔστιν ὀλίγον τὸ καλὸν, ἔστι πανταχοῦ
Καὶ τίμιον.

Ἔριφος δ' ἐν Μελιβοίᾳ αὐτὰ τὰ ἰαμβεῖα προσθεὶς ὡς ἴδια, τὰ τοῦ Ἀντιφάνους ἐπιφέρει

Παρ' Ἑσπερίδων ᾤμην γε νὴ τὴν Ἄρτεμιν.
Φασὶν τὰ χρυσᾶ μῆλα τουτ' εἶναι τρία
Μόν'. Β. Ἔστιν ὀλίγον τὸ καλὸν, ἔστι πανταχοῦ
Καὶ τίμιον· τούτων μὲν ὀβολὸν οὐ πολὺ
Τίθημι, λογιοῦμαι γὰρ — et quæ sequuntur.

Ubi nimirum voces τὰ τοῦ Ἀντιφάνους credo olim margini a lectore quodam fuisse adlitas e regione *Antiphanis* Iamborum, quos Eriphus suæ fabulæ inseruit. Quid enim in textu Athenæi potuere, nondum video. Pari passu ambulant Æschylus apud Athen. l. 1. p. m. 9.

Ὅδ' ἐστὶν ὅς ποτ' ἀμφ' ἐμοὶ βέλος
Γελωτοποιὸν, τὴν κάκοσμον οὐράνην
Ἔῤῥιψεν οὐδ' ἥμαρτε· περὶ δ' ἐμῷ κάρα
Πληγεῖσ' ἐναυάγησεν ὀστρακουμένη
Χωρὶς μυρηρῶν τευχέων πνέουσ' ἐμοί.

et Sophocles ibid.

Ἀλλ' ἀμφὶ θυμῷ τὴν κάκοσμον οὐράνην
Ἔῤῥιψεν οὐδ' ἥμαρτε· περὶ δ' ἐμῷ κάρα
Κατάγνυται τὸ τεῦχος οὐ μύρου πνέον.

Eadem porro ratione Theophilus in Neoptolemo:

Οὐ συμφέρον νέα ἐστὶ πρεσβύτῃ γυνή.
Ὥσπερ γὰρ ἄκατος οὐδὲ μικρὸν πείθεται
Ἑνὶ πηδαλίῳ, τὸ πεῖσμ' ἀποῤῥήξασα δὲ
Ἐκ νυκτὸς ἕτερον λιμέν' ἔχουσ' ἐξευρέθη.

quæ iisdem pene verbis ante eum Theognis.

Οὗτοι συμφέρον ἐστὶ γυνὴ νέα ἀνδρὶ γέροντι·
Οὐ γὰρ πηδαλίῳ πείθεται ὡς ἄκατος,
Οὐδ' ἄγκυραν ἔχουσιν· ἀποῤῥήξασα δὲ δεσμὰ
Πολλάκις ἐκ νυκτῶν ἄλλον ἔχει λιμένα.

Pro συμφέρον legit χρήσιμον Clemens Alexandrinus Strom. l. 6. quem librum, uti et Euseb. Præparat. Evang. l. 10. adeat, qui τὸ εὐεπίφορον εἰς κλοπὴν τῶν Ἑλλήνων penitius inspicere velit. Plena est eorum messis: ego spicas tantum colligo. Ex Antiquis etiam olim de furto literario scripsere Alcæus de Ephori furtis, non quidem ad normam historiæ conscribendæ, sed per parœdiam. Aretades, cujus opus laudatur a Porphyr. apud Eusebium Præp. Evangel. l. 10. περὶ συνεμπτώσεως, sive de fortuita Auctorum convenientia. Aristophanes Grammaticus ἐν ταῖς παραλλήλοιν Μενάνδρου τε καὶ ἀφ' ὧν ἔκλεψεν ἐκλογαῖς. Latinus (vel juxta quosdam Cratinus) in libris IV. περὶ τῶν οὐκ ἰδίων Μενάνδρου. Lysimachus in libris II. περὶ τῆς Ἐφόρου κλοπῆς. Philostratus Alexandrinus περὶ τῆς τοῦ Σοφοκλέους κλοπῆς. Pollio, qui librum de Herodoti furto conscripsit, itemque Epistolam ad Soterindam de Ctesiæ plagiis, et libri, cui nomen inditum est Ἰχνευταὶ, ubi de Theopompo multa leguntur.

CAP. III.

Orationes Funebres Antiquorum, *sc.* Platonis, Periclis, Lysiæ, Hyperidis, Isocratis, 660
Demosthenis, et Archini. Emendantur Gellius, Suidas non semel, et Dionysius Halicarnassensis: locus porro Aristotelis vindicatur contra παραδιόρθωτας quosdam. Isocrates junior orationem funebrem habuit. Νεθείεται oratio funebris Demosthenis. Emendatur non uno in loco. Ordo tribuum Atheniensium. Emendatur Menander Rhetor. Elegans Marmor in Museo Carpineo. Inusitatæ Latinitatis exempla. Rapsata. Propugnatricem periculorum. Aristides insigni medela mactus.

Adhuc in ferali hoc argumento moramur, et Antiquorum luctui, si Lectori non ingratum fore videbitur, destinavimus schedas quoque proximas. Eorum ex epitaphiis sermonibus ætatem maximam tulerunt Platonis Menexenus, Periclis oratio quam immortalitati consecravit Thucydides I. 2. Lysiæ et Hyperidis. Ἔχομεν (ait auctor ex recentioribus) Πλάτωνος καὶ Θουκυδίδου, καὶ Ὑπερίδου καὶ Λυσίου τοὺς ἐπιταφίους. Theo. c. 2. Sola ex his ad nos non περιῆλθεν Hyperidis, quam laudant Diodor. Sic. I. 18. Plutarch. in vit. Dionys. Halic. in arte c. 6. Longinus §. 34. Harpocrat. in Πύλαι, ceterique. Ejus fragmentum pulcherrimum conservavit Stobæus, quod hic repræsentavimus. Χαλεπὸν μὲν ἴσως ἐστὶ τοὺς ἐν τοῖς τοιούτοις ὄνταις πάθεσι παραμυθεῖσθαι· τὰ γὰρ πένθη οὔτε λόγῳ οὔτε νόμῳ κοιμίζεται· ἀλλ' ἡ φύσις ἑκάστου καὶ φιλία πρὸς τὸν τελευτήσαντα ὁρισμὸν ἔχει τοῦ λυπεῖσθαι. ὅμως δὲ χρὴ θαρρεῖν, καὶ τῆς λύπης παραινεῖν εἰς τὸ ἐνδεχόμενον· καὶ μεμνῆσθαι μὴ μόνον τοῦ θανάτου τῶν τετελευτηκότων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρετῆς, ἧς καταλελοίπασιν. οὐ γὰρ θρήνων ἄξια πεπόνθασιν, ἀλλ' ἐπαίνων μεγάλων πεποιήκασιν. εἰ δὲ γήρως θνητοῦ μὴ μετέσχον, ἀλλ' εὐδοξίαν ἀκήρατον εἰλήφασιν, εὐδαίμονές τε γεγόνασι κατὰ πάντα. ὅσοι μὲν γὰρ αὐτῶν ἄπαιδες τετελευτήκασι, οἱ παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἔπαινοι παῖδες αὐτῶν ἀθάνατοι ἔσονται· ὅσοι δὲ παῖδας καταλελοίπασιν, ἡ τῆς πατρίδος εὔνοια ἐπίτροπος αὐτοῖς τῶν παίδων καταστήσεται. πρὸς δὲ τούτοις, εἰ μέν ἐστι τὸ ἀποθανεῖν ὅμοιον τῷ μὴ γενέσθαι, ἀπηλλαγμένοι εἰσὶ νόσων καὶ λύπης, καὶ τῶν ἄλλων τῶν προσπιπτόντων εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον. εἰ δ' ἔστιν αἴσθησις ἐν ᾅδου καὶ ἐπιμέλεια παρὰ τοῦ δαιμονίου, ὥσπερ ὑπολαμβάνομεν, εἴη τοὺς ταῖς τιμαῖς τῶν θεῶν καταλυομέναις βοηθήσαντας πλείστης εὐδαιμονίας ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τυγχάνειν. Serm. CXXIII. Quoniam autem de Isocratis funebri oratione nonnulla ab Antiquis memoriæ prodantur; atque etiamnum exstet, quæ Demostheni a quibusdam attribuitur, de iis nonnulla, sed breviter et succincte. Isocratem ἐν Ἐπιταφίῳ (ita enim, non Σωκράτην, quibusdam legere placet magis) laudat Aristoteles Rhetor. I. 9. et III. 14. Quæ si valeat conjectura, intelligendus est Aristoteles de oratione, quam in funere Mausoli Cariæ regis habuit Isocrates, confirmante Gellio. X. 18. "Id monumentum Artemisia quum Diis Manibus Mausoli dicaret, ἀγῶνα laudibus ejus dicendis facit, ponitque præmia pecuniæ aliarumque rerum bonarum amplissima. Ad eas laudis decertandas venisse dicuntur viri nobiles ingenio atque lingua præstabili, Theopompus, Theodectes, Naucrites (rescribe Naucrates). Sunt etiam, qui Isocratem ipsum cum iis certavisse

memoriæ mandaverint, sed eo certamine vicisse Theopompum judicatum est." Adjungendus quoque Plutarchus in Isocrate. Ἠγωνίσατο δὲ καὶ τὸν ἐπὶ Μαυσώλῳ τεθέντα ὑπὸ Ἀρτεμισίας ἀγῶνα· τὸ δὲ ἐγκώμιον οὐ σώζεται. Sunt hæc tamen omnia dubiæ fidei, præsertim cum Gellius (Plutarchi enim auctoritatem non moror) tam timide de ea re scripserit. Accedit, quod vox Σωκράτης in loco Aristotelis, non Ἰσοκράτης, retinenda est. Verba enim, quæ ibi philosophus adducit, sunt Socratis, sive Platonis, in Menexeno. Suidas porro, aliquando utilissimus Auctor, juniori cuidam Isocrati Apolloniati eam orationem assignat, quam Gellius memorat. Οὗτος δὲ Ἰσοκράτης καὶ Θεοδέκτῳ (lege Θεοδέκτῃ) τῷ ῥήτορι καὶ τραγῳδιοποιῷ καὶ Θεοπόμπῳ τῷ Χίῳ ἅμα τῶ Ἐρυθραίῳ Ναυκρατίτῃ (vel potius Ναυκράτῃ, ut alibi recte) διηγωνίσατο περὶ λόγων εἰς τὸν Ἐπιτάφιον Μαυσώλου τοῦ Καρὸς, βασιλέως Ἁλικαρνασσοῦ. Confer eundem in v. Θεοδέκτης. Dionysius
681 denique Halicarnassensis, qui Art. Rhetor. c. 6. Thucydidem, Platonem, Lysiam, Hyperidem, Demosthenem, adeoque ipsum Naucratem Isocratis discipulum (ita enim legerem καὶ ὁ τοῦ Ἰσοκράτους, non Σωκράτους, ἑταῖρος Ναυκράτης, Vid. Cic. 1. de Orat. 23. 244. Orat. 51.), auctores funebrium Orationum recenset, vix, credo, Isocratem prætermisisset, si aliqua de ea re constans valuisset opinio. Si desit quod addam, credibilius est longe, quaternos Isocratis discipulos (nam ex eodem ludo sive officina dicendi exierunt Theopompus, Theodectes, Naucrates et Isocrates Apolloniates) inter se ingenii et eloquentiæ laudibus concertasse, quam consummatissimum Magistrum, qui vocis auctoritate et *forensi luce* semper fere *caruisse* dicitur, ad puerilem pene æmulationem descendisse cum iis, quos ipse informaverat. Eam in Isocrate dicendi infrequentiam testatur Cicero, cujus pene verbis utor, et Photius Cod. CCLX. Οὗτος [Isocrates] πρὸς τὸν διαπυνθανόμενον διὰ τί μὴ δυνατὸς ὢν δημηγορεῖν ἄλλους ποιεῖ δημηγόρους, ὅτι καὶ αἱ ἀκόναι, ἔφη, αὐταὶ μὲν τέμνειν οὐ δύνανται, τὸν δὲ σίδηρον τμητικὸν ποιοῦσι. Porphyrius tamen apud Eusebium Præpar. Evangel. l. 10. scribit solitum fuisse gloriari Theopompum, præceptorem a se superari. Mitto Isocratis ἐπιτάφιον λόγον, quem in honorem Evagoræ habuit, cum non sit publici instituti, neque ex eo genere laudationum Græcarum, quas in hoc loco pertractari velim, eademque de causa, quem in honorem Hermiæ composuit Aristoteles, ut liquet ex Athenæo l. 15. Conscripsisse orationem funebrem in eos, qui ad Chæroneam in prœlio ceciderunt Demosthenem τὸν πάνυ, et ex Plutarcho liquet, et ex Demosthenis etiam ipsius auctoritate abunde confirmatur. Intercidit vero, neque ea, quæ in Editis Demosthenis orationibus locum XXIIdum occupat, tanto nomini temere est adscribenda. Eam confodit olim Dionysius Halicarnassensis, Libanius et Photius, ceterique judices acutissimi: φορτικὸς καὶ κενὸς καὶ παιδαριώδης Ἐπιτάφιος Dionysio dicitur, qui meam fidem non ægre impetrabit. Verum ne auctoritate magis duci, quam veris vinci videamur, excitemus ex suis latebris Sophistam,

"Namque hoc inclusi ligno occultantur Achivi."

In orationis aditu, vix rota currente; Ὁμοίως μέντοι διαλεχθῆναι τοῖς πρότερόν ποτε εἰρηκόσιν ἐνθάδ' εἶναι μοι δοκεῖ. Itane? Δοκεῖ μοι εἶναι διαλεχθῆναι. Sed ne me nimis inclementem dixeris, aut eas pœnas ab Au-

ctore petere, quas Librarius debeat, locum ita emendari posse concedam: Ὁμοίως μέντοι διαλεχθῆναι τοῖς πρότερόν ποτε εἰρηκόσιν ἐνθάδε δεῖν ἐμοὶ δοκεῖ. Sequitur autem: Μόνοι γὰρ πάντων ἀνθρώπων ἐξ ἧσπερ ἔφυσαν ταύτην (l. ταὐτὴν) ᾤκησαν, καὶ τοῖς ἐξ αὐτῶν παρέδωκαν. ὥστε δικαίως ἄν τις ὑπολάβοι τοὺς μὲν εἰς τὰς ἐπήλυδας ἐλθόντας πόλεις, καὶ τούτων πολίτας προσαγορευομένους ὁμοίους εἶναι τοῖς εἰσποιητοῖς τῶν παίδων· τούτους δὲ γνησίους γόνῳ τῆς πατρίδος πολίτας εἶναι. Scitum est istud ἐπήλυδας πόλεις, vix Tyrone in literis Græcis, nedum Demosthene, dignum. Hesych. Ἐπήλυδας, νεωστὶ ἐλθόντας ἐξ ἑτέρας γῆς, ἐπιλεκτοὺς, ἢ οὐκ ἰθαγενεῖς. Recte sane, neque enim Civitates, in quas migramus, verum nos, qui commigramus ipsi, jure Ἐπήλυδες vocamur. Porro autem non leviter contra historiam suæ gentis peccat. Ἐρεχθέα ἕνεκα τοῦ σῶσαι τὴν χώραν, τὰς αὐτοῦ παῖδας, ἃς Ὑακινθίδας καλοῦσιν, εἰς προὔπτον θάνατον δόντα ἀναλῶσαι. Si ocium esset, quærerem, quid dixerit, qui dixit ἀναλῶσαι θυγατέρας, verum cum illud non habeam nimium, moneo tantum cespitavisse bonum hominem, qui duas historias ridicule contaminaverit, neque enim Hyacinthidas vocari Erechthei, sed *Hyacinthi* Lacedæmonii filias, qui ob simile factum cum Erechtheo nobilitatur. Sequitur: Ἐμέμνηντο Ἀκαμαντίδαι τῶν ἐπῶν, ἐν οἷς Ὅμηρος ἕνεκα τῆς μητρός φησιν Αἴθρας Ἀκάμαντα εἰς Τροίαν στεῖλαι. Id quod Homerus salva historia meminisse non potuit. Æthra enim Thesei erat mater, Acamantis autem *avia*. Noster tamen, ne oscitantia sua lectorem lateret, iterum ἀνιστορησίαν inculcat: Ὁ μὲν οὖν παντὸς ἐπειρᾶτο κινδύνου, τοῦ σῶσαι τὴν ἑαυτοῦ μητέρα ἕνεκα. Homerus interea de Acamante, nedum de hoc facto, ne unum quidem verbum. Quin et vero simillimum est Æthram ipsam Trojæ non fuisse. Istum enim στίχον Iliad. Γ. 144.

Αἴθρην Πιτθῆος θύγατρα, Κλυμένην τε βοῶπιν,

obelo notaverunt olim, ut videre est apud Plutarch. in Theseo: et Eustathius versum, si genuinus esset, de Æthra Thesei matre dici posse negat. In *Tribuum* recensione, quæ orationem claudit, indistincte καὶ ὡς ἔτυχε, facta, indicia sunt maxima nugacissimi Imitatoris. Nescivit ille Atheniensium fuisse morem, ut Tribuum nomina uno et perpetuo ordine citarent. Eum ordinem, contra ac noster simius, conservarunt Antiqui. Ex Polluce sic se habet, VIII. 9.

ΕΡΕΧΘΙΣ.	ΑΝΤΙΟΧΙΣ.
ΚΕΚΡΟΠΙΣ.	ΛΕΟΝΤΙΣ.
ΑΙΓΗΙΣ.	ΟΙΝΗΙΣ.
ΠΑΝΔΙΟΝΙΣ.	ΙΠΠΟΘΟΩΝΤΙΣ.
ΑΚΑΜΑΝΤΙΣ.	ΑΙΑΝΤΙΣ.

In bello eadem fuit τάξις, ut credibile est ex his locis Herodoti et Plu- 682
tarchi inter se collatis. Τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρεος ἡγέετο ὁ πολέμαρχος Καλλίμαχος· ὁ γὰρ νόμος εἶχε οὕτω τοῖσι Ἀθηναίοισι, τὸν πολέμαρχον ἔχειν κέρας τὸ δεξιόν· ἡγεομένου δὲ τούτου, ἐξεδέκοντο ὡς ἀριθμέονται αἱ φυλαί, ἐχόμεναι ἀλλήλων. Herodot. Erat. 111. Jam quid velit ὡς ἀριθμέονται, ni certam habuissent domi et *legitimam* quasi seriem Tribuum numerandarum? Πλεῖστον χρόνον ἀντερεισάντων κατὰ Λεοντίδα καὶ Ἀντιοχίδα φυλὴν ἠγωνίσαντο λαμπρῶς τεταγμένοι παρ' ἀλλήλους ὅ, τε Θεμιστοκλῆς καὶ ὁ Ἀριστείδης· ὁ μὲν γὰρ Λεοντίδης ἦν, ὁ δ' Ἀντιοχίδης. Plutarch. in Aristide. Multa præterea contra puritatem Atticam dicta, multa invenuste opposita prudens omitto. Et quanquam insit numero-

rum quidam flexus, qui auris percellit, quanquam suis locis tota oratio non inconcinne sit instructa, id quod elaborare maxime soleant Sophistarum filii, ille tamen

"Demens, qui nimbos et non imitabile fulmen."

Fuit Archinus quidam Atheniensis, qui λόγον ἐπιτάφιον scripsit, teste Platone in Menexeno, atque etiam Photio Cod. CCLX. Τάχα δ' ἄν τις καὶ αὐτὸν [Isocratem] αἰτιάσαιτο κλοπῆς, ἐξ ὧν ἐν τῷ πανηγυρικῷ λόγῳ αὐτοῦ πολλὰ τῶν κατὰ τοὺς ἐπιταφίους λόγους εἰρημένων Ἀρχίνῳ τε καὶ Θουκυδίδῃ καὶ Λυσίᾳ ὑπεβάλετο. Jam si harum Orationum originem quæras, ab initio fere Reip. Atheniensis *morem* invaluisse video, ut *in concione, populari oratione eos laudarent, qui in prœlio sint interfecti*, eamque laudandi consuetudinem ita *probari, ut quotannis illa die recitari* orationem *necesse* fuerit. Cic. 1. de Orat. Adjunge Menandrum Rhetorem, περὶ Ἐπιταφίου. Λέγεται παρ' Ἀθηναίοις Ἐπιτάφιος, ὁ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἐπὶ τοῖς πεπτωκόσιν ἐν τοῖς πολέμοις λεγόμενος λόγος. Pergit: Οὓς γὰρ ἂν εἶπεν ὁ Πολέμαρχος, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο (l. τούτῳ) τὸ τῆς τιμῆς ἀποδίδοται παρ' Ἀθηναίοις. Utrum genus illud dicendi ab Ægyptiis profectum sit necne, qui ad civilem Græcorum vitam excolendam plurimum contulere (ex Ægyptiis certe arcessitum memorat Diodorus Siculus, l. 1.) illud nondum pro comperto habeo; ex omni tamen Græcia Athenis fere solis constitit, et a quibusdam scriptoribus istius populi quodammodo inventum esse perhibetur. Μόνοι δ' ἁπάντων ἀνθρώπων τρία ταῦτ' ἐνομίσατε· τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς πόλεως τελευτησάντων, αὐτῶν μὲν ἐπαίνους ἐπὶ ταῖς ταφαῖς καθ' ἕκαστον ἔτος λέγειν, et quæ sequuntur. Aristid. Atque hæc fuit, ὡς ἐν παρόδῳ, emortualium Orationum apud Atheniensis facies. Ad Romanos deinde ritus ille propagatus et domesticis etiam laudationibus subinde adauctus in tantum accrevit, ut conquerantur Liv. VII. 40. et Cic. de Cl. Orat. 16. "istiusmodi laudationibus historiam Romanam mendosiorem esse factam." Honos ille defunctos quoscunque, si modo genere vel dignitate illustriores fuissent, pro rostris ornandi ad conjunctissimum fere semper deferebatur, licet scribat Quintilianus "pendere frequenter ex publico aliquo officio atque ex S. C. Magistratibus sæpe mandari." Utrumque fortasse verum, ut publicam personam, Consulem puta aut Prætorem, Magistratus: privatam genere conjunctissimus solenni oratione *produceret*. Ita Brutum, qui 1mus Consulatum gessit, laudavit Collega Valerius Publicola, ut fusius in sequentibus: Publius Decius Fil. qui primo Consul de Samnitibus triumphavit, IIII Cos. a Collega Fabio Maximo laudabatur. Aurel. Vict. c. 27. Liv. X. 29. Filium suum laudavit Fabius Maximus. Plutarch. Cic. de Senect. c. 4. Faustum filium Sylla. Appian. B. Civil. L. Metellum patrem Q. Metellus. Plin. VII. 43. Allato in forum corpore Appii, non Xviri, sed alterius, adiens filius Coss. et Tribunum postulavit congregari sibi legitimam concionem, ut *more Romano* de patre oraticnem haberet. ex Liv. l. 2. et Dion. Halic. l. 9. Octavius Drusum nepotem. Sueton. in Claud. c. 2. Marcellum itidem, si fides sit Servio ad 1. Æn. 716. Alios alii, de quibus nunc dicendi neque tempus esse video, neque, si tempus superesset, a me, ut dicatur, exspectari. In Municipiis nemo fere publico funere efferebatur sine laudatione. In agro Cordubensi

SEMPRONIAE. VARILLAE.
HVIC. MELLARIENSES.
LOCVM. SEPVLTVRAE.
FVNERIS. IMPENSAM.
STATVAM. LAVDATIONEM.
DECREVERE.
SEMPRONIA. VARILLA. F.
HONORE. ACCEPTO.
IMPENSA. REMISSA.
PIISSVMAE. MATRI.
POSVIT.

Gruter, cccclxvi. 9.

Carpii in Hispan. 683

C. SEMPRONIO. SPERATO. FLAMINI. DIVORVM.
AVGG. PROVINCIAE. BOETICAE.
IMP. NERVA. TRAIANO. CAES. AVG. GERM. III.
VICERIO. ALAIRANO. ET. L. MARCIO. POSTVMO. COSS.

HIC. PROVINCIAE. BOETICAE. CONSENSV. FLAMINIS.
MVNVS. EST. CONSEQVVT. PERACTO. HONORE.
FLAMIN. ET. FECIALI. OMNIVM. CONCIL. ET.
CONSENSVS. STATVAM. DECREVIT. HVIC. ORDO.
MELLARIENSIS. DECREVERVNT. SEPVLT.
IMPENS. FVNERIS. LAVD. STATVAS. EQUESTRES. DVAS.

VENVSTA. VXOR. HONORE. ACCEPT. IMP. REMISSA.
P.

Gruter, cccxxi. 10.

Ibid.

D. M. S.
L. ACILIVS. L. F. GAL. BARBA. II. VIR.
VIXIT. ANN. LXIII.
ACILIA. L. F. LEPIDINA. N. ME. VI.
L. ACILIVS. L. F. GAL. TERENTIANVS. II. VIR. ANN. LVI.
CORNELIAE. G. F. LEPIDINAE. ANNOR. LX. L. VXORI.
INDVLGENTISSIMAE. MARITVS. PIISSIMVS. FLAMINIC.
M. S. D. D. FVNERVM. INPENSAS. LAVDATIO
NES. LOCA. SEPVLTVRAE. STATVAS. D.
H. S. S. SS. V. T. L.

Gruter, cccxliii. 3.

Primus apud Romanos mortuo Collega Bruto, supremas ejus laudes oratione prosecutus est Publicola, ut liquet ex Liv. II. 7. Aurel. Victor. de viris illustribus c. 10. Plutarcho in vita. Ἀπεδέξαντο δὲ τοῦ Οὐαλερίου καὶ τὰς εἰς τὸν συνάρχοντα τιμὰς, αἷς ἐκκομιζόμενον καὶ θαπτόμενον ἐκόσμησε· καὶ λόγον ἐπ' αὐτῷ διεξῆλθεν ἐπιτάφιον, ὃς οὕτως ὑπὸ Ῥωμαίων ἠγαπήθη καὶ τοσαύτην ἔσχε χάριν, ὥστε πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ μεγάλοις ὑπάρχειν ἐξ ἐκείνου τελευτήσασιν ὑπὸ τῶν ἀρίστων ἐγκωμιάζεσθαι. λέγεται δὲ καὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιταφίων ἐκεῖνος γενέσθαι πρεσβύτερος, εἴγε μὴ καὶ τοῦτο Σόλωνός ἐστιν, ὡς Ἀναξιμένης ὁ ῥήτωρ ἱστόρηκεν. Romanis quoque inventum attribuit Dionys. Halic. Antiq. Rom. V. 17. Ὀψὲ γάρ ποτε Ἀθηναῖοι προσέθησαν τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον τῷ νόμῳ, εἶτ' ἀπὸ τῶν ἐν Ἀρτε-

μισίῳ καὶ περὶ Σαλαμῖνι καὶ ἐν Πλαταιαῖς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανόντων ἀρξάμενοι, εἶτ' ἀπὸ τῶν περὶ Μαραθῶνα ἔργων. ubi videas plura. In Concionibus Romanis duo sunt præcipue notanda, quod cito in tantum crevit laudandi hæc cupido, ut ab Augusti temporibus laudationes fierent duplices. Imperator ille sororem Octaviam in sacrario Iulio, Drusus pro rostris solenni oratione prosecutus est: Imperatorem mortuum laudarunt Tiberius et Drusus, ille pro æde Divi Iulii, hic pro rostris. Dio. Suetonius. Pium Antoninum M. Antoninus et L. Verus pro rostris uterque. Capitolin. in M. Antonino: Alterum est, quod, quamvis ab initio virorum tantum gesta, nunquam mulieres laudare mos fuisset, quia tamen Camilli temporibus Matronæ Romanæ, quum in publico deesset, aurum contulere, quo se Romani a Gallis redimere possent, ut sacro auro abstineretur, cautum fuit S. C. ut ob præclarum hoc facinus (quod tamen Plutarch. in Camillo aliter narrat, ego Livium sequor V. 50.) earum in funeribus, sicut in virorum, solennis laudatio haberetur. Primus itaque Popiliam matrem laudavit Crassus filius. Ita Alexand. ab Alexandro IV. 8. nescio tamen, quo animo vel auctoritate. Porciam Catonis sororem, Domitii Ahenobarbi uxorem, Cicero. Vid. 13. ad Attic. 48. (qui ibidem quoque memorat M. Varronis et Lollii laudationem). Amitam suam Juliam, uxoremque Camillam (qui honos tunc primum feminæ ætate juniori persolvebatur, ut Plutarch. in Cæsare), laudavit Julius Cæsar. Plutarch. et Suetonius. Aviam Augustus. Sueton. in Aug. c. 8. Iunia, Cassii uxor, M. Bruti soror, quanquam in testamento, cum ferme cunctos proceres
684 cum honore nominavisset, Cæsarem omisit, id tamen non prohibuit, quo minus laudatione pro rostris ceterisque solennibus funus cohonestaretur. Verba sunt fere Taciti 3. Ann. 76. Exstat apud Fabrettum p. 168. marmor elegantissimum, sed ætatis vicio tertia circiter parte uniuscujusque lineæ consumptum, in quo continetur honestissimum præconium, quod in honorem conjugis defunctæ habuit Civis quidam Romanus, cujus nomen, fortuna et conditio ad nos non descendit. Elegantiam habet maximam, ætatem optimam, et singulare, quod sciam, exemplum continet orationis publicæ marmori saxove concreditæ.*

* * *

685 Tempus hujus orationis indicare videntur mentio Cæsaris Augusti, et pacati orbis, quem ejus opera contigisse satis notum est; nomen item M. Lepidi *conlegæ*, non nostri fortasse, ut intellexit Fabrettus, sed Augusti in IIIviratu. C. denique Cluvii, adfinitate, uti videtur, oratori nostro conjuncti. Caius Cluvius, ubi suam Julio Cæsari probasset fidem, ab eo cum imperio in Galliam fuit missus. Unus erat ex VIIIviris, quibus idem Cæsar, cum in Hispaniam contra Pompeii filios ire maturavit, præfecturam urbis commisit A. V. C. DCCVII, Cæsare tertium Dictatore, quod indicat nummus æreus cum hac inscriptione, CÆSAR DIC*tator* TER*tium* et in parte postica *caius* CLOVI*us* PRÆF*ectus*. Puteolanum fuisse testatur Cic. 13. Epist. 55. quod arguit quoque hæc Inscriptio Puteolis effossa.

[* Exemplar marmoris, e Fabretto exscriptum, quod hic sequitur in Editione Taylorana in 4to, ut minus conveniens nostræ in 8vo, et porro pannum splendentem potius quam utilem, cum Reiskio prætermisimus: in quo enucleando quantum profecerit Taylorus, qui otiatur et scire cupit, facile Fontem ipsum contulerit. Idem dictum velim de tabula ænea ad init. cap. iv.]

C. CLVVIVS. M. F.
IIII VIR.
IVRI. DIC. II VIR. NOLAE.
IIII VIR. QVINQVENNAL.
DE. SVO. FACIVND. COERAVIT.
IDEMQVE. RESTITVIT.
JOVI. O. M. SACR.

Memorabile feminæ facinus et in adversis viri rebus constantiam plane singularem! memorabile etiam istud, quod *partui diffidens, ex alterius conjugio* prudens sciensque *parari* passa sit *fecunditatem; consilium in quibusdam feminis*, raro licet exemplo, conspiciendum, *in illa* tamen *minime admirandum* ceteris *virtutibus conlatum.* Ita enim intelligo et suppleo fatiscens marmor l. 30. Quod ad Latinum sermonem attinet, qui tunc temporis purissimus habebatur, pauca sunt, quæ indigitari volui, lectori meo concoquenda. l. 1. Frustra gloriatur * * *me patriæ redditum a se, nam nisi* Tu, conjux, *parasses, quod servare* me poterat, *inaniter ille opes suas* POLLICERETUR. l. 11. *acerbissimum mihi accidisse* TUA VICE *fatebor.* upon your account. l. 15. *indignum in modum* RAPSATA. l. 31. DOLENS ORBITATE mea l. 35. CONDICIONEM QUÆRERES, non de stupro, sed honestis nuptiis. *Nullum officii genus etiam infame prætermiserat*, condicionibus *etiam* quærendis, *atque arcessendis mulieribus, quas corrumperet.* Sueton. in Aug. c. 63. l. 61. *speculatricem* PROPUGNATRICEM *meorum* PERICULORUM. Magna inusitatæ Latinitatis exempla in tam brevi circuitu verborum, et, quod jure mireris, unicæ fere hæ sunt reliquiæ Romanorum in re funerea eloquentiæ, cum privatarum laudationum et crebra fuisse exemplaria et bene servata necesse est; quoniam unaquæque familia diligentia non mediocri hæc vel quasi monumenta servaret ad usum, si quis ejusdem generis occidisset, vel ornamenta ad dignitatem atque ad memoriam laudum domesticarum. Vergente sæculo plena sunt Ecclesiasticorum Scriptorum monumenta præconiis in funere recitari solitis. Plena etiam Sophistarum, Adriani Tyrii, Himerii, Polemonis, Libanii, etc. Aristidis ἐπιτάφιον in Alexandrum discipulum memorat Magister in v. Φύσις, ni Epistola sit potius S. P.que Cotiæensi, unde genus duxit Alexander, quam Oratio dicenda. Aristides, ipse Epistolam vo- 686
cat, exeunte sermone: ὅπερ ἐν ἀρχῇ τῆς ἐπιστολῆς εἶπον. Rationem magis habet λόγον ἐπιτάφιον alia, quæ in Editis Aristidis campræcedit, in Eteonicum sc. Ἐπικήδειος Cyzici habita. Ea insignissimo mendo liberata finem huic commentatiunculæ imponet. Ποῖος ταῦτα Σιμωνίδης θρηνήσει; τίς Πίνδαρος ποῖον μέλος ἢ λόγον τοιοῦτον ἐξευρών; τίς χορὸς ἄξιον φθέγξεται τοιούτου πάθους, ποία δὲ Δύσηρις Θετταλὴ τοσοῦτο πένθος ἐπένθησεν ἐπ' Ἀντιόχῳ τελευτήσαντι, ὅσον νῦν μητρὶ τῇ τούτου πένθος πρόκειται. In hoc commate quædam intelligo, Simonidem sc. et Pindarum, quorum θρῆνοι ab antiquis laudantur; in quibusdam hæreo, quænam fuit illa Dyseris sive Antiochi mater, sive anus quædam, quæ luctui præfuit: at in his plane cæcutio. Ποῖος Σιμωνίδης — τίς Πίνδαρος — τίς χορός. Nulla vi, nulla facundia a me impetrabis hæc esse sana. Latet omnino in χορος scriptoris cujusdam nomen, cui si adjungas vocem præeuntem, τις, mecum senties esse *Stesichorum.* Ποῖος Σιμωνίδης — τίς Πίνδαρος — τίς Στησίχορος. Alibi IIIviratum istum memorat Aristides. Καὶ Κίοις δὴ Σιμωνίδην, καὶ Στησίχορον Ἱμεραίοις, καὶ Θηβαίοις Πίνδαρον.

CAP. IV.

Amazones. Onatus sive Onasus rerum Amazonicarum scriptor antiquus. Restituitur locus Aristophanis et Apollonii Rhodii. Tollitur gravissimum in Herodoto mendum. Prætorum Atheniensium nomina aliquam multa vindicantur. Emendatur Dionysius Halicarnassensis, Diodorus Siculus, Demosthenes, aliique, Lysias denique, Etym. M. et Cæsar.

De rebus Amazonicis (v. p. 55. ult.) scripsere inter Antiquos Onatus, σχ. Theocrit. XIII. 46. (quem Onasum vocat σχ. Apollonii Rhodii I. 1208. 1237.) atque inter recentiores laudabilem sane commentarium Petrus Petitus. In monumentis Veterum, quæ *populum* istum *mulierum* adhuc nobilitant (cujusmodi sunt nummi Smyrnæorum, Thyatirenorum ceterarumque civitatum juxta Asiæ oram maritimam, Vide Seguin. p. 23. gemmæ quam plurimæ tabulæque antiquæ. Vid. Canin. Iconogr. XVI. Beger. Thesaur. Brandenburg. vol. III. p. 318. Lucernam antiquam apud Licetum, IV. 55. et *ferro* armari et *equis* vehi semper videri volunt: accomodate ad mentem Lysiæ, *μόναι δὲ ὡπλισμέναι σιδήρῳ τῶν περὶ αὐτὰς, πρῶται δὲ πάντων ἐφ' ἵππους ἀναβᾶσαι.* Uti Aristophanes Lysistr. 677.

> Ἢν δ' ἐφ' ἱππικὴν τράπωνται, διαγράψαι τοὺς ἱππέας·
> Ἱππικώτατον γάρ ἐστι χρῆμα κᾆποχον γυνή,
> Κοὐκ ἀναπολεῖσθαι (l. ἀπολισθαίνει) τρέχοντος·
> τὰς δ' Ἀμαζόνας σκόπει,
> Ἃς Μίκων ἔγραψ' ἐφ' ἵππων μαχομένας τοῖς ἀνδράσι.

Hic libentius adderem, quantum lucis imago illa apud Licetum affundat Plutarchi verbis in Theseo: Ὁ δὲ Δοῦρις οὐ ποταμὸν εἶναί φησι τὸν Θερμώ-
687 δοντα, ἀλλ' ἱστάντας τινὰς σκηνὴν καὶ περιορύττοντας, ἀνδριαντίσκιον εὑρεῖν λίθινον, ὑπὸ γραμμάτων τινῶν διασημαινόμενον, ὡς εἴη Θερμώδων ἐν ταῖς ἀγκάλαις Ἀμαζόνα φέρων τετρωμένην: quantum tabula Begeriana Lysiæ: οἷς [equis] ἀνελπίστως, δι' ἀπειρίαν τῶν ἐναντίων ᾤρουν μὲν τοὺς φεύγοντας, ἀπέλειπον δὲ τοὺς διώκοντας. Nemo fere ad laudem Atheniensium accessit, qui bellum Amazonicum resque ab Atheniensibus præclare in eo gestas dissimulavit. Ἔστι δὲ ἡμῖν (inquit dux istius gentis apud Herodot. Calliop. 27.) ἔργον εὖ ἔχον καὶ ἐς Ἀμαζονίδας τὰς ἀποθήκας τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος ποταμοῦ ἐσβαλούσας κοτὲ ἐς γῆν τὴν Ἀττικήν. Quodcunque in corruptissima ista voce ἀποθήκας latet, Gronovii certe τὸ ἀποθήτας non latet. Diu fui in ea sententia, ut locum ita restitueremus: ἐς Ἀμαζονίδας τὰς ἀπὸ Θεμισκύρας τῆς ἐπὶ Θερμώδοντος ποταμοῦ ἐσβαλούσας κοτὲ ἐς γῆν τὴν Ἀττικήν. Nam Herodotus ipse Melpom. 86. Ἐς δὲ Θεμισκύραν τὴν ἐπὶ Θερμώδοντι ποταμῷ ἐκ τῆς Ἰνδικῆς — τριῶν τε ἡμερέων καὶ δύο νυκτῶν πλόον. Strabo quoque l. 11. Τὴν δὲ Θεμισκύραν καὶ τὰ περὶ τὸν Θερμώδοντα πεδία, καὶ τὰ ὑπερκείμενα ὄρη ἅπαντες Ἀμαζόνων καλοῦσι. Pausanias Attic. c. 15. Μόναις δ' ἄρα ταῖς γυναιξὶν οὐκ ἀφῄρει τὰ πταίσματα τὸ εἰς τοὺς κινδύνους ἀφειδὲς, εἴγε Θεμισκύρας τε ἁλούσης ὑπὸ Ἡρακλέους, καὶ ὕστερον φθαρείσης σφίσι τῆς στρατιᾶς, ἣν ἐπ' Ἀθήνας ἔστειλαν, ὅμως ἐς Τροίαν ἦλθον Ἀθηναίοις τε αὐτοῖς μαχούμεναι καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησιν. Apollon. Rhod. I. 297.

> Ἔνθα Θεμισκύριαι (l. Θεμισκύρειαι) Ἀμαζόντες ὡπλίζοντο.

Id. II. 369.

Κεῖθεν δὲ προτέρωσε μέγας καὶ ὑπείροχος ἀγκὼν
Ἐξανέχει γαίης, ἐπὶ δὲ στόμα Θερμώδοντος
Κόλπῳ ἐν εὐδιόωντι Θεμισκύρειον ἐπ' ἄκρην
Μύρεται, εὐρείης διαειμένος ἠπείροιο.
Ἐνθάδε Δοίαντος πεδίον· σχεδόθεν δὲ πόληες
Τρισσαὶ Ἀμαζονίδων· μετὰ δὲ σμυγερώτατοι ἀνδρῶν
Τρηχείην Χάλυβες καὶ ἀτειρέα γαῖαν ἔχουσιν
Ἐργατίναι· τοὶ δ' ἀμφὶ σιδήρεα ἔργα μέλονται.

Lycophr. v. 1327.

Theseus

Σὺν θηρὶ βλώξας τῷ σπάσαντι δῆιας
Μύστῃ Τροπαίας μαστὸν εὔθηλον θεᾶς
Ζωστηροκλέπτης, νεῖκος ὥρινεν διπλοῦν,
Στόρνην τ' ἀμέρσας, καὶ Θεμισκύρας ἄπο
Τὴν τοξοδάμνον νοσφίσας Ὀρθωσίαν.

σχ. ad loc. Θεμίσκυρα, πόλις Παφλαγονίας καὶ Ἀμαζόνων, ἔνθα Θεμισκύρειαι αἱ Ἀμαζόνες λέγονται. Justin. II. 4. "In Cappadociæ ora juxta amnem Thermodonta consederunt, subjectosque Themiscyrios campos occupavere. — Horum uxores — singulare omnium sæculorum exemplum ausæ auxere Rempublicam sine viris." Nec miretur aliquis ἀποθήκας pro ἀπὸ Θεμισκύρας describi potuisse, aut reclamitet non solere librarios *propria nomina* compendifacere. Scio non solere *consilio*, sed *incuria* compendifaciunt. Qui enim fieri potuit, ut pro Δημήτριος Δῆμος, pro Θέσσαλος Θάλλος apud Dionysium Halicarnass. reperiremus? Scholiastes Aristoph. Ran. 33. ait actam fuisse eam fabulam anno post pugnam ad Arginusam, quæ commissa erat ἐπ' Ἀντίνου. Hunc autem Prætorem Atheniensem Historici omnes et auctor adeo Argumenti *Antigenem* vocant. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου Ἄρχοντος τοῦ μετὰ Ἀντιγένους. Quin et ipse σχ. v. 732. τῷ προτέρῳ ἔτει ἐπὶ Ἀντιγένους. Qui Magistratum summum Athenis gessit Olymp. LXXV. 1. ab aliis Calliam, ab aliis Calliadem appellari, olim monui (pag. 470). Jam tempus est, ut moneam *Calliadem* recte scribi. Marmor enim Arundell. ad Olymp. LXXXI. 1. Ἄρχοντος Ἀθήνησιν . . . . . αλλιου τοῦ προτέρου. Quod verum est, cum Callias alter præturam gessit Olymp. XCII. 1. Verum esse non potuit, si is, qui LXXV. 1. gesserat, nominaretur quoque Callias. Quid commercii est inter voces Lysiam et Nausimachum? Archon autem Olymp. LXXXVI. 1. ab aliis Nausimachus, ab aliis Lysimachus, ab aliis denique compendiose *Lysias* appellatur. Quem Olymp. XC. 1. Astyphilum nominant Marmor Arundellianum et Athenæus, Diodorus Siculus mendose, ut opinor, Aristophylum. Et similiter, qui Aristomnestus XCI. 1. Isæo de Philoctetæ heredit. ille Auctori Argum. Av. Aristoph. et Hesych. in Ἑρμοκοπίδαι Arimnestus est. Elpines Archon erat CVI. 1. Diodoro teste et Dionysio in Dinarcho, cod. tamen Dionysio in Lysia erat Elpinices. Unde fortasse restituendus Demosthenes pro Corona: Αὗται ἀπεδόθησαν αἱ μαρτυρίαι ἐπ' Ἐλπινίκου Ἑκατομβαιῶνος τρίτῃ ἱσταμένου. Male hodie ἐπὶ Νικίου. Vel, quoniam ætas aliquantulum obstet, pro Νικίου Νικήτου restituas, qui paulo ante hanc Orationem habitam eo munere fungebatur. Certe Nicias in Fastis Atticis neutiquam comparet. Observabit bonus lector istum Nicetam a Diodoro Niceratum, ab Arriano de expedit.

Alexandri Anicetum dici. Verum ne extra oleas divagari videar, aut ea diligentius curare, quæ minus ad me attinent, ad Lysiam redeo, quem
688 sic limatiorem reddo. p. 197. 1. ed. Steph. Οἱ δὲ νῦν θαπτόμενοι, βοηθήσαντες Κορινθίοις ὑπὸ παλαιῶν φίλων ἀδικουμένοις, κοινοὶ σύμμαχοι γενόμενος. Vegetari oppositionem velim facta unius literulæ mutatione, et reponi καινοί. *Quod a* veteribus *hospitibus auxilium frustra exspectabant Corinthii, id in novis reperere.* In eadem oratione p. 194. 4. οἷος μέγας, καὶ δεινὸς τῇδε τῇ πόλει κίνδυνος ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἠγωνίσθη; Vocem οἷος, quam solicitarunt Codd. MSS. eam auctoritate Aristidis retinui, neque etiamnum pœnitet retinuisse. Οὐ μὴν ἔμελλον αἱ ἀραὶ λήθῃ δοθήσεσθαι· λοιμὸς γὰρ τῇ τῶν Ἐφεσίων πόλει ἐνήκμαζεν οἷος βαρύτατος. Auctor anonymus apud Suidam in v. Ἀραῖς. In proxima p. 97. 9. pro ἡμυνάμην ἑνστὰς, locum ita correxi, ἐπειδὴ δὲ αὐτὸν ἡμυνάμην, ἐκστὰς ἔβαλλέ με λίθοις. Neque pœnitet correxisse. Οὐδεὶς γὰρ ὑπέμεινεν αὐτὸν, οὐδ' εἰς χεῖρας συνῆλθεν, ἀλλ' ἀποστάντες ἔβαλλον ἀκοντίοις καὶ τοξεύμασι. Plutarch. in Alcibiade extr. Inter honores, quos regibus suis Barbari conferre solent, recensentur ab Aristot. Rhetor. I. 5. Προσκυνήσεις, καὶ ἐκστάσεις. A via *declinationes.* Juxta p. 97. 25. Πειραιέως male in textu locum occupat, quam vocem alibi semper ad imam paginam detrusi. Vid. p. 106. 29. Nam qui Atticas locutiones tractant, Mœris et Magister, cum *contractam* formam istiusmodi Genitivorum Atticis placere tradant, *dissolutam* ceteris Græcis, hanc ipsissimam vocem omine non lævo in exemplum adducunt. Eis, quæ a me ad istum locum dicuntur, addas Etymol. M. in v. Πηλεύς. Ἰστέον, ὅτι τὰ εἰς ευς, εἰ μὲν καθαρὸν ἔχει τὸ ε, συναιρεῖται παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, Στειριεὺς, Στειριέως, Στειριῶς, κ. τ. λ. et rursus in Βασιλεύς. Ἰστέον, ὅτι τὰ εἰς ως (lege ευς) ἐὰν μὴ ἔχῃ πρὸ τοῦ ε σύμφωνον, συναιροῦνται παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις· οἷον Ἐρετριεὺς, Ἐρετριέως καὶ Ἐρετριῶς. Πειραιεὺς, Πειραιέως καὶ Πειραιῶς. Ibidem notavi elegantem usum τοῦ πάλιν, et contendi non semper *iteratam* aliquam actionem designare, sed venuste dici posse, pro *invicem, ex opposito.* Ita Plutarchus de fraterno amore: Τοὐναντίον αὖ πάλιν πονηρόν. Ita cultissimus apud Latinos scriptor Cæsar: "Ut ipsi concedi non oporteret, si in nostros finis impetum faceret, sic iterum nos esse iniquos, qui in suo jure se interpellaremus." B. Gall. l. 44. Itaque in illo loco ejusdem Cæsaris initio B. Gall. lib. 4. "Hi centum pagos habere dicuntur: ex quibus quotannis singula millia armatorum, bellandi causa, ex finibus educunt: reliqui, qui domi manserint, se atque illos alunt: Hi rursus invicem anno post in armis sunt: illi domi remanent." In isto, inquam loco vox *invicem*, quæ ex Vossianorum Codd. uno abest, recte quidem mea sententia abest. Sedulus glossator (nam ex ea officina est, et sexcenti fere loci adhuc purissimi istius scriptoris istiusmodi spurcitie contaminantur) cavit pro summa sua diligentia, ne *rursus* minus recte exponeremus, aut inusitatior ejus significatio lectoris aciem effugeret, itaque adlevit *invicem.* Sequitur p. 102. 2. ed. Steph. Ἐκ τῆς πατρίδος ἐκβαλεῖν αὐτὸν ποιοῦνται. Aliquantulum fidei ad locum adstruere satagebam conjecturæ viri ingeniosissimi, ἐκ τῆς πατρίδος ἐκβαλεῖν σπουδὴν ποιοῦνται. Emendationis fidejussores erant Herodotus et Pausanias. Adjunge incertum apud Suid. in Ἀγώνισμα. Ἀγώνισμα, σπουδὴν, ἐπιμέλειαν. Ἀγώνισμα τίθενται συλλαβεῖν αὐτόν. et Herodotum iterum, Erat. 107. Ἐκπεσόντος δὲ ἐς τὴν ψάμμον αὐτοῦ, ἐποιέετο πολλὴν σπουδὴν ἐξευρεῖν.

CAP. V.

Andocides. Percurritur ejus vita. Plutarchus in Andocide sæpius emendatur. Stephanus item Byzantinus et Nepos. Mos Atheniensium. Romanorum. Item alius. Πωρίνου Σελίνου.

Ex Xviratu Oratorum nullum ætate conjunctiorem habuit Lysias, quam Andocidem, quorum utriusque orationes adversariæ ἀσεβείας adhuc servantur. Exstat Nostri pag. editionis Stephan. 103, 17. Andocidis, Edit. Steph. Oratorum Græcorum p. 1. secundi tmematis. Percurram in h. capite vitam Andocidis, tum de fide nonnullorum, quæ illi hodie adsignantur, pauca disputabo, deinde ad cetera pergam. Quæcunque de Andocide prodiderit Plutarchus in libello de vitis X Oratorum, ea tanta fide expresserit Photius, ut hunc ab illo commodato accepisse dixeris. In ea tamen sententia non sum, et judico potius Sophistam, qui Plutarchum simulare voluit, historiarum suarum monumenta, rerumque gesta- 689
rum fidem a Photio emendicare coactum esse, qui solus eo tempore commentarium de vita Oratorum conscriptum habuit. Utcunque cedat ista divinatio, lectori fortasse meo non displicebit, si bigam istam historicam, ut pariter fiat, procurarem. Hem! accipe.

PLUTARCHUS

Tom. Moral. Edit. Græc. Bas. 1574. pag. 448.

Ἀνδοκίδης Λεωγόρου μὲν ἦν πατρὸς, τοῦ θεμένου ποτὲ πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνην Ἀθηναίοις, τὸν δῆμον δὲ Κυδαθήναιος ἢ Θουρεὺς, γένους εὐπατριδῶν, ὡς δὲ Ἑλλάνικος καὶ ἀπὸ Ἕρμοῦ, καθήκει γὰρ εἰς αὐτὸν τὸ Κηρύκων γένος. διὸ καὶ προεχειρίσθη ποτὲ μετὰ Γλαύκωνος, σὺν ναυσὶν εἴκοσι Κερκυραίοις βοηθήσων, διαφερομένοις πρὸς Κορινθίους. μετὰ δὲ ταῦτα αἰτιαθεὶς ἀσεβεῖν, ὡς καὶ αὐτὸς τοὺς Ἑρμᾶς περικόψας, καὶ εἰς τὰ τῆς Δήμητρος ἀμαρτὼν μυστήρια, διὰ τὸ πρότερον ἀκόλαστον ὄντα, νύκτωρ κωμάσαντα, θραῦσαί τι τῶν ἀγαλμάτων τοῦ θεοῦ, καὶ εἰσαγγελθέντα, ἐπειδὴ οὐκ ἠβουλήθη ὧν ἐζήτουν οἱ κατήγοροι δοῦλον ἐκδοῦναι, διαβληθῆναι, καὶ πρὸς τὴν αἰτίαν τῆς δευτέρας γραφῆς ὕποπτον γενέσθαι. ἦν μετ' οὐ πολὺν χρόνον τοῦ ἐπὶ Σικελίαν στόλου συνέβη γενέσθαι, Κορινθίων εἰσπεμψάντων Λεοντίνους τε καὶ Αἰγεσταίους ἄνδρας ἰδίᾳ μελλόντων βοηθεῖν αὐτοῖς τῶν Ἀθηναίων, νύκτωρ τοὺς περὶ τὴν ἀγορὰν Ἑρμᾶς περιέκοψαν, ὡς Κράτιππός φησι. προσαμαρτὼν μυστήρια, κριθείς τε ἐπὶ τούτοις ἀπέφυγεν ἐπὶ τῷ μηνύσειν τοὺς ἀδικοῦντας· σπουδὴν δὲ πᾶσαν ἐνεγκάμενος, ἐξεῦρε τοὺς περὶ τὰ ἱερὰ ἁμαρτάνοντας, ἐν οἷς καὶ τὸν αὐτοῦ πατέρα ἐμήνυσε, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους πάντας ἐλέγξας ἐποίησεν ἀπολέσθαι· τὸν δὲ πατέρα ἐρρύσατο, καίτοι διεδεμένον ἤδη, ὑποσχόμενος πολλὰ λυσιτελήσειν αὐτὸν τῇ πόλει, καὶ οὐκ ἐψεύσατο. ἤλεγξε γὰρ ὁ Λεωγόρας πολλοὺς δημόσια χρήματα σφετεριζομένους, καὶ ἄλλα τινὰ ἀδικοῦντας. καὶ διὰ μὲν ταῦτα ἀφείθη τῆς αἰτίας. εὐδοκιμῶν δὲ ὁ Ἀνδοκίδης ἐπὶ τοῖς πολιτευομένοις, ἐπέθετο ναυκληρίᾳ καὶ τοῖς τε Κυπρίων βασιλεῦσι καὶ πολλοῖς ἄλλοις δοκίμοις ἐπεξενώθη, ὅτε καὶ μίαν τῶν πολιτίδων Ἀριστείδου θυγατέρα ἀνεψιὰν οὖσαν αὐτῷ, λάθρα τῶν οἰκείων ἐξαγαγὼν ἔπεμψε δῶρον τῷ Κυπρίων βασιλεῖ. μέλλων δὲ ἐπὶ τούτοις εἰς δικαστήριον εἰσάγεσθαι, πάλιν αὐτὴν ἐξέκλεψεν ἀπὸ τῆς Κύπρου, καὶ ληφθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐδέθη. διαδρὰς δὲ ἧκεν εἰς τὴν πόλιν, καθ' ὃν χρόνον οἱ τετρακόσιοι διεῖπον τὰ πράγματα, δεθεὶς δὲ ὑπὸ τούτων καὶ διαφυγὼν αὖθις, ὁπότε κατελύθη ἡ ὀλιγαρ-

χία, ἐξέπεσε τῆς πόλεως τῶν $\bar{\lambda}$ τὴν ἀρχὴν παραλαβόντων. οἰκήσας δὲ τὸν τῆς φυγῆς χρόνον ἐν Ἠλίδι, κατελθόντων τῶν περὶ Θρασύβουλον, καὶ αὐτὸς ἧκεν εἰς τὴν πόλιν. πεμφθεὶς δὲ περὶ τῆς εἰρήνης εἰς Λακεδαίμονα, καὶ δόξας ἀδικεῖν ἔφυγε. Δηλοῖ δὲ περὶ πάντων ἐν τοῖς λόγοις οἷς συγγέγραφεν. οἱ μὲν γὰρ ἀπολογουμένου περὶ τῶν μυστηρίων εἰσὶ, οἱ δὲ καθόδου δεομένου· σώζεται δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ περὶ τῆς ἐνδείξεως λόγος, καὶ ἀπολογία πρὸς Φαίακα, καὶ περὶ τῆς εἰρήνης, καὶ ἤκμαζε μὲν κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἅμα Σωκράτει τῷ φιλοσόφῳ. ἄρχει δὲ αὐτῷ τῆς γενέσεως Ὀλυμπιὰς μὲν ἑβδομηκοστὴ ὀγδόη, ἄρχων δὲ Ἀθήνησι Θεογενίδης, ὥστε εἶναι πρεσβύτερον αὐτὸν Λυσίου ἔτεσί που ἑκατόν. Τούτου δὲ ἐπώνυμός ἐστι καὶ Ἑρμῆς ὁ Ἀνδοκίδου καλούμενος, ἀνάθημα μὲν ὢν φυλῆς Αἰγηΐδος, ἐπικληθεὶς δὲ Ἀνδοκίδου διὰ τὸ πλησίον παροικῆσαι τὸν Ἀνδοκίδην. καὶ αὐτὸς δὲ ἐχορήγησε κυκλίῳ χορῷ τῇ αὐτοῦ φυλῇ ἀγωνιζομένῳ διθυράμβῳ, καὶ νικήσας ἀνέθηκε τρίποδα ἐφ' ὑψηλοῦ, ἀντικρὺς τοῦ πωρίνου σελίνου· ἔστι δὲ ἁπλοῦς καὶ ἀκατάσκευος ἐν τοῖς λόγοις, ἀφελής τε καὶ ἀσχημάτιστος.

PHOTIUS

Biblioth. Cod. CCLXI.

Ἀνεγνώσθησαν Ἀνδοκίδου λόγοι $\bar{\delta}$. οὓς τέως εἴδωμεν· ὁ περὶ τῶν μυστηρίων, ὁ περὶ τῆς ἑαυτοῦ καθόδου, ὁ περὶ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης, καὶ τέταρτος ὁ κατὰ Ἀλκιβιάδου. Ἔστι δὲ ἐν τούτοις ὁ ἀνὴρ ἁπλοῦς τε καὶ ἀκατάσκευος, ἀφελείας τε φίλος, καὶ τῷ ἀσχηματίστῳ σχηματιζόμενος. συνακμάσαι δὲ Σωκράτει τῷ φιλοσόφῳ λέγεται, καὶ ἀρχὴν αὐτῷ τῆς γενέσεως γενέσθαι ὀγδόην καὶ ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. παῖς δὲ ἐχρημάτιζε Λεωγόρου, ἐξ εὖ γεγονότων καταγόμενος. Ἑλλάνικος δέ φησι καὶ τῆς πύρρω τῆς γενέσεως ὀχετοὺς ἥκειν εἰς αὐτὸν ἐξ Ἑρμοῦ. αἰτίαν δὲ λαβὼν τοῦ ἀσεβεῖν ἐπὶ τῇ τῶν Ἑρμῶν περικοπῇ, καὶ τῇ τῶν μυστηρίων τῆς Δήμητρος ὕβρει, ἀπέφυγε κριθεὶς ἐπὶ τῷ μηνύσειν τοὺς ἀδικοῦντας· σπουδὴν δὲ πᾶσαν εἰσενεγκάμενος, εὗρε τοὺς εἰς τὰ ἱερὰ ἁμαρτήσαντας, οἷς καὶ τὸν ἑαυτοῦ πατέρα συγκατεμήνυσεν· ἀλλὰ γὰρ τοὺς μὲν ἄλλους πάντας ἐλέγχοις φωράσας ἀπολέσθαι κατεπράξατο, τὸν δὲ πατέρα καίτοι δεδεμένον ἤδη ἐξείλετο ὑποσχόμενος ἐν πολλοῖς αὐτὸν λυσιτελέσι (Steph. λυσιτελῆ. F. λυσιτελήσειν absque γενέσθαι olim scriptum) γενέσθαι τῇ πόλει· καὶ οὐκ ἐψεύσατο. ὁ γὰρ Λεωγόρας πολλοὺς διήλεγξε χρήματα δημόσια νοσφισαμένους, καὶ ἕτερα τοιαῦτα παρανομοῦντας. εὐδοκιμῶν δὲ ἐπὶ τοῖς πολιτεύμασιν ὁ Ἀνδοκίδης ἐπέθετο ναυκληρίαν (l. ναυκληρίᾳ) καὶ τοῖς τε Κυπρίων βασιλεῦσι ξένος ἐγένετο, καὶ πολλοῖς ἄλλοις δοκίμοις, ἡνίκα καὶ θυγατέρα μὲν Ἀριστείδου, ἀνεψιὰν δὲ αὐτοῦ, τῶν οἰκείων ὑπεκκλέψας δῶρον ἔπεμψε τῷ Κυπρίων βασιλεῖ. μέλλων δὲ εἰς δικαστήριον ἐπὶ τῇ κακουργίᾳ εἰσάγεσθαι, πάλιν αὐτὴν ἀπὸ Κύπρου κλέπτει, καὶ ἀλοὺς ὑπὸ τοῦ Κυπρίων βασιλέως, δεσμοῖς παρεδόθη· κἀκεῖθεν δὲ διαδρὰς ἐπεδήμησε τῇ πόλει κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ἡνίκα τοῖς τετρακοσίοις τὰ πολιτικὰ μετεχειρίζετο πράγματα· δεθεὶς δὲ καὶ ὑπὸ τούτων πάλιν διέφυγεν. ἡνίκα δὲ ἡ ὀλιγαρχία κατελύθη, ἐφυγαδεύθη τῆς πόλεως· καὶ ἐν Ἠλίδι τὸν τῆς φυγῆς χρόνον διατρίψας, τῶν περὶ Θρασύβουλον κατεληλυθότων, καὶ αὐτὸς συγκατελήλυθεν· αἱρεθεὶς δὲ περὶ τῆς εἰρήνης εἰς Λακεδαίμονα πρεσβεύειν, καὶ ἀδικεῖν δόξας ἔφυγε. Τούτου δέ ἐστιν ἐπώνυμος καὶ Ἑρμῆς, ἀνάθημα μὲν φυλῆς Αἰγηΐδος, ἐπικληθεὶς δὲ Ἀνδοκίδου, διότι πλησίον αὐτοῦ Ἀνδοκίδης ᾤκει.

690 Si unum legeris, utrumque legeris, nisi quod illa, quæ Photius commentatus est, alter mendose et σολοικοφανῶς exscripsit. Andocides Leogoræ fil. (hucusque saltem recte, et juxta marmor apud Fulv. Ursinum

ΑΝΔΟΚΙΔΗΣ ΛΕΩΓΟΡΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΣ) erat juxta Plutarchum Κυδαθήναιος ἢ Θουρεύς. Κυδαθηναιεὺς esse potuit, et credo fuisse, verum ita in Plutarcho rescribas. Harpocratio etenim et Steph. Byzantinus, Δῆμος φυλῆς Πανδιονίδος, ἀφ' οὗ ὁ δημότης Κυδαθηναιεύς. et similiter marmor Athenis,

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ.
ΑΥΛΟΥ.
ΚΥΔΑΘΗΝΑΙΕΥΣ.

itemque alterum ibidem,

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ. ΤΟΥ. ΜΥΡΩΝΟΣ.
ΚΥΔΑΘΗΝΑΙΕΩΣ.

Proxime: Istud Θουρεὺς, est depravatum quoque. Θοραὶ erat populus Ἀντιοχίδος φυλῆς, unde popularis denominandus erat, non Θουρεὺς, ut Plutarchus, neque denuo Θορεὺς, ut Stephanus Byzantinus, sed Θοραιεὺς, ad quam lectionem ibi prope accedit MS. Gronovii Θορακεύς. Unum interea me male habet: Si fuerit domo Κυδαθηναιεὺς, ex tribu erat Pandionide, si Θοραιεὺς, Antiochide: Ille interea extra utramque Tribum habitabat, in Ægeide sc. si omnes Historici non mentiantur: Ἑρμῆς ὁ Ἀνδοκίδου καλούμενος, ἀνάθημα μὲν ὢν φυλῆς Αἰγηίδος, ἐπικληθεὶς δὲ Ἀνδοκίδου, διὰ τὸ πλησίον παροικῆσαι τὸν Ἀνδοκίδην. Plutarch. et similiter Photius. "Accidit, ut una nocte omnes Hermæ, qui in oppido erant, Athenis dejicerentur, præter unum, qui ante januam Andocidis erat, Andocidisque Hermes vocatus est." Nepos in Alcibiade. Qui locus in manuscripto vetusto melius hoc pacto legitur — *ante januam Andocidis erat:* Itaque ille postea Mercurius *Andocidis vocatus est.* Hæc, inquam me, male habuissent, ni crederem unumquemque non ea tribu aut populo (ita enim cum Cicerone δῆμον interpretor) existimari, ubi degebat, sed ea, cui ab origine sua gens et familia accensebatur. Perinde ut apud Romanos, qui Romæ habitabant, Magnates in rusticas potius tribus nomen lubentissime dederunt. Inde est, quod Fabiensis et Scaptiensis tribulis suos dixit Augustus apud Sueton. in Octav. 40. Ita marmor Brixiense apud Gruterum CXXVI. 3.

C. IVLIO. C. F.
FAB. SCAPT.
CAESARI.
AVGVSTO.

Et quod in honorem Tiberii tribulis itidem sui monumentum consecrarunt Pontifices Albani. Gruter. CXXV. 8.

TI. CAISARI. DIVI. AVG. F.
DIVI. IVLI. N. AVGVSTO.
PONT. MAX. COS. V. IMP. VIII. TRIBVN.
POTEST. XVIII.
PONTIFICES. ALBANI.
Q. IVLIVS. Q. F. FAB. RVFVS.
C. IVLIVS. C. F. SCA. BASSVS.
TI. IVLIVS. TIB. F. FAB. MERVLA.
M. IVLIVS. C. F. FAB. SENICIO.

Quemadmodum fere Cives nostri Londinenses non istorum sive Collegiorum sive Sodalitatum jure utuntur, quorum quæstibus, verum ut unicuique nomen profiteri conlibitum est maxime. Deinde Plutarchus, jam non Librarii vicio, sed suo expurgandus, in prosapia Andocidis deducenda maluit Photium sequutus, Oratorem ex Mercurio, quam seipsum in vita Alcibiadis, ex Ulysse derivare. Neque hæc dico nescius perinde esse, teste ipso Ulysse apud Ovid. Met. XIII. 146.

> " Est quoque per matrem Cyllenis addita nobis
> Altera nobilitas:"

verum ut moneam, quantum schedæ Photianæ ob oculos positæ valuerint præ ipsius Plutarchi commentariis, qui fortasse ad manum scriptoris in his vitis concinnandis non erant. Verum pergit, et cum classe XX navium refert Andocidem missum ad auxilium Corcyræis ferendum contra Corinthios. Instructa erat classis illa Olymp. LXXXVI. 1. quo tempore annum agebat Andocides 33tium. Confirmat vero Lysias [p. 129. ed. Tayl.] eum quadragenarium nunquam obiisse munus ἱππέως, ὁπλίτου nunquam, non τριηράρχου, non ἐπιβάτου. Qui igitur classi præfuit, erat Andocides, Leogoræ quidem filius, nostri vero avus paternus, ut olim vidimus.
691 Solenne fuit Atheniensibus nomina in familiis alternare, τὰ ὀνόματα παρ' ἀλλήλων παραλαμβάνεσθαι, ut loquitur Orator c. Macartat. Lex fortasse id non jussit, jussere tamen mores, jussit consuetudo: eoque animo intelligo locum istum ejusdem auctoris: Τὰ δ' ὀνόματα ἐθέμην τούτοις — τῷ μὲν πρεσβυτάτῳ τὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμαυτοῦ ὄνομα Σωσίαν, ὡς δίκαιόν ἐστι· καὶ ἀπέδωκα τῷ πρεσβυτάτῳ τοῦτο τὸ ὄνομα. Idem contra Bœotum: ἀξιοῖ δ' αὐτὸς, ὡς δὴ πρεσβύτερος ὢν τοὔνομ' ἔχειν τὸ τοῦ πρὸς πατρὸς πάππου. Inde Miltiades Cimonis filius et Cimo Miltiadis, et quod ait Aristoph. Av. 284.

> Ἱππόνικος Καλλίου κἀξ Ἱππονίκου Καλλίας.

ad quem locum vid. Palmer. in Exercit. Spanheim. ad Nub. Aristoph. 64.

> " Vota pater solvit, nomenque imponit avitum:
> Iphis avus fuerat."

Ovid. Met. IX. 707. Iterum Plutarchus. Andocides erat Leogoræ filius, istius sc. qui pacem cum Lacedæmoniis fecit. Ut in superioribus Avi res gestas ad Nepotem, hic ad Filium transtulit. Testis est Andocides ipse in Orat. de pace: Καὶ ᾑρέθησαν δέκα ἄνδρες ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων πρέσβεις εἰς Λακεδαίμονα περὶ εἰρήνης αὐτοκράτορες· ὧν ἦν Ἀνδοκίδης ὁ πάππος ὁ ἡμέτερος. Notabile est, quod ubicunque hic scriptor ab exemplari Photiano discedat, ibi in errores maximos incidat. Addit idem circa finem, Andocidem in ædilitate victorem tripodem posuisse ἄντικρυς τοῦ πωρίνου σελίνου. Neminem vidi, quem non excruciavit istud πωρίνου σελίνου: Porini Selini, ut vertunt. Quod miror. Nihil frequentius, quam ut Græci dicant λίθινον Ἑρμῆν pro lapidea statua Mercurii. Idem fere esset, si dixissent πώρινον: Πώρινος, λίθινος, ὁ δὲ πῶρος οὐ πᾶς λίθος, Hesych. Vid. Herodot. Terpsich. 62. Συγκειμένου σφι Πωρίνου λίθου ποιέειν τὸν νηὸν, Παρίου τὰ ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἐξεποίησαν. Pausan. Eliac. II. 19. Ἔστι δὲ λίθου πωρίνου κρηπὶς ἐν τῇ Ἄλτει. Porum lapidem memorat Plin. XXXVI. 6. fin. et XXXVI. 17. "Mitior est autem servandis corporibus nec absumendis chernites, ebori simillimus, in quo Darium conditum

ferunt: Parioque similis candore et duritie, minus tamen ponderosus, qui porus vocatur." Inde pro σελίνου (quod nihil est) lego Σιλήνου, et intelligo statuam istius Dei ex lapide, qui porus dicitur, factam. Andocides noster jam adultus vixit, si quis alius, vitam vere ἀβίωτον. p. 105. ult. ed. Steph. Singularis in eo fortunæ inconstantia, non quod utramque alternatim expertus sit, sed quod adversam varie. Age ergo, ut cum Auctore meo a me emendato loquar: Σκέψασθε Ἀνδοκίδου τὸν βίον, εἴτε τοιοῦτος ἢ ἕτερός ἐστιν. p. 105. 12. Juventutem petulanter egit, et, ex auctoritate Plutarchi, propter nocturnas commessationes venit olim in suspicionem Hermarumque obtruncatorum et profanatæ Cereris religionis. Ex eo crimine, cum servum, quem productum vellent adversarii, domi retinuit, iterum incidit in similem infamiam, cum una nocte ante exitum classis, quæ Alcibiade duce in Siciliam erat navigatura, omnes Hermæ, qui in urbe erant, dejicerentur, præter unum, qui ante Andocidis januam erat. Hæc Plutarchus solus et admodum indistincte. Priorem istam αἰτίαν ceteri omnes partim ignorant, partim negant. Thucydides quidem haud obscure innuit VI. 28. accidisse, ut ante notabile istud Hermocopidarum facinus juvenes quidam temulenti Hermas præciderent per ludibrium et petulantiam: sed ex ejusdem verbis elicitur quoque nullam de ea re habitam fuisse quæstionem, nullum indicium, donec erumperet hæc, sive Alcibiadis, sive cujusquam alius, audacia. Verba ejus adponam, ne fidem ægre mihi adcommodes: Μηνύεται οὖν ἀπὸ μετοίκων τέ τινων καὶ ἀκολούθων, περὶ τῶν Ἑρμῶν οὐδέν, ἄλλων δὲ ἀγαλμάτων περικοπαί τινες πρότερον ὑπὸ νεωτέρων μετὰ παιδιᾶς καὶ οἴνου γεγενημέναι. In magna illa trepidatione et timore populi ob dejectos Hermas, in qua Alcibiadis potentia suspectior erat (cujus rei historiam legere possis apud Photium in Andoc. Plutarch. in Alcib. et Nicia, Lysiam c. Andocid. atque Andoc. ipsum περὶ μυστηρίων, Thucyd. Diodor. aliosque), crebræ factæ sunt delationes, quas vide apud Andoc. p. 2. 3. seqq. ed. Steph. Andocidem denique ipsum insimulat Dioclides, ibid. p. 6. inter alios quadraginta, quorum plurimi cognatione vel affinitate illi erant conjuncti. Fuerunt autem Leogoras Andocidis pater, Callias Teleclis f. qui Andocidis sororem, quam unicam habuit, uxorem duxit, Euphemus Teleclis f. Calliæ frater, Charmides Aristotelis et Leogoræ sororis filius, Taureas Leogoræ patruelis, Nisæus Taureæ filius, Callias Alcmæonis filius, Leogoræ itidem patruelis, aliique, ibid. p. 7. Ibi Andocides in jus vocatus ultro se vinciendum obtulit, ni servum, quem secum habuit, coram sisteret. p. 105. 14. Res, ut videtur, in ejus arbitrio stetit, an erat argenti æstimatio facienda, qua teneretur ni sisteret, an vinculis coercendus, usque dum servum proferret: ille tamen sana mente exturbatus vincula prætulisse dicitur, cum interea sciret, servum, ne delator fieret, a 692
se morti fuisse datum. Hæc eo paulo fusius, quia et locum Lysiæ illustrent, meas ibi emendationes confirment, Plutarchi denique de servulo isto Andocidis fidem, qualis sit, perspiciendam lectori exhibeant. In iis vinculis post annum fere integrum, proposita immunitate patrem cognatosque omnis simul insimulat et absolvitur. Senex aliis indiciis de ærario factis gratiam populi meruit, seque pœna eripuit, quæ ceteros omnis confestim insecuta est. Hæc habet historia, quæ dum infirmare vellet Andocides in luculenta ista, quam pro se habuit, defensione, illud interea vel ex ipsius testimonio constat: fuisse eum in ista conjuratione:

ejus facinoris auctorem et caput exstitisse Euphiletum quendam; atque Hermem denique, qui ob Andocidis januam solus in urbe non dejiceretur, ideo incolumem mansisse, quod Andocides, qui in eam operis partem designatus erat, id temporis æger ex vulnere in lecto decumbebat. Eo periculo liberatus homo noster mercaturæ quæstum occipit, atque amicitia cum Rege Cypri facta, civem Atticam sibi affinem clam e tutela eduxit, novo hospiti in servitutem et delicias. Istius lenocinii causa metuens sibi a suis civibus, dum puellam furto repetere vellet, a Rege in vincula conjectus est. Elapsus domum revertitur, rursusque a CCCCviris, qui tunc Remp. tenebant, in carcerem et verbera datur. Corruente Rep. sub XXXviris dura omnia exsilii, restituta cum Thrasybulo, infensos civium animos expertus est. Binas ibi Ἐνδείξεως causas sustinuit, quarum unam egit Lysias Orat. VI. Postquam diutinam ætatem in vinculis egisset et bona in judiciis dissipasset, legatus ad Lacedæmonios de pace ineunda missus, et domi postea παραπρεσβείας condemnatus, reliquum quod erat vitæ in exsilio peregit, relicta domo vacua, splendissimaque familia in ejus funere clausa. Eum exitum habuit Andocides, vir auctoritate inter suos magnus, eloquentia inter posteros clarus, omnino major, si facundia, quam in periculis suam salutem eleganter exercebat, in Reip. discrimine ad communem utilitatem salutariter fuisset usus. Ea facundiæ monumenta commentario proximo materiam suppeditabunt.

CAP. VI.

Andocidis Orationes IV. Laus Iosephi Wasæi τοῦ μακαρίτου. Andocidis oratio prima περὶ μυστηρίων. Eadem est Ἐνδείξεως. Gravissima oscitantia Scriptoris vitæ Andocidis. Secunda falso inscribitur. Ter emendatur. H. Stephani temeritas. Vindicatur emendatio Lysiaca. Tertia νοθεύεται. Tollitur ex ea mendum fœdissimum. Disputatur de quarta sive postrema. Emendatur plurimis in locis. Εὐανδρία. Ostracismi exitus. Num videatur hæc oratio a Lysia fuisse conscripta? Quem revera habuit auctorem. Locus Platonis vindicatur contra ejus Interpretem. Emendantur Lycurgus et Plutarchus.

Ex Orationibus, quas scripsit Andocides, IV, hodie superstites, legit Photius. Plutarchus, qui Photianis non contentus Vitam addidit, pueriliter peccavit, mihi eo nomine pœnas proxime daturus. Si exstitissent commentarii, quos in Andocidem scripsisse olim Valerium Theonem testatur Suidas, aut si prodiissent curæ, quas non ita pridem huic scriptori impendisse viros doctos in exteris regionibus didici ex Cl. Wasæi Bibliotheca Literaria, minus, credo, mihi fuisset necessarium, ut hic dissererem, quæ ad singulam Andocidis orationem olim adnotavi. Dum hæc scribo Calendis Decembribus MDCCXXXVIII, de obitu clarissimi istius viri et de Republica literaria optime meriti, Iosephi nempe Wasæi, primus allatus est nuncius, Dolebam sane, primo quod tanto hortatore studiorum meorum, mihique multis officiis conjunctissimo privatum me viderem, tum vero quia interitu talis viri in alienissimo Reipublicæ literariæ tempore exstincti, dignitatem bonorum studiorum, nostrique
693 præsertim ordinis statim imminutum iri sensi. Magna ille vixit et cum summis viris gratia et cum eruditis auctoritate. Nam et ingenium nullis

literarum limitibus, humanitatem nullo officiorum genere concludi et circumscribi voluit. Testes meæ orationis esse possunt plurimorum nostrorum hominum tum etiam et exterorum voces, quibus illius nunquam aut in laboribus suscipiendis consilium, aut in exsequendis opera defuit. Atque profecto dolorem nostrum non minimum auxisset, ni ex isto literarum consortio et conjunctione, quam semper cum viris eruditissimis excoluit, spes aliqua superesset, Diodorum aliquando non minus limate aut emendate minus prodituruum. Hac quasi parentatione defunctus eo unde divorti redeo. Inscribitur prima oratio Andocidis Περὶ Μυστηρίων. Præter eam superesse quoque sua ætate voluit alteram Περὶ Ἐνδείξεως Plutarchus. Si superfuit una, superfuisse sat scio alteram, cum una sit. Ἔνδειξις erat ea actionis species, quæ, si quis legibus aut judicio publico, aliquo aut loco aut munere exclusus, eum tamen aut locum adire, aut munus ambire voluit, reum deferebat. Andocides, qui et *mysteria* fecisse insimulabatur, et cetera nefaria commisisse, adeoque eo piaculo constrictus, talem Ἐνδείξεως causam in hac oratione egit, itaque ab Antiquis pro arbitrio orationem vel Ἐνδείξεως vel Περὶ Μυστηρίων (nam utroque modo scribunt) habuisse dicitur. Vocem Ζητητὴς ex oratione Περὶ Ἐνδείξεως laudat Harpocratio, quæ in illa, quam hodie habemus, Περὶ Μυστηρίων aliquoties occurrit. Causam denique expediet ipse Andocides, cujus verba Edit. Steph. p. 2. hæc sunt: Πρῶτον μὲν περὶ αὐτῆς τῆς αἰτίας, ὅθενπερ ἡ ἔνδειξις ἐγένετο, διόπερ εἰς τὸν ἀγῶνα τόνδε κατέστην περὶ τῶν μυστηρίων (ἀπολογήσομαι sc.) Tune, mi homo, sub leonino Plutarchi nomine os istud tuum asininum latere posse arbitreris! Neque adhuc tam laute corium tuum dedolasse mihi videor, quin iterum, ubi usus venerit, a me vapulabis. Sic soleo, qui genus, qui ingenium mentiuntur. Secunda oratio nomen vulgo sortita est Περὶ τῆς ἑαυτοῦ Καθόδου. In ea luculentissima sane oratione *conqueritur* multum de quorundam civium injuriis, qui negaverunt suum indicium de Hermocopidarum conjuratione Reipublicæ quidquam attulisse salutis: *exponit* suam infelicitatem in consiliis e. Rempublicam initis, vitamque ex ea tempestate quam duxit vere ἀβίωτον: *orat* denique, quæ causæ fuit summa, ut immunitatem (ἄδειαν vocant Græci) quam olim illi ob indicia ἐψηφίσαντο, postea autem mutato consilio revocarant, ratam esse nunc demum paterentur. Ἐγὼ τοίνυν τοσοῦτον ὑμῶν μόνον δέομαι· τὸ ψήφισμα, ὃ Μενίππου εἰπόντος ἐψηφίσασθε, εἶναί μοι ἄδειαν, πάλιν ἀπόδοτε. ἀναγνώσεται δὲ ὑμῖν αὐτό, ἔτι γὰρ καὶ νῦν ἐγγέγραπται ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. Ψήφισμα. Τουτὶ τὸ ψήφισμα, ὃ ἠκούσατε, ψηφισάμενοί μοι, ὦ Ἀθηναῖοι, ὕστερον ὑφείλεσθε, χάριν ἑτέρῳ φέροντες. Rectius ergo inscriberetur Περὶ τῆς Ἀδείας, quo nomine laudat Harpocratio in v. Ὀρρωδεῖν. Eam tamen non prius dimittam, quam contra H. Stephani temeritatem vindicavero. Ille enim, ut olim in Lysia, dominationis τῶν CCCC oblitus (gravius aliquid dicere nolim) ter in hac Oratione, Aldinam, et MSS. lectionem τετρακοσίων et τετρακοσίοις in τριακοσίων et τριακοσίοις imprudentissime mutat. V. not. p. 171. pen. ed. Steph. Tu ubique restituas in his locis, quod ille exclusit. Hæc erant cum adnotatu necessaria, tum etiam emendationi meæ ad Lysiam aliquam auctoritatem addunt. Κατέπλευσεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, ἐπεὶ τῶν τετρακοσίων θεὸς λήθην ἔδωκε, p. 105. 30. ubi ex historia dudum correxi, Κατέπλευσεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ἐπὶ τῶν τετρακοσίων. Θεὸς γάρ, etc. Quod potui etiam hoc loco adductus Andocidis: Πυθό-

μενοι δὲ τινές με ἥκοντα τῶν τετρακοσίων ἐζήτουν τε παραχρῆμα, καὶ λαβόντες ἤγαγον εἰς τὴν βουλήν. εὐθὺς δὲ παραστάς μοι Πείσανδρος κ. τ. λ. Sequitur tertia oratio De Pace, quam Harpocratio, et, juxta auctorem *ὑποθέσεως*, Dionysius quidam, proculdubio Halicarnassensis, Oratori nostro abjudicant. Et recte quidem mea sententia abjudicant. In Orationis initio insumpta est fere una pagina Edit. Steph. in monumentis suæ gentis recensendis, ut hoc planum faceret audientibus, majores eorum non modo nullo cum impendio, sed maxima semper cum utilitate pacem cum Lacedæmoniis fecisse. Totum autem locum, iisdem pene per omnia verbis, emendicavit Sophista ex fine Orationis Æschinis de ement. legat. Quas autem reponit ille gratias pro tantis auxiliis? Istas sc. quas solent, qui exscribunt nempe ut describant perperam. In Andocidis editis ita: *Ἦν μὲν ὁ πόλεμος ἡμῖν ἐν Εὐβοίᾳ — καὶ Μιλτιάδην τὸν Κίμωνος ὠστρακισμένον, καὶ ὄντα ἐν Χερρονήσῳ κατεδεξάμεθα δι' αὐτὸ τοῦτο, πρόξενον ὄντα Λακεδαιμονίων, ὅπως πέμψαιμεν εἰς Λακεδαίμονα, προκηρυκευσόμενον περὶ σπονδῶν. καὶ τότε ἡμῖν εἰρήνη ἐγένετο πρὸς Λακεδαιμονίους ἔτη πέντε, καὶ ἐνεμείναμεν ἀμφότεροι ταύταις ταῖς σπονδαῖς ἔτη τριακαίδεκα.* Hoc est digitis computare! Audi vero alterum: *Καταστάντες πρὸς Λακεδαιμονίους εἰς πόλεμον — Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος προκηρυκευσαμένου πρὸς Λακεδαι-*
694 *μονίους, ὄντος προξένου, σπονδὰς τοῦ πολέμου πεντηκονταετεῖς ἐποιήσαμεν, ἐχρησάμεθα αὐταῖς δὲ ἔτη τριακαίδεκα.* Æsch. *π. παραπρεσβ.* non procul a fine. Ad quartam vero properat, in qua magnopere exultat, Crisis mea. Habita est, si Musis placet, *Contra Alcibiadem.* Ita Harpocratio cum alibi, tum in voce *Εὐανδρία. Εὐανδρία. Παναθηναίοις Εὐανδρίας ἀγὼν ἤγετο. Ἀνδοκίδης δ' ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδου δηλοῖ, καὶ Φιλόχορος.* Primum itaque restituamus eam vocem orationi, nam hodie in ea neutiquam comparet. Locum autem habebit in ipso exitu orationis, *Καίτοι τυγχάνω νενικηκὼς ἐν ἀνδρίᾳ, καὶ λαμπάδι, καὶ τραγῳδοῖς.* *Vox* ista *Ἀνδρία suspecta* fuit doctissimo *Palmerio*, qui *de eo agone nihil unquam* se *legisse* profitetur; quoniam autem *Λαμπαδηφορία ἀγὼν* (ab Oratore proxime memoratus) *celebrabatur in* Academia, *dubitat, num* Andria *vox irrepserit pro* Academia, *quæ forte per abbreviationem quandam scripta fuerat.* Tu autem pro *ἐν ἀνδρίᾳ* lege *εὐανδρίᾳ.* Quis negat? Ego interea majus opus moveo. 1. Disputatur in hac causa quemnam potius ex tribus decennali isto exsilio, quod *ostracismum* vocant, plecterent Athenienses: *Ὁ μὲν οὖν ἀγὼν ὁ παρὼν, οὐ στεφανηφόρος, ἀλλ' εἰ χρὴ μηδὲν ἀδικήσαντα τὴν πόλιν δέκα ἔτη φεύγειν. οἱ δ' ἀνταγωνιζόμενοι περὶ τῶν ἄθλων τούτων ἐσμὲν ἐγὼ καὶ Ἀλκιβιάδης καὶ Νικίας· ὧν ἀναγκαῖον ἕνα τῇ συμφορᾷ περιπεσεῖν.* Edit. Steph. p. 29. (2.) Deinde, Orator, quicunque fuerit, memorat, se domo esse humili potius et ignobili, quam illustri: *Εἰ δεῖ κατὰ γένος* (vel ut feliciter saltem Stephanus *καὶ τὸ γένος*) *σκοπεῖν, ἐμοὶ μὲν οὐδαμόθεν προσήκει τούτου τοῦ πράγματος*, p. 33. (3.) Porro legationes suas recenset, quibus honorifice et in civitatis salutem functus est: *Ἐγὼ πρεσβεύσας εἰς Θετταλίαν καὶ Μακεδονίαν καὶ εἰς Μολοσσίαν καὶ εἰς Θεσπρωτείαν καὶ εἰς Ἰταλίαν καὶ εἰς Σικελίαν τοὺς μὲν διαφόρους ὄντας διήλλαξα, τοὺς δ' ἐπιτηδείους ἐποίησα, τοὺς δ' ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀπέστησα.* p. 34. Jam meum est, ut veris, si possim, vincam hæc quasi eris lineamenta Andocidem minime referre, deinde ut producam, quem referant maxime. Interea autem, dum me ista cura exerceat, expendenda est Athenæi auctoritas, qui hanc orationem quodammodo Lysiæ nostro assignet: cum l. 9. sub

finem laudet ex ejus oratione adv. Alcibiadem voces Τοῖς χρυσοῖς χερνιβίοις καὶ θυμιατηρίοις, qui locus continuo legitur in oratione præ manibus, p. 33. πρότερος τῆς πόλεως χρήσασθαι τοῖς χρυσοῖς χερνίβοις (l. χερνιβίοις) καὶ θυμιατηρίοις. Attamen eam locutionem usurpare potuit uterque, et Lysias et noster, sive Andocides, sive quisquam alius: vel in Auctoris nomine cespitaverit summus ille scriptor: certe ad Lysiam multo minus spectat, quam ad Andocidem. Aio autem neque ad Andocidem. Primo enim id confirmo, quantum sc. ea res confirmari possit, *negando*. (1.) Nam Andocides, quantum ex historiæ monumentis liquet, nunquam cum Alcibiade et Nicia de ostracismo decertavit. (2.) Deinde non ea fuit Andocidi generis condicio, ut hanc domus suæ obscuritatem liquido affirmare possit, qui alibi nominis sui splendorem jactare soleat: Καίτοι οὐκ ὄνειδος ὑμῖν ἡ Ἀνδοκίδου καὶ Λεωγόρου οἰκία οὖσα. qui majorum res gestas: οἳ πλείστας μὲν στρατηγήσαντες στρατηγίας, πολλὰ τρόπαια τῶν πολεμίων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ὑμῖν ὑπέδειξαν, πλείστας δὲ ἄλλας ἀρχὰς ἄρξαντες κ. τ. λ. qui denique Mercurio satus generis sui summam et religiosam antiquitatem: οἰκία δὲ πασῶν ἀρχαιοτάτη καὶ κοινοτάτη ἀεὶ τῶν θεομένων. (3.) Tertio autem Andocides, ut dicimus ex Lysia, Siciliam, Italiam, Peloponnesum, Thessaliam, Hellespontum, Ioniam, Cyprum peragravit, sed privatus, sed in ἀποδημίᾳ: nostrum autem vides in Thessalia, Macedonia, Molossia, Thresprotia, Italia, et Sicilia legationes præclare obiisse: Quæ quam diversa! Jam ergo ut declarem, quis Orationem hanc conscripserit, primum, id quod paucissimis ante me contigisse video, monendum est frustra in bibliothecis quæri, quem hodie commendo: novus tibi hodie salutandus est hospes, priusque tibi commonstrandus, quis sit, quem velim, quam quod ea, quæ velim, conscripserit. Totum excute Argiletum, non erit ex Sosiis, qui tibi confirmabit, PHÆACEM quendam sibi unquam æra meruisse. Quotus quisque est ex crumenimulga ista disciplina, qui non protinus exclamet, Mi homo! operam ludis. Canonistæ quidem apud nos non vænenunt, neque Scoti familia familiam meam alere possit, at ceteros interea omnis novi perquam familiariter, religavi, distraxi (addet fortasse EDIDI), doctos, indoctos; antiquos, neotericos; eos, quos Minores legunt quotidie, eosque, qui Majores legerint nunquam; eos, qui scripserint ut legendo bene sit aliis, eosque, qui ut comedendo bene sit sibi. Meam autem ceram nunquam signavit Phæax. Valebis. Quod si in Eruditiorum bibliothecis hominem velis demonstrari quis sit, aut quem pluteum habitet, tibi commonstrari, tantundem est. Quem igitur legis, ut noris, accipe. Phæax, qui cum Alcibiade vixit, δεινὸς ῥήτωρ memoratur ab Aristoph. σχ. ad illa Equitum v. 1374.

Σοφός γ' ὁ Φαίαξ, δεξιῶς τ' οὐκ ἀπέθανε. 695
Συνερκτικὸς γάρ ἐστι, καὶ περαντικὸς,
Καὶ γνωμοτυπικὸς, καὶ σαφὴς καὶ κρουστικὸς,
Καταληπτικός τ' ἄριστα τοῦ θορυβητικοῦ.

Ille (ut τὸ δεξιῶς οὐκ ἀπέθανε exponit Scholiastes) causa capitis dicta ἐπαυτοφώρῳ, facundiæ debuit salutem. Concordant omnia. Confirmat enim noster Orator se olim capitis causam dixisse; fuisse sententiis judicum absolutum; duos deinde, qui in eadem secum fuerint causa, dissimili tamen usos esse fortuna et mortem subiisse. Locum producam, ut

una emendem. Exstat autem pag. Edit. Steph. 34. ineunte: *Καίτοι οὐ δήπου, ὦ Αθηναῖοι, ὀστρακισθῆναι μὲν ἐπιτήδειός εἰμι, τεθνάναι δὲ οὐκ ἄξιος· οὐδὲ κρινόμενος μὲν, ἀποφυγεῖν, ἄκριτος δὲ, φεύγειν. ὁ δὲ* (rectius *οὐδὲ*) *τοσαυτάκις ἀγωνιζόμενος δικαίως* (l. *ἀδίκως*) *καὶ νικήσας, πάλιν δόξαιμι δι' ἐκεῖνα ἐκπεσεῖν. ἀλλὰ γὰρ ἴσως μετὰ μικρᾶς διαβολῆς ἢ φαύλων κατηγόρων, ἢ διὰ τῶν ἐπιτυχόντων ἐχθρῶν ἐκινδύνευον, ἀλλ' οὐ διὰ τῶν ἐρρωμενεστάτων καὶ λέγειν καὶ πράττειν· οἵτινες δύο τῶν τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἐχόντων ἐμοὶ ἀπέκτειναν.* Verum ut disertius explicetur, quemadmodum ea, quæ cum Andocide pugnant, Phæaci competere videantur, (1.) liquet primo ex Plutarcho in Alcibiade, et Nicia, disputari olim de ostracismo inter PHÆACEM, ALCIBIADEM, et NICIAM. Plutarch. Edit. Bryan. tom. 2. p. 16. ubi dicitur, Alcibiadem, cum primum ad Remp. accessit, nactum esse adversarios duos præ cæteris, Phæacem Erasistrati et Niciam Nicerati: Phæacem cum in aliis rebus, tum in oratione maxime Alcibiadi cedere. Nam quanquam ex eo loco, quem in Rep. tenuit, necesse fuit, ut populum nonnunquam concione compellaret, plus tamen semper in colloquiis privatis et sermonibus domesticis profecisse, quam valuisse forensi eloquentia, ut de eo Eupolis comicus scriberet

Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.

Hunc igitur IIIviratum, ubi populus ad solatium potius invidiæ, quam timoris, cujusdam Hyperboli hortatu, in exsilii decennalis discrimen impulit, *καὶ δῆλον ἦν, ὅτι ἑνὶ τῶν τριῶν τὸ ὄστρακον ἐποίσουσι*, verbis ipsissimis Plutarchi utor, ibi Alcibiades adunatis consiliis cum Nicia, vel, juxta alios, cum Phæace, metum omnem et periculum in Hyperbolum convertit nihil tale cogitantem. Non enim in homines aut obscuro genere natos aut infamia aliqua constrictos, sed in summos ubique et populo ob fortunas aut potentiam suspectiores id genus pœnæ semper cadebat, unde de Hyperbolo Plato Comicus,

Καίτοι πέπραχε τῶν τρόπων μὲν ἄξια,
Αὐτοῦ δὲ καὶ τῶν στιγμάτων ἀνάξια,
Οὐ γὰρ τοιούτων εἵνεκ' ὄστραχ' εὑρέθη.

Eum exitum habuit ista contentio, eum quoque et ipsa pœnæ ratio. Pœnituit enim Rempublicam Hyperbolum hominem nequissimum, fæcem populi, et cruce magis, quam testa dignum, ea pœnæ dignitate censeri, qua fortissimum quemque civem, Themistoclem, Aristidem, ceterosque olim censuissent. Desivit ergo et absumta est in hoc pœnæ errore pœnæ quoque natura, neque ultra Hyperbolum, qui istam nobilitatem exsilii quasi contaminasse videtur, quisquam alius ostracismum subiisse dicitur. (2.) Secundo autem, Phæax Erasistrati neque domo admodum nobilis, neque majoribus clarus, recte ea, quæ dixit, potuit proferre. Gens Erasistrati nullum in Vett. monumentis dignitatem consecuta est; primus erat, qui nobilitavit, noster Phæax, cujus deinde nepos ex fratre Erasistratus inter XXXviros fuisse videtur: nam de eo intelligo verba ista Platonis in Eryxia, init. *Ἐτυγχάνομεν περιπατοῦντες ἐν τῇ στοᾷ τοῦ Διὸς τοῦ Ἐλευθερίου, ἐγώ τε καὶ Ἐρυξίας ὁ Στειριεύς· εἶτα προσελθέτην ἡμῖν Κριτίας τε καὶ Ἐρασίστρατος ὁ Φαίακος τοῦ Ἐρασιστράτου ἀδελφιδοῦς·* quem locum Interpres duplici lumbifragio ornavit, *Critias et Erasistratus Phæacus* (quasi esset nomen gentile) *Erasistrati ex fratre nepos.* Verte, ut debes, *Critias et Erasistratus Phæacis Erasistrati filii ex fratre*

nepos. (3.) Quod autem erat ultimum, B. Peloponnes. anno 10mo noster Phæax cum duobus Collegis missus erat ab Atheniensibus legatus in Italiam atque Siciliam ad confirmandos sociorum animos, ceterorumque, si fieri potuit, irritandos adv. Syracusios, quorum potentiam Athenienses imminutam cupiebant maxime. Cui quidem legatione aliqua ex parte satisfecit. Hæc dabit Thucydides V. 4. Si cui hæc parum satisfaciant, unum hoc addam nulla vi infirmandum, quod suppeditabit locus hujus Orationis cum Plutarchi alio in vita Alcibiadis conferendus. Uterque tamen antea a me sanandus. Locus Phæacis (sinito, ut ita tandem auctorem nostrum compellem) exstat Edit. H. Steph. p. 33. init. Ἵνα — τὴν πόλιν ὅλην ὑβρίζων ἐπιδόξειε [Alcibiades] τὰ πομπεῖα παρὰ τῶν ἀρχιθεωρῶν αἰτησάμενος, ὡς εἰς τὰ πινάκια τῇ προτέρᾳ τῆς οὐσίας χρησόμενος, ἐξηπάτησε, καὶ ἀποδοῦναι οὐκ ἤθελε, βουλόμενος, τῇ ὑστεραίᾳ πρότερος τῆς πόλεως χρήσασθαι τοῖς χρυσοῖς χερνιβίοις καὶ θυμιατηρίοις. ὅσοι μὲν 696
οὖν τῶν ξένων μὴ ἐγίνωσκον ἡμέτερα ὄντα, τὴν πομπὴν τὴν κοινὴν ὁρῶντες ὑστέραν οὖσαν τῆς Ἀλκιβιάδου, τοῖς τούτου πομπείοις χρῆσθαι ἐνόμιζον ἡμᾶς. Tentabat Palmerius τῇ πρώτῃ καὶ τῇ ἐπιούσῃ, *ut sit prima et secunda dies Mysteriorum. Nam*, ait ille, *ἡ ἐπιοῦσα est Dies, quæ aliam sequitur, unde forte secundus a primo Mysteriorum ἡ ἐπιοῦσα dicebatur, Sic nos Gallice*, Le lendemain de la feste. Verum fallitur Vir doctissimus. Quod nos *Postridie Festi* diceremus, id Græci hoc modo efferunt. Plutarch. de fortun. Roman. Ἔφη γὰρ τὴν ὑστέραν ἐρίσαι πρὸς τὴν ἑορτήν, λέγουσαν, ὡς ἐκείνη μέν ἐστι κομπώδης καὶ ἄσχολος, ἐν αὐτῇ δὲ τῶν παρεσκευασμένων ἀπολαύουσι μεθ' ἡσυχίας. Miror maxime Palmerium latere potuisse medicinam tam facilem, tam expeditam, qua sola hoc ulcus sanari potuit. Quantillum interest inter θυσίας et οὐσίας, attamen quantas turbas hic dedit pauxillula ista differentia? Τῇ προτέρᾳ τῆς θυσίας, *Pridie Festi.* Similem, imo simillimam habem eluo ex Lycurgo Edit. H. Steph. p. 168. ἀλλ' ἤκῃ ἱερῶν, θυσιῶν, ἀγορᾶς, νόμων, πολιτείας μεθέξων. Male hodie excusum οὐσιῶν. Verum ut ad causam, quam proxime accedam, locus ille, quem memoravi modo et expurgavi, confirmatur scribi a Phæace, et quidem in ejus oratione c. Alcibiadem. Qui confirmabit, is, ut monui, est Plutarchus, verum non nisi ad Codicis emendatioris fidem atque auctoritatem prius restitutus. Ille enim in Alcibiade, ubi dixisset Phæacem ἐντευκτικὸν potius fuisse, quam ἀγῶνας φέρειν δυνατὸν, subjungit continuo, Φέρεται δὲ καὶ λόγος τις κατ' Ἀλκιβιάδου καὶ Φαίακος γεγραμμένος, ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἄλλων γέγραπται, κ. τ. λ. Quid autem istud δέ? Quænam aut qualis ista correctio? Diceretne quæso, "Quanquam *Phæax in foro et in concione causas minus frequenter egit*, nihilo minus *in manibus versatur oratio* contra hunc et Alcibiadem *habita?*" Ridicule. Fac restituas cum Cod. MS. Aldino, Φέρεται δὲ καὶ λόγος τις κατ' Ἀλκιβιάδου ὑπὸ Φαίακος γεγραμμένος. Ibi quid scribitur? Nam in eo eram, nisi vulgatæ lectionis vitium me interpellasset. Ibi μετὰ τῶν ἄλλων γέγραπται καὶ ὅτι τῆς πόλεως πολλὰ πομπεῖα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ κεκτημένης, Ἀλκιβιάδης ἐχρῆτο πᾶσιν αὐτοῖς ὥςπερ ἰδίοις πρὸς τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν. Tu, qui legis hæc, memineris disputationem hanc omnem non indiligenter admodum a me esse tractatam, aut, quod multi faciunt, me commentum procudisse novantiquum: verum constanter, ubi tempus ad eam rem tulerit, meæ famæ periculo cites ORATIONEM PHÆACIS CONTRA ALCIBIADEM.

CAP. VII.

Disputatur de Fide libelli, qui inscribitur Βίοι τῶν δέκα Ῥητόρων, et Plutarcho vulgo attribuitur. Percurritur Vita Antiphontis, quæ et aliquoties emendatur.

QUICUNQUE antiquos Scriptores sive Græcos sive Latinos evolvit, eisque non indiligentem animum advertit, nec ille facile intelliget, multa hodie circumferri, quæ Antiquitas non novit; et eadem opera mirabitur eorum hominum vesaniam, qui cum ipsi fuerint nullo acumine a fæce Romuli discreti, maximorum interea ex omni antiquitate ingeniorum splendissima nomina ementiantur. Ista fide nobiscum egit, ut pluribus ubique argui, ineptus scriptor Vitarum X Rhetorum, quæ sub Plutarchi, at quali! nomine passim vænéunt. Nam si in ipso limine operis sistamus, atque de sola Antiphontis vita, qui Oratorum ætate primus fuit, quæstio habeatur, quot mendacia contexuit deglutienda, quas fabulas mussitandas a pueris et ab iis, qui pueriliter, i. e. levi cum judicio Plutarchum lectitare soleant? Ne autem a me καταῤῥητορευέσθω, aut Sycophantam agere videar, agedum lege mecum, si velit, immo etiamsi nolit, experiatur. Tu autem, præco, fac silentium. Ἀκούετε, λεώς· Ἀδικεῖ Πλούταρχος, περὶ τῶν δέκα ῥητόρων ἃ οἱ πρόγονοι ἡμῶν ἐνόμιζον οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ καὶ τερατώδη εἰσφέρων, καὶ τῶν νέων τὰς ἀκροάσεις διαφθείρων. Ut igitur distinctius omnia et dilucidius cognoscantur, dispiciendum est primum sedulo et sigillatim de condicione nonnullorum hominum, qui *nominis* solummodo ANTIPHONTIS communione videntur inter se ipsos esse conjuncti: unde convincam, ea, quæ de diversis diserte ab optimis scriptoribus tradantur, ad hanc portentosam vitam conflandam undique convenisse. (1.) ANTIPHO Sophili F. Rhamnusius Oratorum primus. Tyrannidem ille τῶν CCCC impensissime adjuvit, adeoque a populo recuperata libertate, damnatus. Thucyd. Photius aliique. Nos in vita Lysiæ p. xxxix. seqq.
697 (2.) ANTIPHO Sophista, Atheniensis quoque, quem memorat Xenoph. Memorabil. I. extr. cum Socrate quondam disceptasse. De eo Hephæstio Grammaticus, teste Athenæo l. 15. commentarium integrum scripsit, περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι Ἀντιφῶντος. Eundem fuisse Antiphontem, qui cum Socrate disputavit, atque Τερατοσκόπον, sive Ὀνειροκρίτην a plurimis laudatum testatur Laertius in Socrate §. 46. Τούτῳ [Socrati] ἐφιλονείκει Ἀντιόλοχος Αἰήνιος, καὶ Ἀντιφῶν ὁ τερατοσκόπος. Suidas etiam et τερατοσκόπον vocat et σοφιστὴν, et ab Antiphonte Rhamnusio discernit. Eosdem discernit etiam Hermogenes de formis Orat. l. 2. Πλείους μὲν γεγόνασιν Ἀντιφῶντες· δύο δὲ οἱ σοφιστεύσαντες — ὧν εἷς μέν ἐστιν ὁ Ῥήτωρ· οὗπερ οἱ φονικοὶ φέρονται λόγοι, καὶ δημηγορικοὶ, καὶ ὅσοι τούτοις ὅμοιοι· ἕτερος δὲ ὁ καὶ Τερατοσκόπος καὶ Ὀνειροκρίτης λεγόμενος γενέσθαι, οὗπερ οἵ τε περὶ τῆς Ἀληθείας λέγονται λόγοι, καὶ ὁ περὶ Ὁμονοίας, καὶ οἱ δημηγορικοὶ καὶ ὁ πολιτικός. Ubi male οἱ δημηγορικοὶ utrique attribuuntur, et male quoque, ut videtur, ὁ πολιτικὸς posteriori. Ita igitur lege in superiori commate καὶ δημηγορικοὶ καὶ ὁ πολιτικὸς, καὶ ὅσοι τούτοις ὅμοιοι. sc. quotcunque ad Rhetoris officium spectare videntur. Ad hunc Antiphontem omnino pertinet, quod habet Theodoret. Serm. vi. de Dei providentia. Ἀντιφῶν δὲ, τινὸς ὑποσχεράναντος, καὶ οἰωνὸν χαλεπά τινα σημαίνειν νομίσαντος, ὅτι ἡ ὗς

τὰ οἰκεῖα κατέφαγεν ἔγγονα, Χαῖρε, εἶπεν, ἐπὶ τῷ σημείῳ, ὅτι πεινῶσα τὰ σὰ οὐ κατέφαγε τέκνα. Eadem refert Clem. Alexandr. Strom. 7. Memoratur inter Onirocriticos a Tertullian. de Anima c. 46. *Καὶ τὸ μαντεῖον, οὗ προειστήκει προφητεύων Ἀντιφῶν, ὁ τῶν ὀνείρων ὑποκριτής, ταύτης ἐπὶ τοῦ ὕπνου λαχὼν τῆς τιμῆς.* Lucian. V. Histor. 2. Conjunge Artemidorum II. 14. Fulgentium, Melampodem *περὶ παλμῶν.* Laudat Senec. Controv. l. 2. "Otho Junius — edidit quatuor libros colorum, quos belle Gallio noster *Antiphontis* libros vocabat. Tantum in illis *somniorum* est." Laudat item Cic. II. de Divinat. 70. "Quid? ipsorum Interpretum conjecturæ, nonne magis ingenia declarant eorum, quam vim consensumque naturæ? Cursor ad Olympia proficisci cogitans visus est in somnis curru quadrigarum vehi. Mane ad Conjectorem. At ille, Vinces, inquit: id enim celeritas significat, et vis equorum. *Post idem ad Antiphontem.* Is autem, Vincare, inquit, necesse est. Annon intelligis Quatuor ante Te cucurrisse?" Alius igitur ab Antiphonte Rhetore, sed et ætate et gente conjunctus Antipho Sophista et Onirocriticus. (3.) Eadem Civitas procul dubio, quanquam id non diserte traditur, quæ duos priores, tulit etiam Antiphontem Tragicum. Is a Dionysio Siciliæ Tyranno in convivio interrogatus, quodnam æs ei optimum esse videretur, Illud, inquit, *ἐξ οὗ κατεσκεύασαν Ἀθηναῖοι τὰς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνας.* Quod cum Regi vehementer displicuit, verito sc. ne ea res ad seditionem pertineret, ab eodem est interemptus. Vid. Plutarch. de discrimine Amici et Adulatoris, et in libro de Stoicorum repugnantiis. Tu ergo de his semper distincte, ut debes, neque interea sis nescius pluris fuisse Antiphontas, quos fortasse ille commisit. Sed jam tempus est, ut dispiciamus, quid scripsit. Antipho, ait ille, Sophili F. *μαθητεύσας τῷ πατρί.* Procedente tamen oratione refert Cæcilium, qui commentarium de Antiphonte scripsit, credidisse hominem Thucydidis fuisse discipulum. Eadem fere habet Photius. *Οὗτος τῷ οἰκείῳ πατρὶ Σοφίλῳ σοφιστεύοντι μαθητεῦσαι λέγεται· Κεκίλιος δὲ Θουκυδίδου τοῦ συγγραφέως μαθητὴν γεγονέναι φησὶ τὸν ῥήτορα.* De utraque *schola* pauca, quoniam hominem sua ipsius auctoritate vincam. Qui Athenas Atticas norunt, sciunt illi, etiam me non admonente, serius illic disciplinæ istius ludos aperiri, quam ut Antiphontis pater profiteri posset. Aiunt plurimi Antiphontem ipsum primum artem profiteri, in quibus est ipse Plutarchus proximo fere commate. Porro autem Sophilus, ut hic scribitur, non solum Antiphontem filium, sed Alcibiadem quoque erudivit, ita enim intelligo verba ista, quantum sc. verba parum Græca intelligere possum. *Ὃ καὶ Ἀλκιβιάδην φασὶν ἔτι παῖδα ὄντα φοιτῆσαι.* Hæc non sat tibi temporibus distincta, Dave. Antiphontem ipsum non nisi senem vidit Alcibiades. Hoc ex monumentis istorum temporum colligitur, tuaque adeo oratione in hoc ipso commentariolo. Modo enim: *τούτους εὕροι τις ἂν ἐπιβεβληκότας Ἀντιφῶντι πρεσβύτῃ ἤδη ὄντι, οἷον Ἀλκιβιάδην, Κριτίαν, Λυσίαν, Ἀρχῖνον.* (l. *Ἀρχῖνον*). De Sophili schola tantum: Non felicius cessit altera Thucydidis. Nam per ætatem video non eum Antiphontem, sed Antiphontem Thucydidem instituisse potius. Atque id diserte tradunt Suidas, Marcellinus in vita Thucydidis, et Hermogenes. Quod verum esse arbitror. Et fortasse ita scripsit Auctor noster. Plutarchi enim Codd. MSS. nonnulli, inter quos sunt Turnebi et Vulcobii, pro *Θουκυδίδου μαθητὴν*, *Θουκυδίδου διδάσκαλον* reponunt. Sed de his satis. Sequitur. *Καὶ δύναμιν λόγων κτησάμενος — ὥρ-*

μησε μὲν πολιτεύεσθαι, διατριβὴν δὲ συνέστησε. Næ Tu fortunæ ludibrium, Antipho! Nimirum hoc est, quod dicitur, *de Consule Rhetor*. Sed quo pacto se in ea palæstra exercuit, sc. διατριβὴν δὲ συνέστησε καὶ Σωκράτει τῷ
698 φιλοσόφῳ διεφέρετο, ὡς Ξενοφῶν ἱστόρηκεν ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν. Non audio. Alium fuisse docui. Deinde, Καί τινας λόγους τοῖς δεομένοις τῶν πολιτῶν συνέγραφεν εἰς τοὺς ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀγῶνας. Credo sane, nam id diserte dicitur a Thucydide l. 8. qui hunc præceptorem suum senem descripsit: sed quid sequitur, πρῶτον ἐπὶ τοῦτο τραπείς. Ex iis, quæ sequuntur, liquet, *primum* fuisse Antiphontem, qui hoc dicendi genus tractavit. Dicitur enim Τῶν γοῦν πρὸ αὐτοῦ γενομένων οὐδενὸς φέρεται δικανικὸς λόγος. Ita Clemens Alexandrinus Strom. 1. Φασὶ δὲ καὶ τοὺς κατὰ διατριβὴν λόγους, καὶ τὰ ῥητορικὰ ἰδιώματα εὑρεῖν καὶ μισθοῦ συνηγορῆσαι πρῶτον δικανικὸν λόγον εἰς ἔκδοσιν γραψάμενον Ἀντιφῶντα φυλῇ Ῥαμνούσιον. Dixisset itaque potius πρῶτος ἐπὶ τοῦτο τραπείς uti Photius: Συντάξαι δὲ αὐτὸν καὶ πρῶτον, φασὶ, τοὺς ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀγωνιστικοὺς λόγους. Jam sequitur hominis ætas: Γέγονε κατὰ τὰ Περσικὰ καὶ Γοργίαν τὸν σοφιστὴν, ὀλίγῳ νεώτερος αὐτοῦ. Quid Photius? Contrarium prorsus. Χρόνος καθ' ὃν ἤκμαζεν, ἐν ᾧ διαπέπρακται τὰ Περσικὰ, ὀλίγῳ πρότερον Γοργίου τοῦ σοφιστοῦ γεγονώς. Deinde interemptum fuisse a XXXviris memorat auctoritate Lysiæ et Theopompi. Quid Theopompus, nescio: Quid Lysias, tantundem. Excidit enim oratio. Id interea scio: exstare aliam orationem Lysiæ, p. 427. 7. ed. R. ubi diserte dicitur, Antiphontem a populo capite plecti post repressam CCCCvirorum dominationem. Ergo non ea dixit Lysias, aut de alio Antiphonte omnino dixit. Quod, ne quid dissimulem, video Scriptori nostro in mentem venisse: subjungit enim, ἀλλ' οὗτός τε ἂν ἡμερώτερος Λυσιδωνίδου πατρός· καὶ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ οὐ πονηροῦ μνημονεύει; quæ verba, ut aliquem exinde sensum elicere possem, neque inclementius cum scriptoris fama, quam par est, agerem, ita restitui posse existimo: Ὅτι δὲ ὑπὸ τῶν λ̄ ἀπέθανεν, ἱστορεῖ Θεόπομπος -- ἀλλ' οὗτός τε ἂν εἴη ἕτερος, Λυσιδωνίδου πατρὸς, οὗ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ ὡς πονηροῦ μνημονεύει. In proximis non contentus tanta varietate supplicii, Tragicum facit et a Dionysio Tyranno interemptum narrat, vel quod istud æs præstantissimum se habere dixit, unde conficerentur statuæ Harmodii et Aristogitonis, vel quod Regis tragœdias exsibilaret. Tu, qui priora legisti, noris hæc esse errores et portenta magna. Sequitur, Κεκωμῴδηται δὲ εἰς φιλαργυρίαν ὑπὸ Πλάτωνος σὺν Πεισάνδρῳ. Nonnulli pessime hæc interpretantur: *Eum sc. fuisse et a Platone et a Pisandro exagitatum.* Expediet Photius. Κωμῳδεῖ αὐτὸν Πλάτων ἐν Πεισάνδρῳ. Laudatur ab Athenæo et scholiaste Aristophanis ceterisque bene multis Fabula Platonis Comici, cui nomen dedit Πεισάνδρῳ· in qua et Pisandrum et Antiphontem potuit prosciudere, adeo ut recte se haberet et Photius et Plutarchus, Κωμῳδεῖσθαι sc. Antiphontem a Platone vel σὺν Πεισάνδρῳ, vel ἐν Πεισάνδρῳ. Deinde, Λέγεται δὲ τραγῳδίας συνθεῖναι καὶ ἰδίᾳ καὶ σὺν Διονύσῳ τῷ τυράννῳ. Iterum miscet non miscenda. Tragœdias scripsit non Rhamnusius, sed Tragicus. Et, licet eosdem fero errores erraverit de Antiphonte uterque et Photius et Philostratus, eos tamen Plutarcho, homini acerrimo, condonabo nunquam. Talem commentarium scripsisse Plutarchum notum est, idque testatur Lamprias F. Quæ hodie leguntur, nugivendoli sunt scriptoris, propagantis Photianos errores, eosque suis ineptiis et deliramentis mactantis.

CAP. VIII.

Fames, illegitimum pœnæ genus. Vindicatur emendatio *Lysiæ*. Quid sit καταράσασθαι πρὸς Ἑσπέραν. Hierophanta. Emendatur Pausanias, et Isæus.

INEUNTE oratione *contra Andocidem* p. 190. 2. ed. R. notatur Sacrilegus quidam (nomen ejus in neutra adversariarum Orationum occurrit) *luctuosissimo* mortis genere interiisse, *fame divinitus immissa*. Οὗτος οὖν ὁ ταῦτα ποιήσας, θανάτῳ τῷ ἀλγίστῳ ἀπώλετο, λιμῷ, sunt verba Lysiæ. Λιμὸν καὶ λοῖμον θεήλατα κακὰ vocat Philo de vita Mosis l. 1. p. 619. Edit Galen. *Lugubrem famem* dixit Plaut. Cistell. I. 1. 47.

"Nam si hæc non nubat; lugubre mihi fame familia pereat."

Homer. Odyss. M. 341.

Πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι,
Λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν.

Lucian. Asin. Ἔνθα ἐκπεσὼν θανάτῳ οἰκτίστῳ ὁλόκληρος ἔτι καὶ ἀκέραιος νεκρὸς τεθνήξομαι. Plin. H. 63. "Illa [*Terra*] medicas fundit herbas, et 629
semper homini parturit. Quin et venena nostri misertam instituisse credi potest: ne in tædio vitæ *fames, mors terræ meritis alienissima*, lenta nos consumeret tabe." Sallust. Fragm. l. 3. "Quem contra ætatem projectum ad bellum sævissimum, cum exercitu optime merito, quantum est in vobis, *fame, miserrimamque omnium morte*, confecistis." His conjunge Callimach. Hymn. in Cererem passim. Addidi *divinitus immissa*, licet id in Lysia non diserte dicitur, quoniam mirum est, quanta religione ab hac pœnæ sive acerbitate, sive fœditate potius dixerim, cavit jus humanum. Inde fit, ut cum Marcianus JCtus ait Judices non tantam sibi usurpaturos esse damnandi licentiam, ut necessariis impensis reum interdicant, Cuiacius confirmat in *necessariis* istis *impensis* victum intelligi oportere: neminem sc. ut fame pereat, esse condemnandum. Vid. Cuiac. in l. ex ea parte 120. §. in insulam D. de V. O. Idcirco apud antiquos Romanos cum Vestalis Virgo ob violatam pudicitiam sub terram defoderetur, lucernam, panem, aquam, lac et oleum una adjecere, ne videretur inedia perire. Nam ab illa, ut dixi, severitate temperabant maxime. V. Plutarch. in Numa p. 145. Edit. Bryan. Sic apud Sophocl. Antigon. 784.

Ἄγων ἔρημος ἔνθ' ἂν ᾖ βροτῶν στίβος,
Κρύψω πετρώδει ζῶσαν ἐν κατώρυχι,
Φορβῆς τοσοῦτον ὡς ἄγος μόνον προθεὶς
Ὅπως μίασμα πᾶσ' ὑπεκφύγοι πόλις.

σχ. ad loc. Ἔθος παλαιὸν, ὥςτε τὸν βουλόμενον καθειργνύναι τινὰ ἀφοσιοῦσθαι βραχὺ τιθέντα τροφῆς, καὶ ὑπενόουν κάθαρσιν τὸ τοιοῦτο, ἵνα μὴ δοκῶσιν λιμῷ ἀναιρεῖν· τοῦτο γὰρ ἀσεβές. Verosimile quidem est, id, quod Marcianus ait, ad minores tantum Judices et privatam jurisdictionem pertinere: ad Principem ipsum aut P. R. majestatem trahi non oportere, qui sæpe numero inedia sontis plectebant. Ita turbulentam suam vitam confecit Jugurtha, ceterique. Eadem oratione exeunte, ad has voces, Καὶ ἐπὶ τούτοις ἱερεῖα καὶ ἱερεῖς στάντες κατηράσαντο πρὸς ἑσπέραν, p. 252. ult. importunissimum istud ἱερεῖα memini me meo qualicunque obelo distinxisse, et ἱέρειαι reponere voluisse. *Voluisse* dixi, quoniam nescio

quo infortunio aut operarum incuria, adhuc *ἱερεῖα* locum non suum, id est in textu, occupat. Si post ea, quæ ad locum dixi de feminis Cereris sacra facientibus, aliquid sit dicendum, habe. *Ἐρήμην δ' αὐτοῦ* [Alcibiadis] *καταγνόντες καὶ τὰ χρήματα δημεύσαντες, ἔτι καταρᾶσθαι προσεψηφίσαντο πάντας ἱερεῖς καὶ ἱερείας, ὧν μόνην φασὶ Θεανὼ τὴν Μένωνος Ἀγραυλῆθεν ἀντειπεῖν πρὸς τὸ ψήφισμα, φάσκουσαν εὐχῶν οὐ καταρῶν ἱέρειαν γεγονέναι.* Plutarch. in Alcibiade. *Ἴστρος δὲ Δήμητρος εἶναι στέμμα φησὶ τὴν μυῤῥίνην καὶ τὴν σμίλακα· καὶ τὸν ἱεροφάντην καὶ τὰς ἱεροφάντιδας καὶ τὸν δᾳδοῦχον καὶ τὰς ἄλλας ἱερείας μυῤῥίνης ἔχειν στέφανον.* Schol. Sophocl. Œdip. Colon. 674. Adde ex Mazoch. et Grutero,

CASPONIA. P. F.
SACERDOS. CERERIS.
PVBLICA.
POPVLI. ROMANI.
SICVLA.

Vides sacerdotem *Siculam:* atque hinc fidem libero quam ibidem nexu obligavi, et inlustrari velim *actum* istum *legitimum κατηράσαντο πρὸς ἑσπέραν.* Romæ, ait Livius VII. 6. "M. Curtium, silentio facto, *templa* Deorum immortalium, quæ Foro imminent, Capitoliumque *intuentem*, et manus nunc in cœlum, nunc in patentis terræ hiatus ad Deos Manis porrigentem se devovisse." Hic Cereris Sacerdotes ad *occidentem solem* conversi, unde Cereris sacra petebantur (allata sunt enim ex Sicilia ad Atticam), hominem religionibus suis devovebant. "Aditum est ad libros Sibyllinos; in quibus inventum est, Cererem antiquissimam placari oportere. Tum ex amplissimo Collegio Xvirali Sacerdotes P. R. cum esset in urbe nostra Cereris pulcherrimum et magnificentissimum templum, tamen usque Ennam profecti sunt. Tanta enim erat auctoritas et vetustas illius religionis, ut cum illuc irent, non ad ædem Cereris, sed ad ipsam Cererem proficisci viderentur." Cic. 4. Verrin. Ita Ovidius IV. Fast. 21.

"Grata domus Cereri: multas ibi possidet urbes,
In quibus est culto fertilis Henna solo."

Ita Pluto, qui dum

"curru atrorum vectus equorum
Ambibat *Siculæ* cautus fundamina terræ,"

Proserpinam *vidit et abripuit*, a Sophocle in Œdip. Tyran. vocatur *ἑσπερος θεός.* Diod. Sic. l. 5. init. *Οἱ ταύτην οὖν κατοικοῦντες Σικελιῶται παρειλήφασι παρὰ τῶν προγόνων, ἀεὶ τῆς φήμης ἐξ αἰῶνος παραδεδομένης τοῖς ἐγγόνοις, ἱερὰν ὑπάρχειν τὴν νῆσον Δήμητρος καὶ Κόρης. Ἔνιοι δὲ τῶν Ποιητῶν μυθολογοῦσι κατὰ τὸν τοῦ Πλούτωνος καὶ Περσεφόνης γάμον ὑπὸ Διὸς ἀνακάλυπτρα τῇ νύμφῃ δεδόσθαι ταύτην τὴν νῆσον· τοὺς δὲ κατοικοῦντας αὐτὴν τὸ παλαιὸν Σικανοὺς αὐτόχθονας εἶναί φασιν οἱ νομιμώτατοι τῶν συγγρα-*
700 *φέων, καὶ τάς τε προειρημένας θεὰς ἐν ταύτῃ πρώτως φανῆναι, καὶ τὸν τοῦ σίτου καρπὸν ταύτην πρώτην ἀνεῖναι — Καὶ τὰς θεὰς δὲ ταύτας εὑρούσας [σῖτον] ἀκολούθως τοῖς εἰρημένοις, ὁρᾶν ἐστὶ μάλιστα τιμωμένας παρὰ τοῖς Σικελιώταις.* Epigramma Aristoclis.

Δάματερ πολύκαρπε, σὺ κῆν Σικελοῖσιν ἐναργὴς
Καὶ παρ' Ἐρεχθείδαις· ἐν δέ τι τοῦτο μέγα

Κρίνετ' ἐν Ἑρμιονεῦσι· τὸν ἐξ ἀγέλης γὰρ ἀφειδῆ
Ταῦρον, ὃν οὐκ ἀείρουσ' ἀνέρες οὐδὲ δέκα,
Τοῦτον γραῦς στείχουσα μόνη μόνον οὔατος ἕλκει
Τόνδ' ἐπὶ βωμόν· ὁ δ' ὡς ματέρι παῖς ἕπεται.
Σὸν τόδε, Δάματερ, σὸν τὸ σθένος, ἵλαος εἴης,
Και πάντων θάλλοι κλᾶρος ἐν Ἑρμίονῃ.

Sequitur p. 256. 2. Διοκλῆς ὁ Ζακόρου τοῦ ἱεροφάντου, πάππος ἡμέτερος. F. legendum, Διοκλῆς ὁ Ζάκορος τοῦ ἱεροφάντου, *Diocles* ædituus, *qui Hierophantæ erat ab officiis;* non *Diocles* Zacori *Hierophantæ filius.* Ratio suspicionis est, quoniam Hierophantæ apud Atheniensis uxorem ducere non licebat. Hieron. Epist. ad Gerontiam de Monogamia. "Hierophanta apud Athenas eviratur et æterna debilitate fit castus." Origen. c. Cels. l. 7. Καὶ εἷς μέν που παρ' Ἀθηναίοις ἱεροφάντης, οὐδὲ πιστευόμενος ἑαυτοῦ τὰς ἀρσενικὰς ὀρέξεις, ὡς Κύριος αὐτῶν εἶναι δυνάμενος, καὶ κρατεῖν αὐτῶν εἰς ὅσον βούλεται, κωνειασθεὶς τὰ ἀρσενικὰ μέρη, καθαρὸς εἶναι νομίζεται πρὸς τὴν νενομισμένην παρ' Ἀθηναίοις ἁγιστείαν. Pausan. in Corinth. c. 14. Τῆς δὲ πόλεως [Phliunte] αἱ Κελεαὶ πέντε που σταδίους μάλιστα ἀπέχουσι, καὶ τῇ Δήμητρι ἐνταῦθα δι' ἐνιαυτοῦ τετάρτου τὴν τελετὴν καὶ οὐ κατὰ ἔτος ἄγουσι. ἱεροφάντης δὲ οὐκ ἐς τὸν βίον πάντα ἀποδέδεικται· κατὰ δὲ ἑκάστην τελετὴν ἄλλοτέ ἐστιν ἄλλος σφίσιν αἱρετὸς, λαμβάνων, ἣν ἐθέλῃ, καὶ γυναῖκα, καὶ ταῦτα μὲν διάφορα τῶν ἐν Ἐλευσῖνι ὀνομάζουσι (l. νομίζουσι). Verum enim vero salva esse potest et debet Lysiæ vulgata lectio, quoniam ex monumentis hujus populi aliunde adparet, Hierophantam ante susceptum Pontificatum et uxorem ducere et liberos suscipere potuisse. Unde ait idem Hieron. c. Jovinian. l. 1. fin. "Hierophantas Atheniensium usque hodie Cicutæ sorbitione castrari, *et, postquam in Pontificatum fuerint electi*, viros esse desinere." Isæus de Apollodori hereditate: Διέθετο τὴν οὐσίαν, καὶ ἔδωκε τῇ ἐκείνου μὲν θυγατρὶ, ἐμοὶ (l. ἐμοῦ) δὲ μητρὶ, αὐτοῦ δὲ ἀδελφῇ, διδοὺς αὐτὴν Λακρατίδῃ τῷ νῦν Ἱεροφάντῃ γεγεννημένῳ. Atque hæc hactenus.

CAP. IX.

Indicantur duo fontes mendarum, quibus scatet Glossarium Hesychianum. Emendatur octoginta circiter in locis. Tentatur Homerus.

Memini me ad orationem istam, quæ inscribitur περὶ τῆς Εὐάνδρου δοκιμασίας, p. 800. ult. ed. R. admonuisse Hesychium pluries emendari posse unico medicinæ genere. Non te latet, mi lector, initialis, ut vocant, dictionum literas in unoquoque istius Glossographi articulo *vel* a describente nonnunquam relinqui minio olim pingendas, quod minium casu aliquo pingi negligebatur, *vel* ita tenuiter exarari, ut aliquando literarum ductus vel Lynceos oculos effugeret. Constat certe ita evanuisse, cum descriptor Ἱέρας, loco τοῦ τέρας, σημεῖον exposuit, et locum tam magnifice, tam pulchre coctæ glossæ dedit inter voces, quæ ab I incipiebant. Dubitare me non sinit doctissimi et (sive privata officia recolam, sive publica in Rem literariam merita) nunquam a me satis prædicandi I. Alberti Harlemensis spectatissima solertia, quin Hesychius jam ab eo prelo committendus et istiusmodi curationem et mea monita minime

exspectet. Condonabit tamen Vir æquissimus, et patienter a me dici audiet, quæ ille propediem tanto dicturus est melius. Mos semper fuit, ut nos novi homines in hac Republica lacero illo glossatore qu. *προσόδῳ* uteremur ad honores et dignitatem. Ibi est, quod unusquisque nostrum *ἀγχίνοιαν* suam in insuetum iter libret, et in ea palæstra se exerceat,

" Dum conderet urbem,
Inferretque Deos Latio."

Cum ergo Hesychius aliquid a me dici exspectet, age experiamur, nunquid proferre possim, quod aliorum fugiat industriam. Et potissimum in duplici isto mendarum fonte versabitur commentatio nostra, quem nuper indicavi, sc. ubi Vox alienam sedem occupaverit, *aut* quod exciderit
701 litera initialis, *aut* quod imaginem suam et vestigia dissimulaverit. Neque ceteros fontis, ubi usus venerit, negligemus. In Δ. *δύρεσθαι* exponitur *ὀδύρεσθαι* (ut, non exponi, sed legi oportuerat) *κλαίειν, θρηνεῖν*. In eadem litera *δυάζει φλυαρεῖ* est menda ipsa. Primo enim Δ et Λ literarum similitudo librarium decepit, et *Δυάζει* pro *Λυάζει* scripsit. Videamus ergo, quid *Λυάζει*. *Λυάζει, φλυαρεῖ, μωρολογεῖ, στασιάζει*. Nondum recte. Legendum enim *φλυάζει*. Verum neque ea vox rectius fere vel in sua sede exaratur. Ibi enim legere oportet *Φλυάζει*, (non *φλονάζει*, ut editur) *φλυαρεῖ, ληρεῖ*. Similiter in Λ. *Λάζων*. Ille interpretatur, Tu autem rescribas *ἀλάζων*. In Π. *πίτνας ἐκτείνων τίμια φασί*, multa sunt menda. Primo enim evasit litera E, qua retracta ex fuga, lege porro non *Ἐπίτνας*, verum *Ἐπιτείνας*, quod recte ille exponit *ἐκτείνων*, ut debuit: Deinde, quod sequitur, sc. *τίμια φασὶ*, repetuntur ex articulo superiori desinente *τὰς τιμωρίας πιτίμια φασίν*. Pergit glossographus et mendosæ glossæ *Πιτνὰς* subjungit alteram *Πιτνεῖ, πίπτει, ἐκτείνει*. Falsa hæc. *Πιτνεῖ* quidem est Cadere, verum *ἐκτείνει*, quæ est altera expositio, poscit *ἐπιτείνει*. Quod Tu in posterum non dubitabis legere. Eodem pacto *Ληχόϊον κανοῦν οὐ λοχόϊον* restitues *οὐληχόϊον κανοῦν οὐλοχόϊον*, et tibi conferenti fidem faciet glossa *Οὐλοχόϊον*. In *Μώδιξ* articulo non major sanitas. Substituas enim pro *Μώδιξ, Φλὸξ, φλυκτὶς, Σμώδιξ, Φλὲψ, φλυκτίς*. Confer *Σμώδιξ* et *Φλέψ*. In I leginus *Ἴγνυντο, ἠνοίγοντο*. Hoc erat *οἴγνυντο, ἠνοίγοντο*. Ibidem *ἱερὸν, ἔνυγρον, ἀγαθὸν, μέγα, ὅσιον καὶ ναός*. Sit sane *μέγα*, sit *ὅσιον* et *ναός*. At interea *ἔνυγρον* est *διερόν*. *Διερόν· ὑγρόν· χλωρόν· ζῶον· ἔναιμον*, etc, †, *Διερός· λαμπρός· ζῶν· περιφανής*. †. *Διερούς, διόγρους*. In litera O excidisse arbitror non literam, sed syllabam. *Ζαζόμενος, σκῶπτων*. Legerem enim ex Hesych. in *Τωθάζω*, *Τωθαζόμενος*. Hæc vox iterum corrumpitur. Nam pro *Θωτάζει, ἐμπαίζει, χλευάζει*, legerem *Τωθάζει*. In P. leginus *Ῥίσαντες, φλονεικήσαντες*. Lego *ἐρίσαντες*. In eadem litera *ῥαίδηλες ἐμφανές*. Ubi credo non extritam esse literam ducem, sed transpositam, et legi recte *ἀρίδηλες*. Ibidem legitur *ῥήγων βοηθών*. Quod nihil aliud est, quam *ἀρήγων*. In T. *τήτυμα, ἀληθῆ*. Lege *ἐτήτυμα*. In horum nonnullis serius didici meam Crisin esse præreptam. Non ignoro aliquando literam principem deficere ex populi alicujus aut gentis consuetudine. Ita *Ἴγα, σιώπα Κύπριοι*. Ergo non temere Librarii socordiæ imputabis, quod populi alicujus consilio vel saltem usu est introductum. Hesychius enim, qui gentium sermones memorat *centum* fere et *triginta*, aliquando, immo sæpissime, auctoritatem suam reticet, dissimulato nomine istius populi, qui dialectum formavit aut celebravit. *Βέλλει*

apud eum est ἀμέλγειν. At cujatium? Atticorum nempe, ut aliunde discimus, sc. ex σχ. Theocr. ad Idyll. II. 56.

Ἐμφὺς, ὡς λιμνᾶτις ἅπαν ἐκ βδέλλα πέπωκας,

Ubi dicitur: Εἴρηται δὲ βδέλλα παρὰ τὸ βδάλλειν, ὅ ἐστιν ἐξαμέλγειν τὸ αἷμα. τὸ γὰρ ἀμέλγειν Ἀττικοὶ βδάλλειν λέγουσι. Quæ verba scholiastæ leguntur fere, verum sine nomine gentis, apud Hesych. in Ἐβδηλλάμην. Eodem modo vox Θρόνα vel Τρόνα apud alias gentis et scriptores alias et maxime diversas nacta est significationes, ut discimus ex eod. σχ. ad II. 59. Θρόνα, Θεσσαλοὶ μὲν τὰ πεποικιλμένα ζῶα· Κύπριοι δὲ τὰ ἄνθινα ἱμάτια· Αἰτωλοὶ δὲ φάρμακα, ὥς φησι Κλείταρχος· Ὅμηρος δὲ τὰ ῥόδα. Ex his nonnullas habet Hesychius (habebit saltem propediem, sc. ubi emendavero), non tamen nobiscum ea fide egit atque scholiastes. Prodidit enim, quid dicantur, non quis dixit. Ecce in Θρόνον. Θρόνον τετράπουν καὶ τὸν ἱερὸν δίφρον, καὶ ἐκπεποικιλμένον. Scripsit procul dubio τετράπουν ἐκπεποικιλμένον, lacertam sc. aut animal simile, quod Thessali vocant Θρόνον. (Dum in his regionibus subsistam proximam vocem et emendari ejusque interpretationem vindicari velim. Θρονίτης, πρώτιστος. Fab. Χρώτιστος. Temerarius ille homo vix, credo, se ipsum intellexit. Tu retineas πρώτιστος, et emendes Θρανίτης. Hesych. in Θαλάμιος. Θαλάμιος λέγεται ὁ ἔσχατος· ὁ δὲ μέσος ζύγιος, ὁ δὲ ἀνώτατος θρανίτης.) In Τρόνα dedit Cypricum usum. Τρόνα ἢ θρόνα ἀγάλματα, ἢ ῥάμματα ἄνθινα. Fortasse scripsit βάμματα, vel, quod potius suspicor juxta scholiasten modo laudatum, ἱμάτια, ἄνθινα. More hoc Hesychii observato, cum et Εἶδαρ et Ἴδαρ exponat βρῶμα, non utique extemplo adfirmabis extritam esse alicujus incuria literam Ε in Ἴδαρ, ne, quod communiter Εἶδαρ dicitur, id Cyprius, vel Ætolus, vel Syracusius, mallet pronunciare Ἴδαρ. Idem pene est, ut moneam de Εἰαμεναὶ et Ἰαμεναὶ, Εἴαρ et Ἴαρ, Εἴθαρ et Ἴθαρ, Εἶλαρ et Ἴλαρ, Εἰρωνεία et Ἰρωνεία. Exponit ille Εἴκων, ὑποχωρῶν et Ἴκοντες, ὑπακούοντες, παραχωροῦντες. Εἰλαπίνη, θυσία, ἑορτὴ, et Ἰλαπίνας, θυσίας, ἑορτάς. Εἰλεὸς dicitur ἡ τοῦ θηρίου κατάδυσις, Ἱλεὸς θηρίου φωλεός: Similiter Εἰλιγγιᾷν, σκοτοῦσθαι, συστρέφεσθαι, et Ἰλιγγιᾷν, συστροφοῦσθαι, σκοτοῦσθαι. Ita, Ἐρήνη. κόρος· τέλος. (Tu fac emendes εἰρήν. κόρος, τέλειος) et Ἰρίνες (potius Ἰρῆνες. Vid. Kust. ad Suid. v. Μελείρην, et Lexic. Herodot.) μελέφηβοι. Nolis itaque emendaturienti similis, αἴμονα ἐπιστήμονα, ἔμπειρον, protinus existimare reponendum esse δαίμονα, qu. δαήμονα. quod ille pariter fere interpretatur: verum in Homero subsistere Il. E. 49. 702

Υἱὸν δὲ Στροφίοιο Σκαμάνδριον, αἴμονα θήρης.

Sæpissime innuere videtur, utroque modo et dici et scribi. Ita Ἴρεται, ἢ εἴρεται, συνάπτεται. Ἰπύα, σιπύα. Quasi dixisset cellam panariam, vel ἀρτοθήκην, ab aliis Σιπύαν dici, ab aliis Ἰπύαν. Λέκρανα ἢ ὠλέκρανα τοὺς ἀγκῶνας: unde non dubitabis corrigere Ὠλέκρανον ὁ Ἄγων sic, Ὠλέκρανον ὁ Ἀγκών. Aut, si dubites, consulas glossam Ἀγοστούς. ὠλέκρανα. οἱ δὲ ἄκρα χειρῶν, ἢ πήχεις, ἢ ἀγκῶνες.

Eandem porro adhibebis dubitationem in emendandis iis glossis, in quibus literæ principalis figura propter similitudinem exarandi librarium fefellisse potuit. Nam et hæc est altera pars disputationis meæ. Non ergo protinus, si quid a Β incipiat, quod Ego vel Tu per Φ describeremus, id in Φ corrigendo corrumpes· quoniam si ore Macedonico usus

esses, intactum utique relinqueres. Plutarch. enim Quæst. Græc. 9. Τῷ Β ἀντὶ τοῦ Φ χρῶνται Μακεδόνες, Βίλιππον καὶ Βαλακρὸν καὶ Βερονίκην λέγοντες. Nescire non possis hæc nos dicere et nominare Φίλιππον et Φαλακρὸν et Φερονίκην. Verum id non patiuntur Macedones. Eodem teste Β pro Π Delphici oris est et loquelæ. Adspirationem variæ gentes varie exprimunt. Lacones per Β. Ita Hesychius Βάγος, κλάσμα ἄρτου, μάζης, καὶ βασιλεὺς καὶ στρατιώτης (corrige στρατηγός). Λάκωνες. Eam vocem antiquissimi Attici exarassent ΗΑΓΟΣ, Æoles ΓΑΓΟΣ: nos communiter non adspiramus, verum scribimus ΑΓΟΣ. ut Hesych. Ἀγὸς, ἡγεμὼν, ἀπὸ τοῦ ἄγειν τὰ πλήθη, et alibi Ἄγος, κλαῦσμα, τραῦμα (lege ex eod. Hesych. in v. Βάγος, κλάσμα ἄρτου), ἀρχηγός. Ejusdem commatis sunt Βείκατι εἴκοσι. Λάκωνες. Βεικηλὰ, νωχελῆ (scribe ἀνωφελῆ), ἀχρεῖα. Λάκωνες. Unde non dubitabis et has voces ad Laconismum referre, quanquam id non admonuit Auctor. Βείρακες, ἱέρακες. Βείκας, μακρόθεν. Βέκας, μακράν. Βέκως, μακρόθεν. et sexcentas alias. Eodem adspirandi more delectantur Cretes, qui Laconice loquebantur. Βαλικιώτης, συνέφηβος. Κρῆτες. Tu ergo cave, neque tibi hæc esse prædicta non dixeris. In iis autem, quæ sequuntur, securo ut sis animo, jubeo. Ibi enim experiundo scies et facillimum describentis errorem, et certissimam emendantis fidem. Γ simplex Gamma Græcorum ea est infelicitate figuræ, ut ad plurimas literas similitudine accedat, atque eapropter fœdissimas turbas excire soleat. Si in latus inclines, lineæ duæ, quibus describitur, in angulum fastigiatæ repræsentabunt literam Λ. Deinde Λ et Δ et Λ unius lineolæ discrimine a se invicem disterminantur. Porro Γ, si tenuior foret transversæ suæ lineæ ductus, in Ι recidet, et vicissim simili fere vitio ex Τ enascetur. Aliquando insinuabit se in locum congeneris sui, si formam et familiam respicias, Digammatis Æolici F. Est ubi scribitur loco notæ episemæ, quæ potestatem ejusdem digammatis exprimit. Exempla nonnulla proferemus, quæ ceteros fortasse hactenus fugere. Notæ Τ in Γ solitam et levem esse mutationem joculari errore suo testatur Theod. Gaza Gram. l. 3. exeunte, p. 99. *b*. Εὐλογώτεροι μέντοι ἐπὶ τοῦ ὀρύττω καὶ τῶν ὁμοίων τὸ γράφειν ὀρύτγω, καθάπερ κἀν τοῖς παλαιοτέροις τῶν ἀντιγράφων ὁρῶμεν. Tanta erat auctoritate, tanta contagionis diritate una et levissima in Exemplaribus litura, ut pene artem ipsam contaminaret, et jam scholis jura esset datura. Ammonius ad voces ἦν δὲ — ὥρα ὡσεὶ ἕκτη. Ioan. XIX. 14. Ὁ δὲ καλλιγράφος ἀντὶ τοῦ Γάμμα στοιχείου, ὅπερ σημαίνει τὸ τρίτην, ἔγραψε τὸ ἐπίσημον, ὃ καλοῦσιν οἱ Ἀλεξανδρεῖς γαβὲξ, ὃ δηλοῖ τὴν ἕκτην, πολλὴν ἔχοντα πρὸς ἑαυτὰ τὴν ὁμοιότητα, καὶ διὰ τοῦ γραφικοῦ σφάλματος γέγονεν ἡ διαφωνία. Ἀντὶ γὰρ τρίτης ὥρας, ἕκτην ἔγραψε. Observarunt plurimi, quorum in numero sunt præstantissimus Galeus noster in erudito suo commentario ad Demetrii Phalerensis librum De Elocutione (quem hominem ob morum suavitatem atque eruditionis elegantiam nemini fere in disciplina nostra secundum pono), et nuper summi ingenii et doctrinæ vir I. Albertus (qui literarum bono natus corruptissimum hunc Auctorem integre expoliendum emaculandumque in se suscepit), innumeras fere glossas sub litera Γ latere, quæ duplici F Æolensium exarari debent. Quo pacto Γιστία, Γισχὺν, Γοῖνος, Γέντερ, Γέαρ, et sexcentæ aliæ emendandæ sunt Ϝιστία, Ϝισχὺν, Ϝοῖνος, Ϝέντερ, Ϝέαρ. Exponuntur enim ἐσχάτη (l. ἐσχάρα) i. e. Vesta, ἰσχὺν, Vim, οἶνος Vinum, κοιλία, i. e. Venter, ἔαρ Ver. Salmasium quidem virum maximum

in commentariis ad Herodis et Regillæ uxoris inscriptiones latuit medela tam facilis et expedita. Neque enim illi assentior adfirmanti quasdam gentis posse duplex gamma (vel adspirationis notam) ut simplex gamma vel exarare vel ex ore proferre. Accidit hoc proculdubio ex corruptela 703
Codicis Hesychiani. In ceteris Lexicographis istius consuetudinis nullum vestigium, Photio puta, et Suida, etc. Nemo superest præter Phavorinum, qui corruptissimum auctorem Hesychium descripsit, et proinde Hesychianæ auctoritati nihil quidquam ponderis adjicere vel potest vel debet. Verum non ubique velim, ut tali medicina mactetur Hesychius. Descripsit ille nimirum Homericas dictiones ad unam fere omnis, ea autem incuria, ut aliquando particulas, quibus scatet πολυώνυμος ille scriptor, inconsultissime sequenti vocabulo agglutinaret. Inde si scripsisset Homerus γ' οἶδα, proclive fuit Lexicographo nostro Γοῖδα exinde procudere (quod tamen nescio, quo errore, error enim errorem gignit, per οὐκ οἶδα interpretatur) si γ' ἔτος, Γέτος, Inde fit, quod tot voces in Δ, in Θ, in Τ et Ρ reperiantur, quæ Homericis δ', θ', τ' et ρ' originem debent. Δαιάζω, ἀναβοῶ, στενάζω exponitur, eodem modo quo Αἰάζω. Neque eodem modo exponuntur Αἰάζω et Δαιάζω solum, verum et Ἀδαΐζω quoque. Ejusdem commatis est ἀδεάζων, ἀναβοῶν, ἀναστενῶν. Hinc quoque exponitur δίψαι, βλάψαι. Natum est vocabulum ex locis Homeri nonnullis male lectis. Ubicunque enim occurrit Ἴψαι, semper particulam δ' a tergo sequitur, ut Il. A. 454. et H. 237.

Τιμήσας μὲν ἐμὲ, μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν.

et B. 193.

Νῦν μὲν πειρᾶσθαι, τάχα δ' ἴψεται υἷας Ἀχαιῶν.

Ex simili fortasse fonte θολκάζει χαλιναγωγεῖ. sc. θ' ὁλκάζει. Nam in υ Ὁλκάζει, ἕλκει, χαλιναγωγεῖ. Inde portentum lectionis Θαστρεύεσθαι, ἀναβάλλεσθαι: quod Tu, amice lector, ex Homer. Iliad. O. 512. procurabis,

Ἦ δῆ θαστρεύγεσθαι ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι.

Adde, si lubet, aut minus probasse videar, Hesychium in Ἦ δῆθα στρεύγεσθαι et in Στρεύγομαι. Arrepta hac occasione emendare non te pigebit corruptissimam glossam Στραυγγεύει, διαβάλλει, οὐκ εὐθὺς πορεύεται. Potius omnino Στραγγεύει, ἀναβάλλει, οὐκ εὐθὺς πορεύεται. Similis fere error aliquibus voculis articulos suos adjunxit, ut ἡδόκωσις ἡστέγη: quemadmodum et recte in Δ interpretatur δόκωσις. Ita in Hesychio legimus in Ο. Ὀδειμάλεος, Ὀδοίοπος, i. e. Δειμάλεος et Δίοπος. Ita Ὀδέγμην προσεδόκων ne corrigas cum Guieto Ἐδέγμην, sed cum viro docto ὃ δέγμην, *id quod exspectavi*. Notabilis est error glossæ ὀδαῖος ὀλίγος — πράσιμος, ὠνήτης. Recte fortasse πράσιμος et ὠνήτης, ut supra in Ὀδαῖον et Ὀδαίων. Ὀδαίων, ὠνίων. ὀδῆσαι γὰρ τὸ ὠνήσασθαι. At quomodo aut qua machina est ὀλίγος? Nempe pro ὀδαῖος substituas Ὁ Βαιὸς, et consulas Βαιὸν in suo loco. Infra legimus Ὀπροστρόπαιος ὁ ἀποστρέφων. Tu fac dividas Ὁ Προστρόπαιος. Deinde Τηαλέσθην, τὴν ἅμαξαν. Lege τὴν ἀλέσθην. Supra enim Τῇ ἀλέσθῃ, τῇ ἁμάξῃ. Ut ad Æolismum revertar, et monstra, quæ peperit; digamma istud quamvis in suum simplex frequentissime, aliquando tamen in Τ, quod etiam proclive fuit, degeneravit. Nam Τέπτα, ἑπτὰ exponitur, i. e. Ϝεπτά. et, quod est lucidissimum, Τενεκοῦντι, ἐνοικοῦντι. Αἰολεῖς. Adducor equidem, ut credam in dictionibus Æolicis, quales multæ apud Homerum et antiquos leguntur, ibi semper fere in concursu vocalium ad hiatum declinandum eorum digam-

ma se inseruisse, maxime cum id Romanis solenne fuerit, qui ab Æolensibus linguam suam mutuo sumpsere. Inde quod hi ΔαϜος, ΤαϜων, ΟϜις, ΒοϜος exarabant, illi literis suis dixerunt *Davus, Pavo, Ovis, Bovis.* Priscianus certe se scriptum reperisse testatur in vetustissimo Apollinis tripode, qui erat in Xerolopho CPoleos, ΔημοφάϜων ΛαϜοκόϜων. Recte sane, atque ideirco Hesychius in v. προτιάπτω, προπέμπω, ad Homericum locum respiciens, qui initio Iliados legitur

Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἀΐδι προΐαψεν
Ἡρώων,

si emendetur προϜιάπτω, προπέμπω (quidni autem ita emendetur?) fidem faciet antiquissimos Homeri codices ita fuisse exaratos, qua itidem ἀκριβείᾳ, suam editionem, quam non minori ingenii felicitate molitur quotidie, quam nos omnes vehementia exspectationis efflagitamus, describi curabit bonarum omnium artium stator et vindex, clarissimus Bentleius. Ut redeam, hoc quasi

"regens vestigia filo,"

vexatissima ista ῥήγεα vel ἠνία, εἵματα, δέσματα, σιγαλόεντα, quæ passim apud Homerum leguntur, ut Iliad. E. 226.

Ἀλλ' ἄγε, νῦν μάστιγα, καὶ ἠνία σιγαλόεντα
Δέξαι.

Iliad. X. 154.

Καλοὶ, λαίνεοι, ὅθι εἵματα σιγαλόεντα
Πλύνεσκον Τρώων ἄλοχοι.

Ibid. 468.

Τῆλε δ' ἀπὸ κρατὸς χέε δέσματα σιγαλόεντα.

704 emendari jubeo semper σιϜαλόϜεντα. Qui a σίγη deducunt vel potius cogunt, operam ludunt. Σιαλῶσαι apud Hesychium est ποικίλαι. Recte igitur Σιγαλόεν (corrupte Γ pro F) exponitur ab eodem, ποικίλον τῇ γραφῇ, λαμπρὸν etc. † Σιγαλόεντα, λαμπρὰ, ποικίλα, καὶ τὰ ὅμοια. Porro quo pacto miscentur Γ, F et T, ita nonnunquam propter cognationem Λ et Λ. Ita Αἰταὶ θυγατέρες Διὸς αἱ τοῖς δεομένοις βοηθοῦσαι, rescribe cum H. Stephano Λιταί. Ita enim Homerus Il. I. 498.

Καὶ γάρ τε λιταί εἰσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο.

Et similiter in media voce Ἰαλάσι δεσμοῖς. Lege Ἰλλάσι. Quæ est iterum vox Homerica, Iliad. N. 571.

Τόν τ' οὔρεσι βουκόλοι ἄνδρες
Ἰλλάσιν οὐκ ἐθέλοντα βίῃ δήσαντες ἄγουσιν.

Vicissim Λῆται, ἄνεμοι. Rescribe Ἀῆται. Iterum emendat vocem eandem, et in Λ pro ἄνται, ἄνεμοι, rescribo optimo jure Ἀῆται ἄνεμοι. Et hæc fortasse est labes glossæ istius βαιμάζειν, βασιλεύειν ἢ βαστάζειν. Ibi repono primum Βλιμάζειν. deinde confirmo, Βλιμάζειν primo et proprie est mulgere, quasi θλιβομάζειν. Id Etymon debeo erudito Scholiastæ Aristoph. Av. 530. Ita Hesychius Βλιμάζειν τὸ τηθολαβεῖν οἰονεὶ θλίβειν ἢ βαστάζει. f. θλιβομαστάζειν cum scholiaste. Deinde, ubi omnia manu regebantur, quoniam principum erat et potentiorum plebis *crumenas mulgere*, exponit Hesych. in secundo loco βασιλεύειν, Didymus κακοῦν, ἀποτίλλειν, κατεσθίειν. Significat denique tertio loco ventrem avium contrectando de earum bonitate experiri: Ita Aristoph. Av. 526.

Πᾶς τις ἐφ' ὑμῖν ὀρνιθευτὴς
Ἵστησι βρόχους, παγίδας, ῥάβδους,
Ἕρκη, νεφέλας, δίκτυα, πηκτάς·
Εἶτα λαβόντες πωλοῦσ' ἀθρόους,
Οἱ δ' ὠνοῦνται βλιμάζοντες.

Nihil tamen horum omnium ad βαστάζειν pertinet. Quid ergo? Nempe ut in prima voce litera literam similem similaverit, ita in hac altera alteram excluserit. Lego enim Βλαστάζειν. Hesych. Βλαστάζειν, βλιμάζειν οἱ αὐτοὶ i. e. Siculi. Sed nondum ex his me expedivi. Sequetur enim articulum Βλιμάξαι, βαστάσαι, ἀτιμάσαι, legendum esse Βλιμάξαι, βλαστάσαι, ἀτιμάσαι, atque etiam βαίνη, ὕβρις, βλίμη, ὕβρις. Ita enim Βλίμη, προπηλακισμὸς, ὕβρις. Atque hæc quidem hactenus. Deinde eodem jure pro Βαίταν. Βαιτάς. Βαιτάδα. Βαιτῶνα, quibus nominibus οἱ παλαιοὶ secundum Suidam, vel Ἕλληνες sec. Hesych. significabant homines nequam et nullius precii, rescribe Βλίταν. Βλιτάς. Βλιτάδα. et Βλιτῶνα. Confunduntur Α. Δ. et Λ. δάσος, σύνδενδρος τόπος. I. Ἄλσος. Si desit, quod addam auctoritatis aut fidei causa, notabis iisdem verbis explicari Ἄλσος suo in loco. Ἄλσος, σύνδενδρος τόπος. Vox hæc similiter corrumpitur infra in Δρυμός. Δρυμὸς, δάσος, σύμφυτος τόπος — σύνδενδρος. Lege Ἄλσος et me habebis fidejussorum. Similis error est in Λαγεινὰ, δεινά. Corrige Ἀλγεινά. Nihil verius. Jam eodem filo usus luce et Hellenismo donabis barbaram istam glossam ad caput literæ Δ. Δαγμνὸς, οἰκτρὸς, πένης, ἐλεεινός. Tu enim, sat scio, leges Ἀλγεινὸς, et eod. modo infra Δαεινὸν, κλαύσιμον. Puto Αἰλινὸν, κλαύσιμον. Permiscentur T. et X. Τήτει, σπάνει. Lege Χήτει. Nam sequentibus suo in loco, Χήτει, στερήσει, ἐνδείᾳ, σπάνει. Ita etiam lubenter legerem Χῆτος, ἀπορία. Non, Χὴ, ἔθος, ἀπορία. Pauca adjiciam ex glossis inter se turbatis. Κονιπόδες, ὑποδήματα μοιχικά. † Κονιορτοπόδες, ἀγροῖκοι, ἐργάται. Lego Κονιπόδες, κονιορτοπόδες, ἀγροῖκοι, ἐργάται. Vid. Plutarch. Quæst. Græc. 1. Voces ὑποδήματα μοιχικὰ locum hic habere nequeunt. f. spectant ad glossam Κονίσαλοι, ἀφροδίσια. Ut plene sit Κονίσαλοι, ὑποδήματα μοιχικὰ, ἀφροδίσια. Legimus in H. Ἠγυᾶτο ὁ λαμβάνων ἤγετο † Ἥγε, αὕτη, ἥτις. video hic tris glossas. † Ἠγγυᾶτο (sic enim legas) ὁ λαμβάνων. H. e. qui mutuo sumebat (λαμβάνειν enim, ut docuimus p. 338. edit. nostræ est quodammodo vox usuraria) *fidem dedit, sponsionem præstitit.* Eo ritu sæpissime in Lexicis voces exponi solent, id quod duplicem operam præstat: ostendit enim, quid sit Ἐγγυᾷν et quid Ἐγγυᾶσθαι. Pergo autem ad proximam glossam a me fabricandam. Quæ est hujusmodi † Ἤγετο, ἦγε. Deinde † Ἥγε, αὕτη, ἥτις. Jam in iis, quæ leguntur in Δ. sc. Δαΐω μάθω, † Δαίων, καίων † Δαίω καὶ ἐξάπτω † Δάηε ἐλύπησε. Fortasse hoc pacto Δαίων καίων † Δαίω μάθω καὶ ἐξάπτω. Certe † Δάκε ἐλύπησε. Modo enim Δάκνει, λυπεῖ. In Ω. cave putes hæc esse interpretamenta, † Ὠικέτευεν, ᾤκει † Ὠκοδόμουν (rescribe Ὠικοδόμουν), ᾠνοχόουν, verum quatuor voces, quæ interpretatione destituantur, hoc pacto digeres:

Ὠικέτευον
Ὤικει
Ὠικοδόμουν
Ὠινοχόουν.

Ohe! jam satis.

CAP. X.

705 Jus Atticum commendatur. Promittitur Commentarius de republica Atheniensi. Nonnulla observantur ad eam rem spectantia. Emendantur Harpocratio et Hesychius.

Si Scriptor, quem hodie non minori fere ex obscuritate vindicamus, quam Manutius, qui typis evulgavit primus, ex eorum numero esset, qui ob sermonis elegantiam et colorem quendam orationis, sterilem et infructuosam delectationem solummodo impertiant; næ ego is non fuissem, qui tantos labores in expoliendo insumerem: Nullius fuisset tanta in me auctoritas, ut Scriptorem evolverem, excuterem, evulgarem, qui neque civilem vitam emendare, neque domesticam ornare potuisset. Tantum neque ocio, quod mihi minimum est, neque mea in literis auctoritate, quæ fortasse minor est, fuissem abusus. Habet enim quodammodo disciplina nostra auctoritatis imaginem: est quædam in recognoscendis expoliendisque auctoribus commendatio eorum, quos expolimus: atque artem profitemur, maxima licet cum severitate, nonnulla tamen, hac certe, cum dignitate conjunctam. Si quid igitur hæc nostra edendi ratio in se habeat consilii, studiosus semper fui, ut istud qualecunque consilii aliquam etiam contineret utilitatem. Omnium gentium, quæ moribus et legibus vixere, ea semper prudentissima habebatur, in cujus disciplina et natus et educatus est Scriptor noster. Quod si Lysiam, Demosthenem, ceterosque Fori scriptores Fortuna nobis non conservasset, qui sæpenumero solennis legum formulas atque ipsa verba legitima produxerunt, producta illustrarunt, celeberrimam istam disciplinam, atque Atticæ sapientiæ imaginem in Jurisprudentia solummodo Romana adumbratam vidissemus. Verum precariam istam P. A. gloriam abunde recreavit suorum Oratorum fortuna, quæ aliquatenus oblivionem superavit. Laudabilis fuit S. Petiti industria, qui istius Jurisprudentiæ naufragia singulari et erudito commentario complexus est. Multum ad hoc argumentum illustrandum passim contulit vir incredibilis eruditionis ὁ μέγας Salmasius, qui neque fama, neque meritis Petiti deterritus novam et integram commentationem de LL. Atticis in animo meditabatur. Meditabatur quoque vir doctissimus H. Valesius, aliique, quorum qui merita non ignorant, interventa consilia tantæque et tam solidæ eruditionis jacturam mecum quotidie dolent. Fuere autem I. Phil. Maussacus, eruditus commentator Harpocrationis. Vid. ad v. Ποδοστράβη, et Περίπολος. Lambecius, ut ex ejus Prodomo liquet. Josephus Scaliger, cujus Collectio Legg. Atticarum inedita servabatur in Bibl. Academiæ Lugduno-Batavæ. Vid. Salmas. I. Epist. 120. Ea usus est Petitus, G. Critonius Professor Reg. Paris. cujus Præfatio in Draconis et Solonis leges est in Cod. MS. CDXLIX Biblioth. Cæsareæ. Ex antiquis scripsit Demetrius Phalereus περὶ τῆς ἐν Ἀθήνῃσι νομοθεσίας. V. Diog. Laert. Harpocr. in Ἑρκεῖος Ζεὺς et Παράστασις. Laudatur istius operis liber 3. a Suid. et Harpocr. in Σκαφηφόροι. In Solonis Ἄξονας scripsere utique Aristoteles, Seleucus, Didymus. Citatur Apollodorus ἐν βῳ περὶ νομοθετῶν a Laertio in Solone. Περὶ νομοθετῶν scripsit Theophrastus, ut li-

quet ex eod. Laertio, et Harpocr. in Φαρμακός. Ejusdem de Legibus liber citatur ab Harpocrat. et in Digestis. Callimachum ἐν τῷ τρίτῳ πίνακι τῶν νόμων laudat Athenæus l. 13. p. 585. Heraclidem Ponticum περὶ νόμων Laertius. De Legibus scripsit Pittacus, ut constat ex Suid. De Atheniensium legibus et moribus, itemque de dicasteriis Atheniensium Telephus, ut liquet ex eodem: a quo etiam in v. Ζαμόλξις laudatur Hellanicus ἐν νομίμοις. Hemippi librum primum περὶ νομοθετῶν laudat Athenæus l. 4. p. 154. et Origen. 1. c. Cels. librum secundum Porphyrius 4to. περὶ ἀποχῆς, librum sextum Athenæus l. 14. p. 619. Plethonem Theodoro Gazæ æqualem ἐν τοῖς περὶ νομοθεσίας λόγοις laudat ipse Theodorus in libello de Mensibus. Quantum ista disciplina debeat nostræ quoque industriæ, malim intelligi ex commentario de Rep. Atheniensi, quem indies paro, quam ex ea luce, quam adepta est Themis Attica ex hodierna Lysiæ editione; quanquam nonnulla fortasse, neque ea levissima, et hic quoque legantur, quæ aliorum industriam elusere. In eo opere, cui (ubi pauxillulum ocii ab infinitis fere curis circa caput salientibus nactus sim) maxime semper cum delectatione incumbere soleo, non eundem mihi ordinem servandum esse duxi, quem Petitus aliique sibi 706
statuere. Nam ubi historiam gentis breviter persecutus fuero et ad quandam quasi maturitatem perduxero, eam sc. quæ et rerum gestarum legumque condendarum gloriam terminare judicabitur, nonnulla præfaturus esse mihi videor de νομοθεσίας historia et ratione: de Legum scribendarum abrogandarumque ritu: de condicione, ætate, fama, fortunisque Legumlatorum, qui plurimi fuerint: de nummis denique et monumentis: de formularum pactionumque publicarum solennitate, et quæcunque ad actus legitimos et moderationem Reipublicæ pertinere videbuntur. Deinde in Legibus recensendis cum modum ordinemque tractandi mihi præscripsi, quem unusquisque nostrum vivendo describimus. Nam jam inde a natalibus civem Atheniensem meditor deducere, ritusque et patria instituta una persequi, quæ singulam ætatem et condicionem respiciant: qualem sc. se gerere oporteat domi sub patris imperio, qualem foris sub præceptore; quid ab armato milite, quid a consulente sene exspectetur; quis modus in judiciis, quis in curia statuatur. Eo nempe consilio et scribendi ratione expositurus ero vitam Atheniensium non solum publicam et civilem, verum etiam una privatam et domesticam; deinde cum Legum uberi tractatione Antiquitatum etiam thesaurum complexurus simplici quodam et naturali ordine digestum. Mihi quidem, ut meam mentem exponam, præ ceteris eruditionis partibus vehementer semper placuit ista commentatio: Hujus populi et bello et pace clarissimi Annalis et Jurisprudentiam semper cum delectatione evolvi; sive quod naturali æquitate et honesta quadam sapientia ea Jurisprudentia polleret maxime; sive quod, ut ceterarum rerum præclarissimarum, ita et νομοθεσίας quoque primordia cum jucunditate recolere soleamus. P. enim A. primus fortasse inter profanas gentis Reipublicæ legibus et institutis firmatæ exemplum edidit. Quod licet inventum, ut cetera egregia omnia, ab Ægyptiis repetatur, ego potius, propter communionem, quæ inter eas gentis olim intercessit, existimarem unum fuisse, qui utrisque leges dedit, unamque ambabus fuisse νόμων διάθεσιν. Vel fortasse multa ab Ægyptiis utiliter reperta *illachrymabili nocte urgentur*

"Carent quia Vate sacro."

Atheniensibus enim id præconium non defuit, neque ea ratio immortalitatis:

"Fama minor factis: ipsos nam credere dignum
Cœlicolas, tellus quibus hospita semper Athenæ,
Ceu Leges hominemque novum, ritumque sacrorum,
Seminaque in vacuas hinc descendentia terras,
Sic sacrasse loco commune animantibus ægris
Confugium."

Stat. XII. Theb. 499.

"Primæ frugiferos fœtus mortalibus ægris
Dididerunt quondam præclaro nomine Athenæ,
Et recreaverunt vitam, Legesque rogarunt."

Lucret. l. 6. init.

Non mirum est igitur, gentem ea Civilis Scientiæ celebritate et antiquitate ceteris fere omnibus et leges et jura imponere, quemadmodum testatur Pericles apud Thucyd. l. 2. Cicero quidem pro Flacco. "Adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, Jura, Leges ortæ, atque in omnis terras distributæ putantur." Quantum contulit ad Jurisprudentiam Romanam, quæ huic populo diuturnius et latius imperium, quam Virtus, peperit, satius est discere ex istius gentis et Historiæ et Juris monumentis, quæ supersunt. Ammian. Marcellin. l. 22. "Solo adjutus sententiis Ægypti Sacerdotum latis justo moderamine Legibus Romano quoque Juri maximum addidit firmamentum." Ille certe, si non *νομοθεσίᾳ* Ægyptiorum, eorum tamen et consiliis et sapientia usus multa in sua Jurisprudentia symbolice instituit; uti Pythagoras ejusdem sapientiæ consultus, multa in Italica Schola condenda suæque philosophiæ præceptis tradendis, Ægyptiacum ad morem per ænigmata rerumque simulachra docuit. Hujusmodi est sapientiæ, quod Solo *ἄξονας* sive tabulas Juris, in quibus officia Civium describerentur, illas præscriptiones verborum, ad quas unumquemque se accommodare et componere oporteret, *Ἀνάγκης ἄτρακτον, Necessitatis fusum*, vocavit. Instituit idem, ut ex Poll. I. 12. discimus, *τὰς νύμφας ἰούσας ἐπὶ τὸν γάμον φρύγετρον φέρειν σημεῖον.* Admonuit scilicet novam nuptam, vas istud domesticum, cujus ope fruges torreri solitæ, illi domestica omnia officia rerumque familiarium administrationem curæ esse oportere. Si *φρύγετρον* per *Farreum* exponat Plinius, credo eum duorum populorum instituta commiscuisse, *Confarreationem* sc. Romanorum, atque hunc Solonis ritum, ubi ait XVIII. 3. "Quin et in sacris nihil religiosius Confarreationis vinculo erat. Novæque nuptæ Farreum præferebant." Ego autem pergo: Cavit idem Legislator *τὴν νύμφην τῷ νυμφίῳ συγκατακλίνεσθαι μήλου κυδωνίου συγκατατράγουσαν*, ut refert Plutarchus in Solone et in libello Præceptorum Conjugal. *αἰνιττόμενος*, juxta eundem auctorem, *ὅτι δεῖ τὴν ἀπὸ στόματος καὶ φωνῆς χάριν εὐάρμοστον εἶναι πρώτην καὶ ἡδεῖαν.* Porro multa habemus in Themide Attica, quæ Ægyptiacam originem referre videantur. In hoc populo *nefas* habebatur *servum hominem occidere*, non quod apud profanas gentis tanta erat mancipiorum cura aut reverentia, verum, ut rationem exponit gravissimus auctor Diod. Sic. l. 1. *διὰ τῆς τῶν δούλων φροντίδος ἐθίζοντες τοὺς ἀνθρώπους πολὺ μᾶλλον εἰς τοὺς ἐλευθέρους μὴ δεῖν ὅλως ἐξαμαρτάνειν.* Eadem erat omnino apud Atheniensis cura, quorum erat sapientia, non exspectare, ut suppliciorum severitate vindicarent, quod fieri non opor-

707

iuerat, verum extemplo prohibere, ne eveniret id quod infectum esse voluerint. Ita in Tabulis, quæ ab ingenuorum puerorum corporibus vim et contumeliam arcebant, in calce legis subjiciebant: *ἔνοχοι δὲ ἔστωσαν ταῖςδε ταῖς αἰτίαις καὶ οἱ εἰς τὰ οἰκετικὰ σώματα ἐξαμαρτάνοντες.* Cujus constitutionis ne quis aut insolentiam aut inæqualitatem miretur, *nihilo sc. majoris censeri ingenuos quam servos*, continuo exclamat præstantissimus Orator c. Timarchum: *Τοῦτο πάντων ἄριστα ἔχει.* Non quod de mancipiis sollicitus erat Legislator; *οὐ γὰρ ὑπὲρ τῶν οἰκετῶν ἐσπούδασεν ὁ νομοθέτης, ἀλλὰ βουλόμενος ἡμᾶς ἐθίσαι πολὺ ἀπέχειν τῆς τῶν ἐλευθέρων ὕβρεως, προσέγραψε, μηδ' εἰς τοὺς δούλους ὑβρίζειν.* Inde cum Lex erat *de adulterum in uxore justa deprehensum interficiendo*, *οὕτω σφόδρα ὁ νομοθέτης*, ut Lysiæ verbis utar, *ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς γυναιξὶ δίκαια ταῦτα ἡγήσατο εἶναι, ὥστε καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς ταῖς ἐλάττονος ἀξίαις τὴν αὐτὴν δίκην ἐπέθηκε.* Easdem sc. pœnas et in *Uxoris* et in *Pellicis* injuria statuit, in utraque gravissimas, ut adulterii semina quodammodo radicitus evelleret, *legitimi*que connubii jura sanciret etiam custodia *usurarii*. Neque videtur sapientissimus Legislator in ea pœnæ acerbitate istius Scholæ auctoritatem commendare, quæ *peccata*, ut cum Cicerone loquar, "non momentis rerum aut eventu, sed vitiis hominum metitur," et quæ argutius quam verius contendit, quod "siquidem peccare est lineas virtutis transilire; quam longe progrediare, cum semel transiilieris, id ad augendam transeundi culpam nihil pertineat."

"Nec vincet Ratio hoc, tantundem ut peccet idemque
Qui teneros caulis alieni infregerit horti
Et qui nocturnus sacra Divum legerit."

Nam et alibi, uti in unoque delicto supplicium commensuratum esse voluit Solo, atque ut adesset

"Regula peccatis, quæ pœnas inroget æquas,"

namque id prudentissima sanctione legitimisque verbis instituit: ita in hoc quoque criminis genere, ut loquitur Lysias: *εἴ τινα εἶχε ταύτης μείζω τιμωρίαν, ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς ἐποίησεν ἂν· νῦν δὲ οὐχ οἷός τε ὢν ταύτης ἰσχυροτέραν ἐπ' ἐκείναις ἐξευρεῖν, τὴν αὐτὴν καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς ἠξίωσε γίνεσθαι.* Gravissimis ergo pœnis aliquando *minora* delicta coercuit, quæ ad *majora* fenestram patefacerent: hæc vero iisdem, quoniam acerbiores excogitare nequiverat. Draco quidem, qui pleraque nimis severe censuit, inter alia sanxit in iis legibus, quas tulit, *Furem cujusmodicumque furti supplicio capitis puniendum esse.* Gell. XI. 18. *Ἅπασι τοῖς ἁμαρτάνουσι, μίαν ζημίαν, θάνατον* inrogavit, *τοὺς λάχανα κλέψαντας ἢ ὀπώραν ὁμοίως τοῖς ἱεροσύλοις καὶ ἀνδροφόνοις κολαζόμενος*, ut ait Plutarchus in Solone. Ad quam severitatem, quæ modum et proportionem excedebat omnem, procul dubio respexit Horat. 1. Sat. III. 115. verbis a me modo memoratis. Hoc igitur et pleraque alia ultimæ immanitatis capita sustulit Solo, et omnia impendio molliora decrevit, et ad rationis verique normam revocavit. Mihi hæc commentanti videtur omnino potior esse sententia, Solonem non omnis Draconis leges sustulisse, ut quidam tradidere, verum severitatem ejus per omnia exstinxisse potius atque ad lenitatem inclinasse. Multa etenim a Dracone graviter et civiliter admodum instituta legimus, quæ, verum citra pœnæ acerbitatem, a Solone instituta fuisse una discimus. Pro exemplo erit Constitutio Attica

de Ocioso. Quam memorat Valer. Maxim. II. 6. 3, 4. "Apud Atheniensis *Inertia* e latebris suis, languore marcens, *in forum perinde ac delictum* aliquod, protrahitur, fitque ut facinorosæ, ita erubescendæ rea culpæ. Est et ejusdem urbis sanctissimum consilium Areopagus: ubi quid quisque Atheniensium ageret, aut quonam quæstu sustentaretur, diligentissime inquiri solebat, ut homines honestatem (vitæ rationem memores reddendam esse) sequerentur." Eam ex Laertii auctoritate aiebat Lysias in oratione c. Niciam, Δράκοντα γεγραφέναι, Σόλωνα δὲ τεθεικέναι. Licet Harpocrat. in Bibl. Reg. Cant. in articulo inedito adfirmet id fragmentum Lysiæ desumi ex ejus deperdita oratione c. Aristonem. Ἀργίας δίκη. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἀρίστωνος φησί· Ὅτι Δράκων ἦν ὁ θεὶς τὸν νόμον, αὖθις δὲ καὶ Σόλων ἐχρήσατο, θάνατον οὐχ ὁρίσας, ὡς ἐκεῖνος, ἀλλ' ἀτι-
708 μίαν, ἐάν τις (corrige ἐὰν τρὶς) ἁλῶ, τίσαι· ἂν δ' ἅπαξ, ζημιοῦσθαι δραχμὰς ἑκατόν. Utcunque ea res sit, liquet, Draconem, qui *furta* (ut cum Alexandro ab Alexandro loquar) *morosissime ponsitavit*, inertiam, non minus ac latrocinia, quæ ab ea derivantur, capitali supplicio coercere voluisse. Nam, quod ait Diphilus Comicus apud Athenæum l. 6. de paupere sumptuoso, ad ociantem æqualiter spectat.

Οὐκ ἐνδέχεται γὰρ ζῆν ἄνευ κακοῦ τινὸς
Τοῦτον· συνίης· ἀλλ' ἀναγκαίως ἔχει
Ἢ λωποδυτεῖν τὰς νύκτας ἢ τοιχωρυχεῖν,
Ἢ τῶν ποιούντων ταῦτα κοινωνεῖν τισίν,
Ἢ συκοφαντεῖν κατ' ἀγορὰν, ἢ μαρτυρεῖν
Ψευδῆ· τοιούτων ἐκκαθαίρομεν γένος.

Solo istam immanitatem pœnæ exosus, verum lentitudini occurrendum arbitratus, homines ociosos, ἄχθος ἀρούρης, non capite, sed infamia punivit. Variant tamen Antiqui. Nam sec. Poll. VIII. 6. Draco infamia, non morte, Solo non nisi tertio ocii convictum plectebat. Id institutum, ut erat ad Ægyptiacos mores accommodatum, (unde derivasse dicitur qui Athenis tulerit. Vid. Herodot. Euterp. 177. Diod. Sic. 1.) ita Lacedæmoniorum Jurisprudentiæ ex diametro contrariabatur. Adversariæ enim istæ Resp. non *armis* magis, quam *institutis* inter se perpetuo dimicabant. Nam ut Athenis unusquisque artem aliquam profiteri aut quæstum facere tenebatur, ita et Lacedæmone vile semper habebatur id inglorium. Exstitit olim, dubito annon hodie Romæ exstet, in Cod. MS. Lysiæ oratio κατὰ Νικίου, ἀργίας. Laudantur ab Antiquis Orationes Lysiæ κατὰ Νικίδου, κατὰ Νικίου, ἀργίας, et demum κατὰ Νικίου, φόνου. Ex his omnino eadem est κατὰ Νικίδου, et κατὰ Νικίου, ἀργίας. Quoniam legem *de Ocioso* laudat Laertius ex oratione κατὰ Νικίδου, et ubicunque a ceteris laudatur Oratio ἀργίας, alii Codices Νικίου, alii Νικίδου legunt. Ad eam etiam causam jure referri possunt quæcunque laudantur ex oratione κατὰ Νικίου. Optimo certe jure retuli voces Κηττοὶ, Ὀβολοστατεῖ, Ποταμός. Vel enim ita diserte laudantur, vel istorum vocabulorum usus ostendit ea in istiusmodi actione locum obtinere. Hoc de Ὀβολοστατεῖ non negabis. *Sed unde* Ποταμός; Κηττοὶ *unde?* *Nomina sunt*, inquies, *pagorum Atticorum: Tu hominem* Ocii *insimulas.* Manc. id ipsum est, quod velim. Nam ut unusquisque *pagus* sive *populus*, in quos tota Attica scindebatur, loco dirimebatur situque, ita aliquando moribus, vitæ genere et condicione, usu et ingenio dirimi erat necesse.

Αἰξωνεῖς ad mare habitabant, Phalerum inter et Sunium, ubi ob portus commoditatem vænibant, non odores fortasse, sed ostrea, pisciculi, atque id genus edulia. Unde proverbium Αἰξωνίδα τρίγλην de mullo præstantiori. Nausicrates Comicus apud Athenæum l. 7.

> Μετ' αὐτῶν δ' εἰσὶν ἐκπρεπεῖς φύσιν
> Αἰξανθοχρῶτες, ἃς κλύδων Αἰξωνικὸς
> Πασῶν ἀρίστας ἐν τόποις παιδεύεται,
> Αἷς καὶ θεὰν τιμῶσιν φωσφόρον κόρην,
> Δείπνων ὅταν πέμπωσι ὦρα ναυτίλοι.
> Β. Τρίγλας λέγεις.

Ad eum igitur locum, *Belini* veluti ad *ostia*, concurrebant undique pueri, vetulæ, salsamentariorum, bajulorum, portitorum nautarumque familia, cui scholæ sua non deerat Rhetorica, aut naturalis color orationis. Inde Æxonenses apud Antiquos maledici semper et ad mala multa ingerenda proclives. Hesych. Αἰξωνεύεσθαι, κατηγορεῖν. Minime, sed κακηγορεῖν, ut alibi emendavi. Harpocr. Ἐκωμῳδοῦντο [Æxonenses] εἰς βλασφήμους (l. ὡς βλάσφημοι) ἀφ' οὗ καὶ τὸ κακῶς λέγειν, αἰξωνεύεσθαι ἔλεγον — Πλάτων ἐν τῷ περὶ ἀνδρείας φησίν· Οὐδὲν ἐρῶ πρὸς ταῦτά γ' ἔχων εἰπεῖν, μή με εἴπῃς Αἰξωνέα εἶναι. Eodem modo Prospaltii et Thymœtadæ erant φιλόδικοι supra cæteros Atheniensis. Acharnenses, qui in fodinis carbonariis ætatem exercebant, ita graphice a Comico in Acharn. 178. describuntur,

> Ἔσπευδον, οἱ δ' ὤσφροντο πρεσβύται τινὲς
> Ἀχαρνικοί, στιπτοὶ γέροντες, πρίνινοι,
> Ἀτεράμονες, Μαραθωνομάχαι, σφενδάμνινοι,

Potamii denique, et vicini, ex ead. sc. tribu, Cottœenses exagitabantur perpetuo, ut homines *ignavi* et rem suam instrenue administrantes. Harpocrat. in Ποταμός· Ἐκωμῳδοῦντο δὲ ὡς ῥᾳδίως δεχόμενοι τοὺς παρεγγράπτους, ὡς ἄλλοι τε δηλοῦσι, καὶ Μένανδρος ἐν ταῖς Διδύμαις. Sed jam tempus est, ut ad alia pergam.

CAP. XI.

Recensentur Leges Atticæ apud Lysiam repertæ, et varia de ea re disputantur. 709

Recensebo in hoc capite (ea tamen brevitate, qua decet Editorem, qui ex mole libri atque vendendi lege auguratur nihil quidquam fere ad sexennis suos labores compensandos restare, præter memoriam jucunditatis, quam ex ipso labore cepit) ea instituta Atheniensium, quorum notitiam cultissimo nostro Scriptori debemus. Quæ dum percurram, dijudicare possit eruditus lector, utrum mea opera inutiliter necne fuerit collocata in eo Scriptore expoliendo, qui civilibus Atheniensium officiis tantum lucis adtulit. Et si nonnulla a me vel recte animadversa, vel in melius restituta, vel feliciter explicata viderit, consilium fortasse nostrum non improbabit aut studium Jurisprudentiam antiquam magis indies demerendi. Ejusmodi commentarium, quem Editioni suæ Oratorum Græcorum subnecteret, meditabatur olim H. Stephanus vir maximus. Hoc ex ejus præfatione liquet.

Adulterium gravissime semper excepit Majorum nostrorum severitas. Nam illicitam illam et volgivagam Venerem, familiarum jurisque hereditarii ludibrium, ea supplicii acerbitate compesci voluit prudentissimus Atheniensium legislator, ut in dolentis Mariti arbitrio modum pœnæ statueret, ejusque iras justissimas armaret etiam auctoritate publica. Neque ei solummodo gladium concessit, sed ab omni etiam vexatione Fori, quantum sc. humana sapientia præcaveri poterat, et ab Adversariorum ultione immunem præstitit. Humanissimam eam cautelam ex duobus institutis mihi videor eruisse, quorum utrumque conservavit Lysias in elegantissima oratione, quam pro Marito conscripsit, qui Eratosthenem mœchum in uxore deprehensum patrio jure usus domi suæ occidit. Primum igitur esto:

I.

ΕΑΝ ΤΙΣ ΜΟΙΧΟΝ ΛΑΒΗΙ Ο ΤΙ ΑΝ ΒΟΥΛΗΤΑΙ ΧΡΗΣΘΩ.

II.

ΤΟΥΤΟΝ ΜΗ ΚΑΤΑΓΙΝΩΣΚΕΙΝ ΦΟΝΟΥ ΟΣ ΑΝ ΕΠΙ ΔΑΜΑΡΤΙ ΤΗΙ ΕΑΥΤΟΥ ΜΟΙΧΟΝ ΛΑΒΩΝ ΤΑΥΤΗΝ ΤΗΝ ΤΙΜΩΡΙΑΝ ΠΟΙΗΣΗΤΑΙ.

Quod ad priorem constitutionem adtinet, eam diserte adserit Noster in legibus contineri. Κελεύουσιν, inquit ille, *οἱ νόμοι, ἐάν τις μοιχὸν λάβῃ, ὅ, τι ἂν βούληται χρῆσθαι.* p. 48. 7. ed. Reisk. Inde ubi Eratosthenes adulter a Marito deprehensus *ἠντιβόλει καὶ ἱκέτευε μὴ αὐτὸν κτεῖναι, ἀλλ' ἀργύριον πράξασθαι,* respondet ille, *ὅτι οὐκ ἐγώ σε ἀποκτενῶ, ἀλλ' ὁ τῆς πόλεως νόμος.* p. 28. 9. Pergit deinde notabili euphemismo, *Οὕτως, ὦ ἄνδρες, ἐκεῖνος τούτων ἔτυχεν, ὥνπερ καὶ Νόμοι κελεύουσι τοὺς τὰ τοιαῦτα πράττοντας:* Et alibi, *Οὔτε χρημάτων ἕνεκα ἔπραξα ταῦτα, ἵνα πλούσιος ἐκ πένητος γένωμαι, οὔτε ἄλλου κέρδους οὐδενὸς, πλὴν τῆς κατὰ νόμους τιμωρίας.* p. 7. 3. Eodem artificio propter verbi invidiam usus est Cic. pro Milone. "*Fecerunt* id Servi, dicam enim non derivandi criminis causa, sed ut factum est, neque imperante, neque sciente, neque præsente domino, quod suos quisque servos in tali re facere voluit." Quod ad secundam adtinet, id eadem fide verborumque solennitate evincitur. *Ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτον τὸν νόμον ἐκ τῆς στήλης τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου.* ΝΟΜΟΣ. *Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες, ὅτι αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ τῷ ἐξ Ἀρείου πάγου, ᾧ καὶ πάτριόν ἐστι καὶ ἐφ' ὑμῖν ἀποδέδοται τοῦ φόνου τὰς δίκας δικάζειν, διαρρήδην εἴρηται τοῦτον μὴ καταγινώσκειν φόνον, ὃς ἂν ἐπὶ δάμαρτι τῇ ἑαυτοῦ μοιχὸν λαβὼν ταύτην τὴν τιμωρίαν ποιήσηται.* p. 34. 8. Auctoris verba exscripsi, ut dijudicet lector, uter nostrum Jurisprudentiam Atticam rectius attigimus, ego, qui binas constitutiones de eo facinore revocavi, an Petitus, qui posteriorem neglexit. Prioris quidem legis naturalem quandam æquitatem pluribus confirmat Lysias p. 38. ubi contendit, *eos, qui alienas Matresfam. in adulterium pellicium* (nam in eos Lex maritos armavit, non si quis invitas vi compresserit) *ita earum animos contaminasse,*
710 *ut amorem et necessitudinem omnem, quæ maritis debetur, in se ipsos derivent; domesticas omnis rationes in mœchi arbitrio poni: liberosque demum incerta condicione nasci, omniaque hereditatis jura misceri penitus vel exstingui. Pro quibus* (inquit ille) *Legislator θάνατον ἐποίησε τὴν ζημίαν.* Ut alibi. *Γυναῖκας τοίνυν τῶν πολιτῶν τοιοῦτος ὢν μοιχεύειν καὶ διαφθείρειν*

ἐλευθέρας ἐπεχείρησε, καὶ ἐλήφθη μοιχός. καὶ τούτου θάνατος ἡ ζημία ἐστί. p. 489. 1. Supplicium nempe, quod Maritus ipse *sumere*, non a Curia *exspectare* poterat. Ἐμοῦ τοίνυν, ὦ ἄνδρες, οἱ μὲν νόμοι οὐ μόνον ἀπεγνωκότες εἰσὶ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλὰ καὶ κεκελευκότες ταύτην τὴν δίκην λαμβάνειν. Quod si deinde postularetur non juxta legem fecisse, *quod* sc. *privatas simultates ficta conjugis injuria obtexuerit: quod uxorem ipse lenocinatus fuerit; hominemque nec opinantem in fraudem inlexerit;* quo pacto in h. causa contendebant Eratosthenis necessarii, ibi rursus intercessit Legislatoris sapientia, et, quæ erat Constitutio altera, CAUSA COGNITA, inquit ille, CÆDIS OMNINO NE CONDEMNATOR QUI MOECHUM IN UXORE DEPREHENSUM DOMI OCCIDERIT. Quia (ut ait Imp. Alexander l. 4. C. ad L. Jul. de Adulter.) "quod *legitime* factum est, nullam pœnam meretur." Memorabilem hanc dispositionem juris, legibus nostris et usui incognitam, Antiquorum Resp. plurimæ sive naturali jure ductæ, sive exemplo et fama Solonis permotæ, sua etiam civitate donarunt. Μόνους γοῦν τοὺς μοιχοὺς νομίζουσι πολλαὶ τῶν πόλεων θηποινεὶ ἀποκτείνειν, δηλονότι διὰ ταῦτα, ὅτι λυμαντῆρας αὐτοὺς νομίζουσι τῆς τῶν γυναικῶν φιλίας πρὸς τοὺς ἄνδρας εἶναι. Xenoph. in Hierone. Quinetiam Veterum ante Resp. legibus confirmatas eadem fuisse videtur mens et sapientia. Sophocl. Ajace,

> Αὐτὸς δὲ μητρὸς ἐξέφυς Κρήσσης, ἐφ' ᾗ
> Λαβὼν ἐπακτὸν ἄνδρ' ὁ φυτεύσας πατὴρ
> Ἐφῆκεν ἐλλοῖς ἰχθῦσιν διαφθοράν.

Pausan. in Bœotic. c. 36. Ἡρῶτος δὲ οὗτος ὁ Ὑηττος δίκην μοιχίας λαβὼν δῆλός ἐστι, καὶ χρόνῳ ὕστερον Δράκοντος Ἀθηναίοις θεσμοθετήσαντος, ἐκ τῶν ἐκείνου κατέστη νόμων, οὓς ἔγραφεν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἄλλων τε ὑπόσων ἄδειαν εἶναι χρή, καὶ δὴ καὶ τιμωρίας μοιχοῦ. Xenarch. Comic. apud Athen. l. 13.

> Πῶς ποτ', ὦ δέσποινα ποτνία Κύπρις,
> Βινεῖν δύνανται, τῶν Δρακοντείων νόμων
> Ὁπόταν ἀναμνησθῶσι προσκυνούμενοι.

Ut obiter id notem, legem illam Dracontis, quam memorat Pausanias, conservavit Demosth. c. Aristocrat. qui etiam Pausaniam perperam aliquando intellectum egregie inlustrabit. Ὁ μὲν νόμος ἐστὶν οὗτος Δράκοντος —

ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΠΟΚΤΕΙΝΗΙ

Η ΕΝ ΑΘΛΟΙΣ ΑΚΩΝ
Η ΕΝ ΟΔΩΙ ΚΑΘΕΛΩΝ
Η ΕΝ ΠΟΛΕΜΩΙ ΑΓΝΟΗΣΑΣ
Η ΕΠΙ ΔΑΜΑΡΤΙ
Η ΕΠΙ ΜΗΤΡΙ
Η ΕΠ ΑΔΕΛΦΗΙ
Η ΕΠΙ ΘΥΓΑΤΡΙ
Η ΕΠΙ ΠΑΛΛΑΚΗΙ
Η ΗΝ ΑΝ ΕΠ ΕΛΕΥΘΕΡΟΙΣ ΠΑΙΣΙΝ ΕΧΗΙ

ΤΟΥΤΩΝ ΕΝΕΚΑ ΜΗ ΦΕΥΓΕΙΝ ΚΤΕΙΝΟΝΤΑ.

Quod inter Romanos statuit olim Jus Papirianum, hodie fere nescitur.

Leges enim Regiæ in desuetudinem abeuntes citissime describi atque a peritis conquiri desivere: vel in XII. Tabularum complexionem et auctoritatem migrantes, fluviorum ad instar in magno isto Oceano Juris, et nomen et dignitatem penitus amisere. Romulus interea unde unde adripuit, nam et ante Solonem vixit, neque quidquam fere ea ætate Romæ cum Græcis aut artibus aut disciplina commercii, ille, inquam, quantum ex Catonis oratione apud Gell. X. 23. augurari licet, adulterium Græca severitate pensitavit. "Verba M. Catonis adscripsi ex oratione, quæ inscribitur de Dote, in qua id quoque scriptum est, *in adulterio uxores deprehensas jus fuisse maritis necare* — De jure autem occidendi ita scriptum. In adulterio uxorem tuam si deprehendisses, *sine judicio impune necares:* Illa te, si adulterares, digito non auderet contingere; neque jus est." Gell. l. c. Similia omnino de Romuli institutis refert Dionys. Halic. Antiq. Rom. l. 2. Ἁμαρτάνουσα δέ τι [Uxor] δικαστὴν τὸν ἀδικούμενον ἐλάμβανε, καὶ τοῦ μεγέθους τῆς τιμωρίας κύριον. Ταῦτα δὲ οἱ συγγενεῖς μετὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐδίκαζον, ἐν οἷς ἦν φθορὰ σώματος καὶ εἴ τις οἶνον εὐμεθεῖη πιοῦσα γυνή. Hanc sive severitatem sive necessariam justitiam temperavit aliquatenus sequioris ætatis humanitas, et maxime Lex Julia. Ea enim armavit potius *Patrem:* et, cum Marito istud jus non concessit, nisi in infami adultero, (puta, si leno fuerit, quive artem ludicram fecerit, judiciove publice damnatus etc. v. l. 24. in princ. D. ad leg. Jul. de adulter. Quamobrem ab Ulpiano l. 7. §. ult. D. quod met. caus. dicitur. "Non omnem adulterum licet occidere:")

711 Patri adulterum *quemlibet* sive domi suæ, sive generi, in ipsa turpitudine deprehensum occidere permisit, modo una filiam interfecerit. Quod explicat Papinian. l. 22. §. 4. D. ad L. Juliam de adult. "Ideoque Patri, non Marito, mulierem et *omnem* adulterum permissum est occidere, quod plerumque pietas paterni nominis consilium pro liberis cepit, ceterum mariti calor et impetus facile decernentis fuit refrænandus." Remittet enim aliquid de severitate, tardiusque ad cædem accedet, qui nonnisi per sua quodammodo viscera et domesticum funus accessurus erit. Ceterum quod jus maritus *aliquando* in adultero, id nunquam Romanis in legibus videtur in uxore habuisse: ideoque qui uxorem occiderit, pro homicida habetur, verum lege Cornelia de Sicariis non tenebitur, quoniam justo ejus dolori pœnas *ultimas* condonarunt humanissimi Imperatores, in eamque sententiam rescripsit M. Antoninus et Commodus apud Ulpian. l. 38. §. 8. eod. et ante eos Antoninus Pius ibid. et l. 1. in fin. D. ad l. Cornel. de Sicar. Cujus rescripti verba sic se habent: "Ei, qui uxorem suam in adulterio deprehensam occidisse se non negat, ultimum supplicium remitti potest, cum sit difficillimum justum dolorem temperare: et quia plus fecerit, quam quia vindicare se non debuerit, puniendus sit: sufficiet igitur, si humilis loci sit, in opus perpetuum eum tradi: si qui honestior, in insulam relegari." Recte ergo eam juris benignitatem exprimit Ulpian. l. 3. §. 3. D. de Senatusc. Silan. "Si Maritus in adulterio deprehensam uxorem occidat, quia *ignoscitur* ei, non tantum mariti, sed etiam uxoris servos pœna liberari, si justum dolorem exsequenti domino non restiterunt." Eadem erat humanitas, si quis interfecerit adulterum noctu deprehensum ejus condicionis ut per legem Juliam impune occidi non potuerit. "Si *legis auctoritate cessante* inconsulto dolore adulterum interemit, quamvis homicidium perpetratum sit

tamen quia et nox et dolor justus factum ejus relevant, potest in exsilium dari." L. 4. C. ad legem Juliam de adulteriis. Ita Julius Paulus Recept. Sentent. l. 2. tit. 26. §. 5. "Maritum, qui uxorem deprehensam cum adultero occidit, qui hoc impatientia justi doloris admisit, lenius puniri placuit." Profecto Romæ ante Legem Juliam Marito non videtur fraudi fuisse in adultero iræ suæ indulgere, ut plurimis exemplis confirmat, qu argumentum hoc summa cum eruditione tractavit, Brissonius ad L. Juliam de adulteriis. Varia, quæ variæ gentes de adulterio decernebant, congessere Scheffer. ad Elian. V. Histor. XII. 12. et Asinius in Comment. ad Tit. de Relig. et Sumpt. Funer. D. pag. 119. Nationes certe, quæ sapientiam et auctoritatem Juris Civilis æmulari videbantur, antiqua severitate continebantur. Ita in Wisigothorum legibus, quæ in hac parte pene cum Solonis contendere videantur: Lib. 3. Tit. 4. Lex. 3.

SI CVIVSLIBET VXOR ADVLTERIVM FECERIT ET DEPREHENSA NON FVERIT ANTE IVDICEM COMPETENTIBVS SIGNIS ET INDICIIS MARITVS ACCVSET. QVOD SI MVLIERIS ADVLTERIVM MANIFESTE PATVERIT, ADVLTER ET ADVLTERA SECVNDVM SVPERIORIS LEGIS ORDINEM IPSI TRADANTVR: VT QVOD DE IIS FACERE VOLVERIT, IN EIVS PROPRIO CONSISTAT ARBITRIO.

Et in lege proxima:

SI ADVLTERVM CVM ADVLTERA MARITVS VEL SPONSVS OCCIDERET PRO HOMICIDA NON TENEATVR.

Gundebaldus, qui Burgundionibus legis tulit, non hospes in Romano jure, lege sancivit LXVIII. de Adulteriis.

SI ADVLTERANTES INVENTI FVERINT, ET VIR ILLE OCCIDATVR ET FEMINA.

Septentrionalium quidem jura, quibus utimur magis, in compositione et argenti æstimatione plerumque consistunt, ut Leges Salicas Lindenbrogii cura editas legenti patebit. Veterem tamen disciplinam revocavit Jus Baiwariorum Tit. de Uxoribus et causis, quæ sæpe contingunt, L. Si cum uxore alterius quis concubuerit.

SIQVIS CVM VXORE ALTERIVS CONCVBVERIT LIBERA COMPONAT HOC MARITO EIVS CVM SVO WEREGELDO ID EST CLX SOL.

ET SI IN LECTO CVM ILLA INTERFECTVS FVERIT PRO IPSA COMPOSITIONE QVAM DEBVIT SOLVERE MARITO EIVS IN SVO SCELERE IACEAT SINE VINDICTA.

Supplicii severitatem sustulit Imp. Fridericus Constitut. Neapol. l. 3. tit. 43. de adulter. et lenocin. hisce verbis: "Legum asperitate lenita, non ut olim contra adulteratas et adulteros, ad alionum conjuges accedentes, gladio est agendum, sed rerum ad eos pertinentium confiscatio inducetur, si filios legitimos ex eo matrimonio violato, vel alio non habuerit: periniquum enim eos successione fraudari, qui nati sunt eo tempore, quo hujus thori lex legaliter servabatur. At viro tradenda est mulier, nullatenus vitæ periculum subitura, sed ultionem thori violati, nasi truncationis, quod sævius et atrocius inducitur, persequutura: ultra enim neque viro, neque parentibus servire (f. sævire) licebit: Quod si vir ejus in eam vindictam dare noluerit, nos hujusmodi maleficium non sinemus inultum, sed ipsam præcipimus publice flagellandam." Nam ante eum tulit Rogerius l. 3. tit. 49. de pœna uxoris in adulterio deprehensæ, 712

SI MARITVS VXOREM IN IPSO ACTV ADVLTERII DEPREHENDERIT TAM ADVLTERVM QVAM VXOREM OCCIDERE LICEBIT NVLLA TAMEN MORA PROTRACTA.

Fusius fortasse hæc quam oportuit, verum non ingrata videbitur commentatio, si quis majorum sensa de eo delicto perspicere cupiat, cujus unius fere supplicium non a foro, sed dolore patientis æstimari voluere. Quod reliquum est breviori ambitu concludam; memor me in hoc commentariolo non leges *Lysiacas* illustrare, sed recensere tantum.

III.

ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΝΘΡΩΠΟΝ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ Η ΠΑΙΔΑ ΑΙΣΧΥΝΗΙ ΒΙΑΙ ΔΙΠΛΗΝ ΤΗΝ ΒΛΑΒΗΝ ΟΦΕΙΛΕΙΝ ΕΑΝ ΔΕ ΓΥΝΑΙΚΑΣ ΕΦ ΑΙΣΠΕΡ ΑΠΟΚΤΕΙΝΕΙΝ ΕΞΕΣΤΙΝ ΤΟΙΣ ΕΝΕΧΕΣΘΑΙ. p. 34. pen.

Ubi primus reposui διπλῆν pro διπλοῦν. Longe inclementius de *illecebris*, quam de *violentia*, statuerunt leges Atticæ, et quidem contra omnium fere gentium usum et disciplinam. Apud Romanos enim, "Qui vacantem mulierem rapuit vel nuptam, ultimo supplicio punitur." Marcian. l. 5. §. 2. D. ad leg. Juliam de vi publica. Id quod sancivit Imp. Justinianus l. unic. C. de raptu Virginum: "Raptores virginum honestarum vel ingenuarum, sive jam desponsatæ fuerint, sive non, vel quarumlibet viduarum feminarum, licet libertinæ, vel servæ alienæ sint, pessima criminum peccantes, *capitis supplicio* plectendos decernimus.— Et merito *mortis damnantur supplicio:* cum nec ab homicidii crimine hujusmodi raptores sint vacui." Pergit Imp. "Quæ multo magis contra eos obtinere sancimus, qui *nuptas mulieres* ausi sunt rapere; quia duplici tenentur crimine, tam adulterii, quam rapinæ: et oportet acerbius adulterii crimen ex hac adjectione puniri." Adde Jul. Paul. Recept. Sent. lib. 2. tit. 26. §. 12. "Qui masculum liberum invitum stupraverit, *capite* punitur." Apud Atheniensis quidem, qui momentum facinoris exitu æstimabant, vis adulterium relevabat. *Illa* enim, ut contendebant istius juris periti, corpus solummodo, non animum stuprabat: qui vero dolo et *blanditiis* mulierem adulteravit, animum ipsum infecit atque a marito alienavit. Idcirco istud delictum pecunia, hoc capitis pœna coercebant. Sanane id philosophia et civiliter institutum, disquirendi non competit: Legem interea, sive potius legis particulam, ita mecum interpretari et intelligere possis.

Lex de Raptore et Moecho.

QVI HOMINEM PVERVMVE INGENVVM VI CONSTVPRAVERIT DVPLVM LVITO: QVI ETIAM MVLIEREM MVLIERESVE IN DOMINIO MARITI POSITAS (in quibus sc. mœchum deprehensum lege occidere possis) EODEM IVRE TENETOR. MOECHVS AVTEM***

Fortasse autem quoniam de *vi* et *suadela* legem agere certum est ex Lysiæ argumentis et ratione legis laudandæ, tota concinnatur ex Lysia et Æschine c. Timarch. h. p.

ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΝΘΡΩΠΟΝ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ Η ΠΑΙΔΑ ΑΙΣΧΥΝΗΙ ΒΙΑΙ ΔΙΠΛΗΝ ΤΗΝ ΒΛΑΒΗΝ ΟΦΕΙΛΕΙΝ ΕΑΝ ΔΕ ΓΥΝΑΙΚΑΣ ΕΦ ΑΙΣΠΕΡ ΑΠΟΚΤΕΙΝΕΙΝ ΕΞΕΣΤΙΝ (sc. ΓΑΜΕΤΑΣ) ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ ΕΝΕΧΕΣΘΑΙ. ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΣ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ ΠΑΙΔΑ Η ΓΥΝΑΙΚΑ ΠΡΟΑΓΩΓΕΥΣΗΙ, ΘΑΝΑΤΩΙ ΖΗΜΙΟΥΣΘΑΙ.

Quid voluit Jus Atticum per διπλῆν βλάβην, fortasse expedient loci pro-

xime a me laudandi. Οἱ περὶ τῆς βλάβης οὗτοι νόμοι πάντες —ἂν μὲν ἑκὼν βλάψῃ, διπλοῦν, ἂν δ' ἄκων, ἁπλοῦν τὸ βλάβος κελεύουσιν ἐκτίνειν. Demosth. c. Mid. Ἀλλ' οἱ νόμοι περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἀδικημάτων τῶν εἰς ἀργυρίου λόγον ἀνηκόντων διπλῆν τὴν βλάβην ὀφείλειν κελεύουσι. Dinarch. c. Demosth. Ἐὰν μὲν δοῦλον κτείνῃ νομίζων τὸν ἑαυτοῦ διειργάσθαι, τὸν τοῦ τελευτήσαντος δεσπότην ἀβλαβῆ παρεχέτω καὶ ἀζήμιον· ἢ δίκην εἰς τὴν ἀξίαν τοῦ τελευτήσαντος ὑποσχέτω διπλῆν. Plato de Legg. l. 9. Atque hæc fere sunt, quæ apud Lysiam matronarum pudicitiam et connubiorum jura defendunt, ob inusitatum genus a Plutarcho, in vita Solonis notata. Ὅλως δὲ πλείστην ἔχειν ἀτοπίαν οἱ περὶ τῶν γυναικῶν νόμοι τῷ Σόλωνι δοκοῦσιν. μοιχὸν μὲν γὰρ ἀνελεῖν τῷ λαβόντι δέδωκεν· ἐὰν δ' ἁρπάσῃ τις ἐλευθέραν γυναῖκα καὶ βιάσηται, ζημίαν ἑκατὸν δραχμὰς ἔταξε (ita enim a Solone olim institutum) — τὸ δ' αὐτὸ πρᾶγμα ποτὲ μὲν πικρῶς καὶ ἀπαραιτήτως κολάζειν, ποτὲ δὲ εὐκόλως καὶ παιζοντα, πρόστιμον ζημίαν τὴν τυχοῦσαν ὁρίζοντα, ἄλογόν ἐστι. Ut hunc titulum concludam, quanquam leges *generaliter* quodammodo loquantur, μοιχὸν ἀνελεῖν τῷ λαβόντι δέδωκε, et Ἐάν τις μοιχὸν λάβῃ, istud tamen jus interficiendi videtur semper ad *maritum* solummodo pertinere.

IV.

ΟΥ ΝΟΜΙΜΟΝ ΕΞΩ ΤΟΥ ΠΡΑΓΜΑΤΟΣ ΛΕΓΕΙΝ. p. 163. 2.

Cautum hoc de actionibus Areopagiticis, quæ maxima solennitate, addo quoque et severitate, instituebantur. Ἔστ' ἂν μὲν περὶ τοῦ πράγματος λέγωσιν, ἀνέχεται ἡ βουλὴ [Areopagitica sc.] καθ' ἡσυχίαν ἀκούουσα· ἢν δέ τις ἢ προοίμιον εἴπῃ πρὸ τοῦ λόγου, ὡς εὐνουστέρους ἀπεργάσαιτο αὐτοὺς, ἢ οἶκτον, ἢ δείνωσιν ἔξωθεν ἐπάγοι τῷ πράγματι, οἷα πολλὰ ῥητόρων παῖδες ἐπὶ τοὺς δικαστὰς μηχανῶνται, παρελθὼν ὁ κήρυξ κατεσιώπησεν εὐθὺς, οὐκ ἐῶν ληρεῖν πρὸς τὴν βουλὴν, καὶ περιπέττειν τὸ πρᾶγμα ἐν τοῖς λόγοις, ὡς γυμνὰ τὰ γεγενημένα οἱ Ἀρεοπαγῖται βλέποιεν. Lucian. in Anacharside. Morem hunc tangit iterum Lysias in principio Orationis de Milite, in Oratione Areopagit. de Oliva, et Lycurgus c. Leocratem Edit. Steph. p. 149. Καὶ ταῦτα, κάλλιστον ἔχοντες τῶν Ἑλλήνων παράδειγμα, τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ συνέδριον. ὃ τοσοῦτον διαφέρει τῶν ἄλλων δικαστηρίων, ὥστε καὶ παρ' αὐτοῖς ὁμολογεῖσθαι τοῖς ἁλισκομένοις δικαίαν ποιεῖσθαι τὴν κρίσιν. πρὸς ὃ δεῖ καὶ ὑμᾶς ἀποβλέποντας μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς ἔξω τοῦ πράγματος λέγουσιν. Add. Poll. VIII. 10. Προοιμιάζεσθαι δὲ οὐκ ἐξῆν, οὐδὲ οἰκτίζεσθαι. et Aristot. Rhetor. init. Athenis quoque "vetari actorem affectus movere, et recisam fuisse orandi potestatem" memorat Quintilian. II. 16. et VI. 1. "Exemplo legis Atticæ Martiique judicii causæ patronis denunciat Præco neque principia dicere neque miserationem commovere." Apul. Nescio, annon ex hac disciplina profectum sit, quod Dionys. Halic. observet auctorem nostrum sæpenumero ἀπροοιμιάστως causas suas intulisse. Contrarium omnino Caius l. 1. §. 1. D. de O. I. "Deinde si in foro causas dicentibus nefas, ut ita dixerim, videtur esse, nulla præfatione facta, Judici rem exponere, quanto magis," et quæ sequuntur.

V.

ΕΝ ΑΡΕΙΩΙ ΠΑΓΩΙ ΟΜΟΛΟΓΩΝ ΑΔΙΚΕΙΝ ΑΠΟΘΝΗΣΚΕΙ ΕΑΝ ΔΕ ΑΜΦΙΣΒΗΤΗΙ ΕΛΕΓΧΕΤΑΙ. p. 210. ult.

Nam " Confessus pro judicato est, qui quodammodo sua sententia damnatur." L. 1. D. de Confessis. Atque ita rescripsit Imp. Antoninus, " Confessos in Jure pro judicatis haberi placet." L. unic. C. de Confessis.

VI.

ΑΝ ΤΙΣ ΑΝΔΡΟΣ ΣΩΜΑ ΤΡΩΣΗΙ ΚΕΦΑΛΗΝ Η ΠΡΟΣΩΠΟΝ Η ΧΕΙΡΑΣ Η ΠΟΔΑΣ ΑΥΤΟΣ ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ ΤΟΥΣ ΕΞ ΑΡΕΙΟΥ ΠΑΓΟΥ ΦΕΥΞΕΤΑΙ ΤΗΝ ΤΟΥ ΑΔΙΚΗΘΕΝΤΟΣ ΠΟΛΙΝ Η ΤΡΑΥΜΑΤΟΣ ΕΚ ΠΡΟΝΟΙΑΣ ΚΑΙ ΕΑΝ ΚΑΤΙΗΙ ΕΝΔΕΙΧΘΕΙΣ ΘΑΝΑΤΩΙ ΖΗΜΙΩΘΗΣΕΤΑΙ. p. 212. 3.

De vulnere *cum animo occidendi* inlato judicabat inter alia Curia Areopagitica. Lucian. in Anacharside. Ælian. V. H. V. 15. Demosth. c. Aristocr. et Midiam. Galen. Comment. 1. in Hippocr. Prognost. (ubi verba transponi debent *τοιοῦτον γοῦν ἐστι καὶ τὸ παρὰ τῷ Σόλωνι: δικάζειν δὲ τὴν βουλὴν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ φόνου καὶ τραύματος καὶ πυρκαϊᾶς ἐκ προνοίας, καὶ φάρμακον ἐάν τις ἀποκτείνῃ δούς.* lege *τραύματος ἐκ προνοίας καὶ πυρκαϊᾶς*) Maxim. Prolog. ad Dionys. Areopagit. Hellad. Chrestomath. Poll. VIII. 10. Petit. lib. 7. tit. 1. pagg. 504. 525. qui male binas leges procuderit de hac actione, vocabatur *δίκη τραύματος ἐκ προνοίας.* Hac lege " non exitus rerum, sed hominum consilia, ut cum Cicerone loquar, " vindicantur," aut cum D. Hadriano l. 14. D. ad Legem Corneliam de Sicariis, " in Maleficis voluntas spectatur, non exitus." Nam qui alium verberavit per rixam aut in vino, ille tenebatur lege *αἰκίας*, quæ actio erat *privata*, et minoris æstimabatur. Lysias p. 159. 5. *οἱ τοὺς νόμους ἐνθάδε θέντες, οὐκ εἴ τινες μαχεσάμενοι ἔτυχον ἀλλήλων κατεάξαντες τὰς κεφαλὰς, ἐπὶ τούτοις ἠξίωσαν τῆς πατρίδος φυγὴν ποιήσασθαι — ἀλλ' ὅσοι ἐπιβουλεύσαντες ἀποκτεῖναι τινὰς ἔτρωσαν, ἀποκτεῖναι δὲ οὐκ ἠδυνήθησαν*, et quæ sequuntur. Similiter in Jure Civili, l. 1. §. 3. D. ad legem Corneliam de Sicariis. " Divus Hadrianus rescripsit, eum, qui hominem occidit, si non occidendi animo hoc admisit, absolvi posse: et qui hominem *non occidit, sed vulneravit ut occidat, pro homicida damnandum:* et ex
714 re constituendum hoc. Nam si gladium strixerit, et in eo percusserit, indubitate occidendi animo id eum admisisse: sed si clavi percussit aut cuccuma in rixa, quamvis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam pœnam ejus, qui in rixa casu magis, quam voluntate homicidium admisit." Itaque rescripsit Imp. Antoninus l. 1. C. eod. " Frater vester rectius fecerit, si se Præsidi provinciæ obtulerit. Qui si probaverit, non occidendi animo hominem a se percussum esse, remissa homicidii pœna secundum disciplinam militarem sententiam proferet: crimen enim contrahitur, si et voluntas nocendi intercedat. Ceterum ea, quæ ex improviso casu potius, quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxæ imputantur." Acute limites ponit inter causas *Κακηγορίας, Αἰκίας*, et *Τραύματος ἐκ προνοίας* Orator c. Cononem, qui locus omnino est conferendus. In hac lege primo restitui vocem *πάγου* ex Cod. MS. deinde docui ista *ἢ τραύματος ἐκ προνοίας* margini fuisse adlita h. p. *ἤγουν τραυμ.*

ἐκ προνοίας, ut ostenderet adnotator aliquis, qualis esset lex Areopagitica, quam Orator laudat. Nihil ea emendatione verius.

VII.

ΣΤΡΑΤΕΥΕΣΘΑΙ ΜΕΧΡΙ ΤΕΤΤΑΡΑΚΟΝΤΑ ΕΤΩΝ ΑΦ ΗΒΗΣ.

Legem hanc *de ætate militari*, quanquam non ea diserte a Lysia laudetur, adduxi, quoniam in nota ad p. 244. illam multo labore vindicavi. P. A. usque ad annum 60 (sive, quod perinde est, ad annum 42 ἀφ' ἥβης) militiæ operam dedit. Non ergo Quadragenarii *simpliciter*, ut omnes fere ante me sensere, sed Quadragenarii ἀφ' ἥβης a militia vacabant. Gravissima erat Petiti in hac de re hallucinatio, quam pluribus l. c. redargui.

VIII.

ΔΟΥΛΟΝ ΜΗΝΥΣΑΝΤΑ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ ΓΕΝΕΣΘΑΙ. p. 274. 8.

Quanquam Athenis *Servo testimonii dictio non erat*, ut discimus ex Comœdia: quanquam itidem Romæ, vel propter *lubricum consilii*, vel *condicionis* infamiam raro ad *testimonii fidem* admittebatur (vid. l. 3. §. 5. D. de Testibus. Rescripserunt enim Impp. Diocletianus et Maximian. "Servos pro Domino, quemadmodum adversus eum interrogari non posse: pro facto autem suo interrogari posse non ambigitur:" L. unic. D. eod. Unde Cic. pro Deiotaro, init. "Nam cum more Majorum de servo in dominum ne tormentis quidem quæri liceat, in qua quæstione dolor veram vocem elicere possit, etiam ab invito etc.), abunde tamen constat in *jure* Atheniensium *publico* atque in Reip. negotiis libertatem Servis sponderi indicia facientibus, dummodo vera esse comparuerint. Vid. Lysiam pag. 187. ed. Reisk. et Andocid. p. 2, 3. Edit. Steph. ubi Alcibiadis facinora deferebant maxime Servi. Non pœnitebant enim Remp. *admoneri* suæ salutis vel ab infima plebecula: *fidem* rerum gestarum non nisi ab ingenuis accipere voluit. Male hanc partem Juris Attici neglexit, quem tamen ob diligentiam summopere miror, Sam. Petitus.

IX.

ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΡΧΗΝ ΕΝ ΣΥΝΕΔΡΙΩΙ ΛΟΙΔΟΡΗΙ ΖΗΜΙΩΣΑΙ. p. 320. ult.

Vertitur, *Si quis Magistratui forum agenti maledixerit, multa ei inrogator.* Tu verte, *Siquis* omnino *in Foro convicia fecerit, multa ei inrogator.* Quantum nostro ingenio debeat Lex ista, malui ex loco disci adlegato, quam hic repetere. Repetam tamen perpaucissima. (1.) Qui legem adducit, deferebatur quod *in Foro* ἐλοιδόρησε, non quod Magistratui convicia fecerit. (2.) Cum legem alibi in h. oratione adducat, vel rem gestam narret, de *loco* (quod est præcipuum caput legis) omnia; de *persona* nihil. Τοῦ μὲν νόμου διαῤῥήδην ἀγορεύοντος τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ λοιδορουῦντας ζημιοῦν. Et rursus p. 325. 8. εἰ γὰρ φανερός εἰμι μὴ ἐλθὼν εἰς τὸ συνέδριον, ὁ δὲ νόμος τοὺς ἐντὸς πλημμελοῦντας ἀγορεύει τὴν ζημίαν ὀφείλειν. (3.) Solo, qui *gravissimam* pœnam statuit eis qui *ubivis* Magistratui convicia fecissent (erat enim vel ἀτιμία juxta Demosthenem, juxta Ulpianum mors ipsa), non utique *leviorem* (multam sc.) statuerit eis qui conviciarentur eidem *in Foro* atque in jure dicundo. Nam sec. Paul. Sentent. Recept. §. 10. tit. de Injuriis: "Atrox injuria æstimatur aut

loco, aut tempore, aut persona." Et similiter Papian. Responsorum libro tit. 5. "Si quis forte temerarie aut vulnus aut fracturam ossium inflixerit, aut in convicia atrocia forte proruperit, solutio vel vindicta pro facti ipsius qualitate in judicis arbitrio et æstimatione consistat secundum regulam Gaii sub tit. de injuriarum actione. Est enim gravis, quæ in
715 publico, vel *in foro*, vel ab humiliore persona inlustriori infertur." Ita l. 7. §. D. de injuriis. "Atrocem autem injuriam aut persona, aut tempore, aut re ipsa fieri Labeo ait. Persona atrocior injuria fit, ut cum Magistratui, cum Parenti, Patrono fiat. Tempore si ludis et in conspectu. Nam *Prætoris in conspectu* an in solitudine *injuria* facta sit, multum *interesse ait: quia atrocior est*, qua in conspectu fiat." Add. l. 16. §. 4. D. de pœnis. (4.) Exstat Lex Solonis a Plutarcho in ejus vita laudata, quæ *omnia omnino* convicia ἐν δικαστηρίοις et ἀρχείοις repressit eodem pœnæ genere quod hic memoratur. (5.) Denique ἀρχὴν vel τὴν ἀρχὴν commode exponi potest per *omnino*, ut pluribus. i. e. ostendi, quibus addas istud Luciani V. Hist. init. γράφω τοίνυν περὶ ὧν μήτ' εἶδον, μήτ' ἔπαθον, μήτε παρ' ἄλλων ἐπυθόμην. ἔτι δὲ μηδὲ ὅλως ὄντων, μηδὲ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι δυναμένων.

X.

ΤΟΝ ΛΕΓΟΝΤΑ ΚΑΚΩΣ ΖΗΜΙΟΥΣΘΑΙ ΕΑΝ ΜΗ ΑΠΟΦΑΙΝΗΙ ΩΣ ΕΣΤΙ ΑΛΗΘΗ ΤΑ ΕΙΡΗΜΕΝΑ. p. 373. 2.

Videtur ergo ex hoc jure *veritas convicii conviciantem excusare*. Quædam autem fuerunt convicia, quæ diserte Lex vetabat, ut ex proxima constitutione discimus. Ea autem vocabantur ἀπόρρητα.

XI.

ΤΟΥΣ ΛΕΓΟΝΤΑΣ ΤΙ ΤΩΝ ΑΠΟΡΡΗΤΩΝ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑΣ ΔΡΑΧΜΑΣ ΟΦΕΙΛΕΙΝ

οἷον

ΑΝΔΡΟΦΟΝΟΝ ΜΗ ΛΕΓΕΙΝ.

ΤΟΥΣ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΠΑΤΕΡΑΣ ΜΗ ΚΑΚΩΣ ΛΕΓΕΙΝ ΤΕΘΝΕΩΤΑΣ.

ΠΑΤΡΑΛΟΙΑΝ Η ΜΗΤΡΑΛΟΙΑΝ ΜΗ ΕΙΠΕΙΝ.

ΕΑΝ ΤΙΣ ΦΑΣΚΗΙ ΑΠΟΒΕΒΛΗΚΕΝΑΙ ΤΗΝ ΑΣΠΙΔΑ ΥΠΟΔΙΚΟΝ ΕΙΝΑΙ.

Collegi hæc capita τῶν ἀπορρήτων ex oratione κατὰ Θεομνήστου, p. 339. atque ibidem nonnulla vindicavi. Oratio illa plurimas leges continet alibi vix reperiundas. Sunt autem, quæ sequuntur.

XII.

ΑΤΙΜΟΝ ΕΙΝΑΙ ΤΟΝ ΤΑ ΟΠΛΑ ΑΠΟΒΕΒΛΗΚΟΤΑ.

Collig. ex his verbis, p. 342. 1. Λυσίθεος Θεόμνηστον εἰσήγγελλε τὰ ὅπλα ἀποβεβληκότα, οὐκ ἀξιῶν αὐτὸν (ita lego pro ἐξὸν αὐτῷ) δημηγορεῖν. Ita in lege, quæ titulum habuit ΔΟΚΙΜΑΣΙΑ ΡΗΤΟΡΩΝ et laudatur ab Æschine c. Timarchum. Et hæc erat ἀτιμίας species. Porro Andocides de Mysteriis cum recenset eos, ὧν τὰ μὲν σώματα ἄτιμα ἦν, τὴν δ' οὐσίαν ἔσχον καὶ ἐκέκτηντο, habet καὶ ὁπόσοι λίποιεν τὴν τάξιν, ἢ ἀστρατείας, ἢ δειλίας, ἢ ἀναυμαχίου ὄφλοιεν, ἢ τὴν ἀσπίδα ἀποβάλοιεν. Gravius adhuc in militia Romana. "Miles, qui in bello arma amisit vel alienavit, capite punitur: humane militiam mutat." l. 3. §. 14. D. de re militari.

XIII.

Ο, ΤΙ ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΠΟΛΕΣΗΙ, ΕΑΝ ΜΕΝ ΑΥΤΟ ΛΑΒΗΙ ΤΗΝ ΔΙΠΛΑΣΙΑΝ ΚΑΤΑΔΙΚΑΖΕΙΝ ΕΑΝ ΔΕ ΜΗ ΤΗΝ ΔΕΚΑΠΛΑΣΙΑΝ ΠΡΟΣ ΤΟΙΣ ΕΠΑΙΤΙΟΙΣ· ΔΕΔΕΣΘΑΙ Δ' ΕΝ ΤΗΙ ΠΟΔΟΚΑΚΚΗΙ ΤΟΝ ΠΟΔΑ ΠΕΝΘ' ΗΜΕΡΑΣ ΚΑΙ ΝΥΚΤΑΣ ΙΣΑΣ ΕΑΝ ΠΡΟΣΤΙΜΗΣΗΙ Η ΗΛΙΑΙΑ ΠΡΟΣΤΙΜΑΣΘΑΙ ΔΕ ΤΟΝ ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΝ ΟΤΑΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΙΜΗΜΑΤΟΣ ΗΙ.

Primus hic restitui ποδοκάκκῃ pro ποδοκάκῃ. Male hic quoque in Editis Lysiæ p. 356. ult. pro ἡμέρας πέντε, ἡμέρας δέκα, et pro ἐὰν μὲν προστιμήσῃ, ἐὰν μὴ προτιμήσῃ. Exstat integra Lex apud Demosth. c. Timocr. unde descripsit Petitus L. 7. Tit. 5. de Furtis. Nam de Fure diurno agitur, quem *dupli pœna vindicari* voluit Solo, ut discimus ex Gellio XI. 18. Posterius membrum, quod solum apud Lysiam legitur, explicat, quatenus sc. per menda potuit, idem Petitus L. 4. Tit. 9. de pœnis, ratus alterius legis fragmentum esse. Quod secus est.

Sequitur

ΕΠΕΓΓΥΑΙΝ ΕΠΙΟΡΚΗΣΑΝΤΑ ΤΟΝ ΑΠΟΛΛΩ· ΔΕΔΙΟΤΑ ΔΕ ΔΙΚΗΣ ΕΝΕΚΑ ΔΡΑΣΚΑΖΕΙΝ.

Fide jubeto juratus Apollinem — fugerit sibi metuens litis causa. Petit.

Nemo ex his sensum elicere quivit. Memor esto Lysiam in h. loco p. 359. 5. non leges ad usum forensem citare, verum legum particulas, quæ antiquatas aliquas et vetustate obsitas continerent loquendi formulas. Ita in superiori ποδοκάκκῃ erat Soloni, quod in Lysiæ ætate ἐν τῷ ξύλῳ δεδίσθαι. Hic ἐπιορκήσαντα est ὀμόσαι, et δρασκάζειν ἀποδιδράσκειν. Habes ergo duarum legum fragmenta.

XIV.

ΕΠΕΓΓΥΑΙΝ ΕΠΙΟΡΚΗΣΑΝΤΑ ΤΟΝ ΑΠΟΛΛΩ.

XV.

ΔΕΔΙΟΤΑ ΔΙΚΗΣ ΕΝΕΚΑ ΔΡΑΣΚΑΖΕΙΝ.

Spectabat fortasse hoc postremum ad solennitatem judicii Areopagitici, ubi Reus post priorem defensionem (nam bis dicere potuit) si causæ 716
suæ diffidebat, tuto se fuga subduxit. Τὸν πρότερον ἔξεστιν εἰπόντα λόγον μεταστῆναι· καὶ οὔθ' ὁ διώκων οὔθ' οἱ δικάζοντες, οὔτ' ἄλλων ἀνθρώπων οὐδεὶς κύριος κωλῦσαι. Demosth. c. Aristocr. Add. Poll. VIII. 9. tit. περὶ Πωλητῶν. et VIII. 10. init. Apud Suid. in Ἐν ἄλῳ δρασκάζειν vox ea exponitur *latitare*. Apud Hesych. utrumque et *aufugere* et *latitare*, Δρασκάζειν κρύπτεσθαι, ἀποδιδράσκειν. Corrige eundem in Δραγκάζειν. κρύπτειν, i. e. Δρασκάζειν.

XVI.

ΟΣΤΙΣ ΑΠΕΙΛΛΗΙ ΤΗΙ ΘΥΡΑΙ ΕΝΔΟΝ ΤΟΥ ΚΛΕΠΤΟΥ ΟΝΤΟΣ.

Quicunque a janua prohibuerit, cum fur intus esset.

Vulg. ἀπίλλῃ, p. 359. ult. quod emendavimus. Furtum facere videtur, qui furi exitum et salutem parat, ceteros a foribus arcendo.

XVII.

ΤΟ ΑΡΓΥΡΙΟΝ ΣΤΑΣΙΜΟΝ ΕΙΝΑΙ ΕΦ' ΟΠΟΣΟΝ ΑΝ ΒΟΥΛΗΤΑΙ Ο ΔΑΝΕΙΖΩΝ. p. 360. 3.

Usurarum modus est pro arbitro fœneratoris.

Atticorum leges usurariæ, quarum hæc videtur esse antiquissima, erudite a Salmasio explicantur, et maximo cum eruditionis apparatu. Quem tu interea consulas. Sequitur

ΟΣΑΙ ΠΕΦΑΣΜΕΝΩΣ ΠΩΛΟΥΝΤΑΙ ΚΑΙ ΟΙΚΗΟΣ ΚΑΙ ΒΛΑΒΗΣ ΤΗΝ ΔΟΥΛΗΝ ΕΙΝΑΙ ΟΦΕΙΛΕΙΝ. p. 361. 1.

Quæ publice prostant, etiam servorum injuriæ obnoxiæ sunto. Petit. Vulg. apud Lysiam ὅσοι. Verum tu totum ita distinguas et corrigas.

XVIII.

ΟΣΑΙ ΠΕΦΑΣΜΕΝΩΣ ΠΟΛΟΥΝΤΑΙ.

καὶ

XIX.

ΟΙΚΗΟΣ ΚΑΙ ΔΟΥΛΗΣ ΤΗΝ ΒΛΑΒΗΝ ΕΙΝΑΙ ΟΦΕΙΛΕΙΝ. p. 362. 1.

Prior particula pertinet ad istam legem, quam adduxit alicubi Demosthenes. PRO MOECHO NE DEPREHENDITOR IN MERETRICE QVAE VEL IN LVPANARI QVAESTVM FECERIT VEL PVBLICE PROSTITVERIT. Vel etiam spectare potest ad aliam a Plutarcho laudatam. Ἐάν τις προαγωγεύῃ, ζημίαν εἴκοσι δραχμὰς ἔταξε [Solo] πλὴν ὅσαι πεφασμένως πωλοῦνται. Quod ad alterum pertinet membrum, id, cum tota lex nusquam, quod sciam, legatur, explicationem meam non admittit. Spectat procul dubio ad jura famulorum famularumque. Οἰκῆος καὶ δούλης. Nam prorsus utique inficeta est lectio vulgata, Οἰκῆος καὶ βλάβης τὴν δούλην εἶναι ὀφείλειν.

XX.

ΟΣΟΙ ΕΑΝ ΜΑΧΗΣ ΟΥΣΗΣ ΕΙΣ ΤΟΥΠΙΣΩ ΑΝΑΧΩΡΗΣΩΣΙ ΚΑΙ ΟΣΟΙ ΑΝ ΕΝ ΤΗΙ ΠΕΖΗΙ ΣΤΡΑΤΙΑΙ ΜΗ ΠΑΡΩΣΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΩΝ ΤΟΥΣ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΣ ΔΙΚΑΖΕΙΝ. p. 520. ult.

Solonis leges contra τὸν ἀστράτευτον, contra τὸν λελοιπότα τὴν τάξιν, et contra τὸν δειλὸν (εἰσὶ γὰρ καὶ δειλίας γραφαί· καίτοι θαυμάσειεν ἄν τις ὑμῶν, εἰ εἰσὶ φύσεως γραφαί· εἰσί. ut loquitur Orator. c. Ctesiph.) laudat idem Ibid. Pœna erat ἀτιμία. Ἀστρατείαν, Λειποτάξιον et Δειλίαν, ut quæ specie differant, recenset Andocides, cujus verba legas supra Leg. XII. Vide, quæ de hac re conscripsit eruditissimus Marklandus ad has orationes c. Alcibiadem. De legibus, quæ Ignaviam coerceant, nonnulla adnotavit Spanheim. ad Julian. Orat. p. 239. De jurisdictione et potestate τῶν στρατηγῶν doctissimus Perizonius ad Ælian. V. Hist. V. 13. Ἀστρατείας lex erat apud Longobard. L. 1. Tit. de Exercitalibus, l. 14. SI QVIS LIBER HOMO, CONTEMPTA IVSSIONE NOSTRA, CETERIS IN EXERCITV PERGENTIBVS, DOMI RESIDERE PRAESVMPSERIT, PLENVM HERIBANNVM SECVNDVM LEGEM FRANCORVM, ID EST XL SOL. SCIAT SE DEBERE COMPONERE. Λειποταξίου apud eosdem lex proxima, SI QVIS CONTVMAX ADEO AVT SVPERBVS EXTITERIT, VT DIMISSO EXERCITV ABSQVE IVSSV

ET LICENTIA REGIS DOMVM REVERTATVR ET QVOD NOS TEVDISCA LINGVA HERILIS FECERIT, VT IPSE SIT REVS MAIESTATIS, VITAE PERICVLVM INCVRRAT, ET RES EIVS FISCO NOSTRO SOCIENTVR. Quid ea ætate fuerat *exercitum dimittere*, optime explicat Capit. Karoli et Ludov. Impp. lib. 3. tit. 70. QVICVNQVE ABSQVE LICENTIA VEL PERMISSIONE PRINCIPIS DE HOSTE REVERSVS FVERIT, QVOD FACTVM FRANCI HERISLIS DICVNT, VOLVMVS, VT ANTIQUA CONSTITVTIO, ID EST, CAPITALIS SENTENTIA, ERGA ILLVM PVNIENDVM CVSTODIATVR. Vice hujus legis in nonnullis Exemplaribus leguntur, quæ proxime ex Longobardorum constitutionibus descripsimus.

XXI.

ΕΑΝ ΤΙΣ ΑΔΟΚΙΜΑΣΤΟΣ ΙΠΠΕΥΗΙ ΑΤΙΜΟΣ ΕΣΤΩ. p. 523. 3. 717

Eadem pœna, quæ militiæ munera detrectantem, quæ ordinis sui desertorem in bello, quæ ignavum et timidum sequebatur, in eos etiam inrogabatur, qui ex gravi armatura (ubi laboris et periculi plus erat) se in numerum Equitum sine legitimo delectu contulerint. Quæ hic adduxi, verba sunt legis solennia: quæ in superiori commate potius sunt Oratoris legem explicantis. Jussit sc. Lex, ut infamia notaretur, qui *ἀδοκίμαστος ἱππεύῃ*. Inde infit Lysias, eodem reatu teneri, qui in bello ordinem suum propter ignaviam deseruerit, et qui in gravi armatura (*ἐν τῇ πεζῇ στρατιᾷ*) Equitibus nondum legitime adscriptus, non comparuerit.

XXII.

ΜΗΔΕΝΑ ΣΙΤΟΝ ΠΛΕΙΩ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΦΟΡΜΩΝ ΣΥΝΩΝΕΙΣΘΑΙ. p. 716. ult.

Ne quis omnino ultra L *phormos frumenti mercetur.*

Lex erat contra annonam incendentis, et *capite* plectebat si quis *annonam compresserit. Compressam* enim *annonam* vocat Livius l. 48. quum precium per coemptionem auctum fuerit. *συμπριαμένους καταθέσθαι* vocat noster infra. *Annonam flagellare* Latini. Ita fere Martial. V. 13.

> " Quippe rogabatur fidusque vetusque sodalis,
> Et cujus laxas arca *flagellat* opes."

Athenis ergo non licuit, conjuratione facta, ultra L. phormos coemere; ne observata caritate, mari intercluso, eam annonam, quam minoris coemissent, pro suo arbitrio venum darent. Solebant enim Dardanarii, ut auctoris nostri verbis utar, navigatione intercepta portubusque occlusis, *ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς ἐπιβουλεύειν τῇ πόλει ἐν οἷσπερ οἱ πολέμιοι*. p. 722. 2. Observare Reipublicæ calamitates id erat apud Romanos JCtos *Annonam adtentare*, quorum in jure ab hujusmodi insidiis et avaritia, non ea tamen severitate, qua apud Atheniensis, lege cautum erat. " Annonam adtemptare et vexare vel maxime Dardanarii solent: quorum avaritiæ obviam itum est tam Mandatis, quam Constitutionibus. Mandatis denique ita cavetur. Præterea debebis custodire, ne Dardanarii ullius mercis sint: *ne aut ab his qui coemptas merces supprimunt*, aut a locupletioribus, qui fructus suos æquis preciis vendere nollent, dum minus uberes proventus exspectant, annona oneretur. Pœna autem in hos varie statuitur: nam plerumque si negociantes sunt, negociatione eis tantum interdicitur: interdum et relegari solent, humiliores ad opus publicum dari." l. 6. in prin.

D. de extraordinariis criminibus. Item l. unic. C. de Monopoliis. "Jubemus, ne quis — monopolium audeat exercere, neve quis illicitis habitis conventionibus conjuret aut paciscatur, Ut species diversorum corporum negociationis non minoris, quam inter se statuerint, venundentur." Crimine stellionatus tenebantur hujusmodi malefici. "Qui merces suppressit, specialiter hoc crimine postulari potest." l. 3. D. de crimine Stellionatus. Placuit ergo extra ordinem plectere, ut ait Ulpianus l. 2. D. eod. "Pœna autem stellionatus nulla legitima est, cum nec legitimum crimen sit. Solent autem ex hoc extra ordinem plecti, dummodo non debeat opus metalli hæc pœna in plebeiis egredi: in his autem, qui sunt in aliquo honore positi, ad tempus relegatio vel ab ordine motio remittenda est." Athenienses, quibus contra annonæ *incendium* providendum erat maxime, (quanquam enim frumenti *sationem*, ut gloriantur, ceteras nationes docuere, πλείστῳ tamen ἁπάντων ἀνθρώπων ἐπεισάκτῳ σίτῳ utebantur) ceteris rebus venalibus quibuscunque magistratus, quos ἀγορανόμους vocabant, præfecere, ἐπὶ δὲ ταύτῃ μόνῃ τῇ τέχνῃ χωρὶς Σιτοφύλακας constituebant: καὶ πολλάκις (inq. ille) παρ' ἐκείνων πολιτῶν ὄντων δίκην τὴν μεγίστην ἐλάβετε, ὅτι οὐχ οἷοίτ' ἦσαν τῆς τούτων πονηρίας ἐπικρατῆσαι. p. 722. ult. Unde elicitur (quanquam et alibi constet, supra enim, Εἰπέ συ ἐμοὶ, μέτοικος εἶ; Ναί. Μετοικεῖς δὲ πότερον κ. τ. λ. p. 715. 3.) nonnullos quæstus adeo civibus Atheniensibus interdici, cujusmodi erat hæc frumentaria, ut non nisi ab Inquilinis exerceri poterant: nonnullas item *mancipiis* ablegari. Ita in Veterum didascaliis aulœdi vel tibicines nunquam ex Civibus. Inscriptiones apud Fulv. Ursinum:

ΑΙΓΗΙΣ ΑΝΔΡΩΝ ΕΝΙΚΑ
ΕΥΑΓΙΔΗΣ ΚΤΗΣΙΟΥ ΦΙΛΑΙΔΗΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ
ΛΥΣΙΜΑΧΙΔΗΣ ΕΠΙΔΑΜΝΙΟΣ ΗΥΛΕΙ
ΧΑΡΙΛΑΟΣ ΛΟΚΡΟΣ ΕΔΙΔΑΣΚΕ
ΕΥΘΥΚΡΙΤΟΣ ΗΡΧΕΝ.

718 Et alibi apud eundem,

ΝΙΚΟΚΛΗΣ ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΗΣ ΗΥΛΕΙ.

et

ΕΥΙΟΣ ΧΑΛΚΙΔΕΥΣ ΗΥΛΕΙ.

et

ΘΕΩΝ ΘΗΒΑΙΟΣ ΗΥΛΕΙ.

Ejusdem condicionis proculdubio fuit, cujus memoriam conservavit Marmor apud Sponium,

ΛΥΣΙΚΡΑΤΗΣ ΛΥΣΙΘΕΙΔΟΥ ΚΙΚΥΝΝΕΥΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ
ΑΚΑΜΑΝΤΙΣ ΠΑΙΔΩΝ ΕΝΙΚΑ ΘΕΩΝ ΗΥΛΕΙ
ΛΥΣΙΑΔΗΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΔΙΔΑΣΚΕ ΕΥΑΙΝΕΤΟΣ ΗΡΧΕ.

Ita, αὐλείτωσαν οὖν ἔφη [Alcibiades] Θηβαίων παῖδες· οὐ γὰρ ἴσασι διαλέγεσθαι· ἡμῖν δε τοῖς Ἀθηναίοις etc. Plutarch. in Alcibiade. Ita Ἀντιγενίδας Σατύρου Θηβαῖος αὐλῳδὸς Φιλοξένου. Suid in voc. Videtur omnino idem esse, quem memorat Noster in Orat. πρὸς Νίκαρχον τὸν αὐλητὴν, uti laudatur ab Harpocratione. Steph. Byzant. v. Ἀραβία. Ὡς ἡ παροιμία Ἀράβιος αὐλητὴς, ἣν ἔταττον ἐπὶ τῶν ἀπαύστως διαλεγομένων. ἢ διὰ τὸ μηδένα Ἑλλήνων διασκευάσασθαι τὴν αὐλητικὴν, ὡς οὖσαν βάναυσον, καὶ παντελῶς ἀνελεύθερον, ἀλλὰ βαρβάροις αὐληταῖς χρῆσθαι· Διὸ καὶ Ἀράβιος αὐλητὴς, ὃς

Δραχμῆς μὲν ηὔλει, τεττάρων δ' ἐπαύετο.

Vile ergo apud Antiquos Musicæ omnis ministerium, uti præsumit Aristot. Polit. l. 1. Οὕτως εἰ αἱ κερκίδες ἐκέρκιζον αὐταὶ, καὶ τὰ πλῆκτρα ἐκιθάριζεν, οὐδὲν ἂν ἔδει οὔτε τοῖς ἀρχιτέκτοσιν ὑπηρετῶν, οὔτε τοῖς δεσπόταις δούλων. Verum hæc, inquies, extra oleas. Volui autem aliis dispiciendum proponere, quare Athenis solis Dardanariorum quæstus illiberalis haberetur, et ingenuo homine indignus. Nunc redeo.

XXIII.

ΤΟΥΣ ΤΑ ΑΠΟΛΛΥΜΕΝΑ ΤΟΙΣ ΚΛΕΠΤΑΙΣ ΣΥΝΕΙΔΟΤΑΣ ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ ΕΝΕΧΕΣΘΑΙ. p. 832. pen.

Quoniam videtur furti conscius *opem* suam, aut saltem *consilium* adhibuisse. Ait vero Paulus Sent. Recept. l. 2. tit. de furtis §. 10. "Non tantum, qui furtum fecerit, sed etiam is, cujus ope aut consilio furtum factum fuerit, furti actione tenebitur." Nam, "Pedius ait, sicut nemo furtum facit sine dolo malo, ita nec consilium vel opem ferre sine dolo malo posse." l. 50. §. 2. D. de furtis. Atque ita in legibus Wisigothorum lib. 7. tit. de furibus et furtis §. 7. "Non solum ille, qui furtum fecerit, sed etiam quicunque *conscius* fuerit, vel furtim ablata sciens susceperit, in numero furantium habeatur, et *simili vindictæ subjaceat.*" Frustra hanc juris particulam in Petiti commentario diutius quæsivi.

XXIV.

ΥΠΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΑΙ ΟΥΚ ΕΞΕΣΤΙ ΔΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΤΗΙ ΑΡΧΗΙ ΤΗΙ ΑΥΤΗΙ. p. 865. 1.

Triginta dies, et quod excurrit, scribatus munere fungi cautum erat. Iterum sub eodem Prætore ad id officium admoveri non poterant. Tam sedulo sibi cavit a ministris publicis Civitas Atheniensium.

XXV.

ΟΡΚΟΣ ΤΩΝ ΒΟΥΛΕΥΤΩΝ.

ΤΑ ΒΕΛΤΙΣΤΑ ΣΥΜΒΟΥΛΕΥΣΕΙΝ ΤΗΙ ΠΟΛΕΙ.

ΑΠΟΦΑΙΝΕΙΝ ΕΙ ΤΙΣ ΤΙΝΑ ΟΙΔΕ ΤΩΝ ΛΑΧΟΝΤΩΝ ΑΝΕΠΙΤΗΔΕΙΟΝ ΟΝΤΑ ΒΟΥΛΕΥΕΙΝ.

Habes hæc capita p. 887. 5. Secundum a Petito negligitur.

XXVI.

ΕΙ ΤΙΣ ΦΡΟΥΡΙΟΝ ΤΙ ΠΡΟΥΔΩΚΕΝ Η ΝΑΥΝ Η ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΟΝ ΤΙ ΕΝ ΩΙ ΜΕΡΟΣ ΤΙ ΕΤΥΓΧΑΝΕ ΤΩΝ ΠΟΛΙΤΩΝ ΤΑΙΣ ΕΣΧΑΤΑΙΣ ΖΗΜΙΑΙΣ ΖΗΜΙΟΥΣΘΑΙ. p. 886. 2.

Quemadmodum in jure Romano, "Proditores, transfugæ, plerumque capite puniuntur et exauctorati torquentur: nam pro hoste, non pro milite, habentur." l. 7. D. de re militar. Quod Jus Atticum ἐσχάταις ζημίαις, Romanum *Capite.* Aliquando eadem loquendi solennitas in utroque jure conspicitur. Celsus enim l. 21. D. de pœnis, ait, "*Ultimum supplicium* mortem solam interpretamur."

XXVII.

ΑΤΙΜΟΝ ΕΙΝΑΙ ΤΟΝ ΕΝ ΣΤΑΣΕΙ ΠΟΛΕΩΣ ΜΗΔΕΤΕΡΑΙ ΜΕΡΙΔΙ ΠΡΟΣΘΕΜΕΝΟΝ.
p. 869.

Memorat hanc legem Solonis, recte tamen ait a posteris reprobari, Plu-
719 tarchus de solertia Animalium, in libro de sera numin. vindict. et in Solone. Memorat etiam Cic. 10. Epist. ad Attic. 1. " Ego vero Solonis popularis tui, ut puto, etiam mei, legem negligam, qui capite sanxit, si quis in seditione non alterius utrius partis fuisset." Memorat etiam Gellius II. 12. et Alexander Aphrodisensis in Topic. Aristotel. In eo jure vertitur oratio Lysiæ c. Philon. qui tamen jus istud potius *moribus* fuisse receptum innuit, quam *scriptis* sancitum. Sed contrariæ fuisse sententiæ video Gellium l. c. " In legibus Solonis illis antiquissimis, quæ Athenis axibus ligneis incisæ sunt, legem esse Aristoteles refert scriptam ad hanc sententiam: SI OB DISCORDIAM DISSENSIONEMQVE SEDITIO ATQVE DISCESSIO POPVLI IN DVAS PARTIS FIERET, ET OB EAM CAVSAM IRRITATIS ANIMIS VTRINQVE ARMA CAPIENTVR, PVGNABITVRQVE, TVM QVI IN EO TEMPORE IN EOQVE CASV CIVILIS DISCORDIÆ NON ALTERVTRI PARTI SESE ADIVNXERIT, SED SOLITARIVS SEPARATVSQVE A COMMVNI MALO CIVITATIS SECESSERIT, IS DOMO PATRIA FORTVNISQVE OMNIBVS CARETO EXSVL EXTORRISQVE ESTO." Optima ratione videtur a Solone institui, ne quis publicam salutem privatis suis rationibus posthaberet. Quid enim esse potest tam incivile, quam domi desidem suis fortunis invigilare, ab omni periculo semotum, et communi incendio patriæ minime exturbatum; sibi soli se nasci arbitratum, et *περιμένοντα*, ut Plutarchi verbis utar, *ἀκινδύνως τὰ τῶν κρατούντων*? Quibus si non Solo, communis hominum consuetudo et res ipsa *ἀτιμίαν* inussisset. Merito enim utrisque displicet qui utrisque minime displicere satagit. Id suadet ratio et comprobavit usus. Atque hæc hactenus.

CAP. XII.

Lysias emendatur sæpius. *Εἰς τὸν χλωρὸν τύφον.* Emendatur Hesychius, Philo Judæus, Marcianus in Digestis, et Terentianus Maurus denique plurimis in locis.

SUPREMUS hic Commentarius et spicas leget, et veniam, si quid commerui, pro me deprecabitur. Nemo nostrum erat, quem non misere cruciavit desperatissimus ille locus in oratione, quæ habita est c. Alcibiad. *Οὗτος γὰρ παῖς μὲν ὢν παρ' Ἀχεδήμῳ τῷ Γλάμωνι, οὐκ ὀλίγα τῶν ὑμετέρων ἀφῃρημένῳ, πολλῶν ὑρώντων, ἔτι μὲν ὑπὸ τῷ αὐτοματὶ κατακείμενος, ἐκώμαζε μεθ' ἡμέραν, ἄνηβος, ἑταίραν ἔχων, μιμούμενος τοὺς ἑαυτοῦ προγόνους,* et quæ sequuntur. p. 536. 1. Hodie hariolandi finem facio, ceterosque omnis ut vacuo sint animo jubeo. Lego etenim, *ἔτι μὲν ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ κατακείμενος.* Lucianus in *vitarum auct.* *Καὶ γὰρ οὐ τῶν σωμάτων ἐραστής εἰμι, τὴν ψυχὴν δὲ ἡγοῦμαι καλήν. ἀμέλει, κἂν ὑπὸ ταὐτὸν ἱμάτιον μοι κατακέωνται, ἀκούσῃ αὐτῶν λεγόντων μηδὲν ὑπ' ἐμοῦ δεινὸν παθεῖν,* et paucis interjectis, *Καὶ ταῦτα, ὑπ' ἐξουσίας, ἐν τῷ αὐτῷ ἱματίῳ κατακείμενον.* Athenæus l. 1. non procul ab initio, *Ἀριστοτέλης ἐν Τυῤῥηνῶν νομίμοις. Οἱ δὲ Τυῤῥηνοὶ δειπνοῦσι μετὰ τῶν γυναικῶν ἀνακείμενοι ὑπὸ τῷ αὐτῷ*

ἱματίῳ. Hæc fueram commentatus, atque idem sibi in mentem venisse literis ad me datis significavit, adducto etiam Luciani loco, Vir præstantissimus, cui plurimum et Ego, et Tu, Lector, debemus, Jer. Marklandus. In fine orationis c. Pancleon. legitur p. 738. 1. Ἐὰν γὰρ διαμνημονεύητε, οἶδ' ὅτι τά τε δίκαια καὶ τἀληθῆ ψηφιεῖσθε, καὶ ἃ ἐγὼ ὑμῶν δέομαι. Quod et salve legitur, neque facile displicere potest, Ἀττικώτερον tamen longe εὖ οἶδ' ὅτι. Familiarissimum loquendi genus, quod Oratores Attici non temere omittunt. Noster certe hoc in loco non omisit, ubi inter voces διαμνημονεύητε et οἶδ' infelix illa vocula εὖ sita (ΔΙΑΜΝΗΜΟΝΕΥΗΤΕΕΥΟΙΔ') describentis aciem facile effugit. Ita in altero loco consimili, in Orat. sc. c. Agorat. p. 473. 6. Δεῖ γὰρ αὐτὸν ἀποδεῖξαι, ὡς οὐ κατεμήνυσε τῶν ἀνδρῶν τούτων, οὐδ' αἴτιος αὐτοῖς ἐστὶ τοῦ θανάτου. κἂν δύναιτο οὐδέποτε ἀποδεῖξαι. Ubi legendum esse monui (literis non aliunde accersitis, verum earundem quibusdam repetitis, quæ propter adfinitatem cum proximis inter exarandum negligebantur) Δεῖ γὰρ αὐτὸν ἀποδεῖξαι, ὡς οὐ κατεμήνυσε τῶν ἀνδρῶν τούτων, οὐδ' αἴτιος αὐτοῖς ἐστὶ τοῦ θανάτου· ὃ οὐκ ἂν δύναιτο οὐδέποτε ἀποδεῖξαι. Orationem c. Tyrannum Eratosthenem habitam ad popularis 720
suos hisce verbis claudit Lysias. p. 447. 1. Παύσομαι κατηγορῶν. ἀκηκόατε. ἑωράκατε. πεπόνθατε. ἔχετε. δικάζετε. Huc adludit procul dubio Aristoteles Rhetoric. 3. extrem. Τελευτὴ δὲ τῆς λέξεως· ἁρμόττει ἡ ἀσύνδετος, ὅπως ἐπίλογος, ἀλλὰ μὴ λόγος ᾖ. εἴρηκα. ἀκηκόατε. ἔχετε. κρίνατε. Porro ut exempla mutuatus sit magnus ille artifex dicendi ex Auctore nostro (mutuatur autem sæpenumero, neque tamen vel semel nomine laudat) ita aliquando imitari studuit Romanæ Eloquentiæ princeps Cicero. Ita quod ineunte hac ipsa oratione dixit Lysias, p. 381. 1. Οὐκ ἄρξασθαί μοι δοκεῖ ἄπορον εἶναι, ὦ ἄνδρες δικασταί, τῆς κατηγορίας, ἀλλὰ παύσασθαι λέγοντι. id adumbravit Cic. pro lege Manil. non procul ab initio: "Hujus autem orationis difficilius est exitum quam principium invenire." Plura dabit Victor. Var. Lect. XX. 16. et Muret. XIX. 20. Eadem oratione locus iste, p. 415. 7. Καὶ Βάτραχος, καὶ Αἰσχυλίδης οὐ τἀληθῆ μηνύουσιν, ἀλλὰ τἀληθῆ ὑπὸ τῶν τριάκοντα πλασθέντα εἰσαγγέλλουσι, ita emendabatur, me insciente, ab Herald. Animadv. in Salmas. III. 7. 4. καὶ B. καὶ A. οὐ τἀληθῆ μηνύουσιν, ἀλλὰ τὰ ὑπὸ τῶν τριάκοντα πλασθέντα εἰσαγγέλλουσι. Acute quidem, neque incredibile est, istud τἀληθῆ repetitum fuisse ex superioribus. De Meursio, Schotto, et Palmerio nonnulla, qui ante me hoc saxum volvebant. Meursium dixi, p. 271. not. errore meo in Attic. Lect. IV. 7. et de Archontibus III. 16. Prætoris Atheniensis nomen apud Lysiam emendasse. Quod ad priorem locum spectat, id secus est, nam ibi neutiquam emendat. Ille tamen Attic. Lect. II. 14. qui locus me omnino latuit, lacunam in oratione c. Alcibiadem supplere voluit p. 560. 4. Ὁ δὲ Πολέμαρχος καὶ οἱ τὰ δεήσονται. legendo nimirum Ὁ δὲ Πολέμαρχος καὶ οἱ πάρεδροι δεήσονται. Ad quem locum conjeci στρατηγοί, Marklandus ταμίαι. Nonnulla tentaverat ad Lysiam Andr. Schottus in libro, qui inscribitur, *Observationes humanæ*, qui mihi serius in manus venerat, quam ut singula suis in locis insererem. Ille, ut videtur ex Observat. IV. 5. postquam auctorem nostrum *in gratiam Iod. Vander Heidii amici et contubernalis recensuisset*, interea dum sub prelo sudaret, *loca tum intacta* his Observationibus immiscuit. Ille itaque l. c. Harpocrationis auctoritate adductus orationem c. Andocidem vindicavit, atque, uti nos olim, ab initio supplevit. p. 188. Deinde sua hariolatione

non contentus, qua Heidii editionem beavit, locum istum asperrimum in orat. c. Theomnest. p. 353. ita legit: *Οὐκοῦν ἄτοπον ἂν εἴη τὸν φεύγοντα φάσκοντα ἀνδροφόνον εἶναι, δεῖξαι καὶ ἀπολογῆσαι, ὅτι ὁ διώκων ὡς ἔκτεινε διωμόσατο*: et statim pro *κατηγορίας*, legit *κακηγορίας*, et pro *εἴπέ τίς σε, εἰπόντι σε*. Idem IV. 9. pro *Αἴδηψον*, p. 108. quæ fuit H. Stephani importunissima conjectura, veterem lectionem mecum ex Thucydide confirmat. Cetera habes suis in locis. Palmerii denique veniam oratam velim, qui voces *Πωρίνου Σελίνου* in Andocidis Vita ex Plutarcho, me nesciente, expediverat: cui igitur laudem resigno meæ conjecturæ, quæ legitur harum Lectionum cap. 5. His igitur valere jussis, restat, ut cetera persequar, quæ habeo dicenda. In oratione c. Pancleonem fugitivum servum dicitur *εἰς τὸν χλωρὸν τυρὸν*, p. 733. 2. i. e. ad *Forum Casei recentis*, locum sc. ubi venum darentur, Attico dicendi genere et eleganti. Poll. IX. 5. *Βιβλία· οὕτω τὸν τόπον, οὗ τὰ βιβλία οἱ Ἀττικοὶ ὠνόμαζον. ὥσπερ καὶ τοὺς ἄλλους τόπους ἐκ τῶν πιπρασκομένων, ὡς εἰ φαῖεν, ἀπῆλθον εἰς τοὖψον, καὶ εἰς τὸν οἶνον, καὶ εἰς τοὔλαιον, καὶ εἰς τὰς χύτρας, καὶ κατὰ τὸν Εὔπολιν, περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα, καὶ τὸν λιβανωτὸν καὶ εὐθὺ ἀρωμάτων, καὶ περὶ τὰ γέλγη.* Et 10. 11. *Οἱ Ἀττικοὶ ἀπὸ τῶν πιπρασκομένων καὶ τὰ χωρία ὠνόμαζον· λέγοντες, εἰς τοὖψον· καὶ εἰς τὰ μύρα καὶ εἰς τὸν χλωρὸν τυρόν· καὶ εἰς τὰ ἀνδράποδα.* Ita Æsch. c. Timarch. p. Edit. Steph. 9. *Τίς γὰρ ὑμῶν ὃς οὐ πώποτε εἰς τοὖψον ἀφῖκται καὶ τὰς δαπάνας τὰς τούτων οὐ τεθεώρηκεν*; Alexis Comicus apud Athenæum I. 3. p. m. 53.

Τοῖς ἰχθυοπώλαις ἔστιν ἐψηφισμένον,
Ὡς φησι, χαλκῆν Καλλιμέδοντος εἰκόνα
Στῆσαι Παναθηναίοισιν ἐν τοῖς ἰχθύσιν
Ἔχουσαν ὀπτὸν κάραβον ἐν τῇ δεξιᾷ.

Aristoph. Vesp. 784.

—δραχμὴν μετ' ἐμοῦ πρώην λαβὼν
Ἐλθὼν διεκερμάτιζέ μ' ἐν τοῖς ἰχθύσιν.

σχ. ad loc. *ἐν τοῖς ἰχθυοπώλαις, ἀπὸ τῶν πωλουμένων τοὺς πωλοῦντας εἰπών.* Id. Av. 13.

Ἦ δεινὰ νὼ δέδρακεν οὐκ τῶν ὀρνέων
Ὁ πινακοπώλης Φιλοκράτης μελαγχολῶν.

σχ. *Οὕτως ἔλεγον καὶ ἐπὶ τῶν τόπων, ἀντὶ τοῦ, ὀρνεοπωλείων. ὡς τῶν χυ-*
721 *τρῶν, ἀντὶ τοῦ, χυτροπωλείων.* Ita Hesych. *Κύτραι, τὰ χυτροπώλια* (l. *χυτροπωλεῖα*). Et in *Ἰχθῦς*. *Ἀττικοὶ τὰ ἰχθυοπωλεῖα ἔλεγον.* Id. Ran. 1103.

Κἂν ταῦτα λέγων ἐξαπατήσῃ παρὰ τοὺς ἰχθῦς ἀνέκυψεν.

σχ. *Παρὰ τὰ ἰχθυοπώλια. τὸ δὲ τοιοῦτον Ἀττικόν.* Εὔπολις

Περιῆλθεν εἰς τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα.

Id. Equit. 1371.

Ποῦ δῆτα Κλεισθένης ἀγοράσει, καὶ Στράτων,
Τὰ μειράκια ταὐτὶ λέγω τὰ' ν τῷ μύρῳ
Ἃ στωμυλεῖται τοιαδὶ καθήμενα.

Mala fide Interpres, *unguentis illitos*, cum adnotavit σχ. Οὕτως Ἀττικῶς, ἀντὶ τοῦ ἐν μυροπωλείῳ, ἀπὸ τῶν πωλουμένων τοὺς τόπους καλοῦντες. Theophr. περὶ βδελυρίας. Καὶ πληθούσης τῆς ἀγορᾶς προσελθὼν πρὸς τὰ κάρυα, ἢ τὰ ἀκρόδρυα κ. τ. λ. Eodem modo Euripid. Med. 67.

> Ἥκουσά του λέγοντος, οὐ δοκῶν κλύειν
> Πεσσοὺς προσελθών —

σχ. ad loc. Ἐπεὶ ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς τόποις ὠνόμαζον τοὺς τόπους· πεσσοὺς γὰρ νῦν, τοὺς τόπους τῶν κυβευτῶν, ὡς ὄψον καὶ μύρα, ἔνθα ταῦτα συνήθως ἐστίν. Consulendi sunt Kuster. ad Suid. in Τοῦψον. Fornerius Rerum Quotid. II. 23. Casaub. ad Theophrast. Charact. περὶ ἀναισθησίας. Græv. Lect. Hesiod. cap. XIX. H. Steph. Append. de Ling. Attic. c. 16. p. 211. Meurs. Attic. Lect. VI. 32. III. ult. et Ceramic. c. 16. Pergo. In Orat. c. Alcibid. p. 531. et in altera, quæ inscribitur Δήμου καταλύσεως, p. 769. not. notavi, qua facilitate Librarii descripserint πραττόμενα et πραττομένων pro προσταττόμενα et προσταττομέων. Adde, quæ acutissime observavit de ea re Cl. Marklandus ad Orat. XIV. Ita vulgo legitur apud Phil. de vita Mosis l. 2. Τούτων τοίνυν (i. e. librorum Mosis) τὸ μὲν ἐστιν ἱστορικὸν μέρος, τὸ δὲ περὶ τὰς πράξεις καὶ ἀπαγορεύσεις. Ubi legit Cl. Editor, quem honoris causa nomino, προστάξεις καὶ ἀπαγορεύσεις, plane uti in initio ejusdem libri. Πρόσταξις δὲ τῶν πρακτέων καὶ ἀπαγόρευσις τῶν οὐ πρακτέων, ἴδιον νόμου. Quemadmodum quoque legem definit Chrysippus apud Marcian. l. 2. D. de legib. προστατικὸν μὲν, ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ, ὧν οὐ ποιητέον. Ubi accuratissima Taurelli Editio Pandectarum habet, uti debuit, προστακτικόν. Verum nihil mirum, si Græca, quæ leguntur in Latinis scriptoribus, a Latinis Librariis descripta, fœdissimis mendis scateant. Quantum hodie supersit in Prisciano quantum in Digestis! Luculentissimum exemplum addam ex auctore, quem maximi semper feci, qui, ut cum Mureto loquar, "asperitatem Grammaticarum præceptionum inusitata quadam numerorum suavitate condivit." Is est Terentianus Maurus, qui de diphthongis disserens hæc habet, 421.

> "Quin et Y loco priore *ἰῶτα* si subjunxeris,
> Effici Diphthongon unam posse, nec pluris reor,
> Υἷες ut dicunt, ΑΕΙΛΟΓΙΑ *μυῖα* et talia."

Memineris tu primo pro Y Latinorum rescribendum esse Υ Græcorum, et *ἰῶτα* quasi *Giota* sonari, aliter versus constare nequit, uti nec pariter in iis Trochaicis, quæ sunt in vicinia, 403.

> "Ἰῶτα tantum et Y videmus subditas vocalibus."

ubi iterum rescribe Υ et *Iota* pronuncies, et 451.

> "Scribimus siquando *νῖκος*, *ἰῶτα* solum sufficit."

Hæc tamen obiter. Quid Tu tamen sentis de ista voce *ἀειλογία*? Annon est quoddam præclarum? Si adducatur, ut diphthongum *υι* repræsentet (ἐμπαιγμοῦ pacto hic adduci video Υἷες et *μυῖα*), frustra est: quoniam repræsentat nihil minus. Si non exempli loco, sed veluti epitheton muscæ, ut voluit Enarrator ad locum, quid est ab omni Græcismo alienius? Quocunque demum modo allegetur, legem metri violat. Nam præterquam quod ejus

penultima nulla *libertate Græcorum*, nullo *musarum favore* produci possit, tamen sive pausam metri Trochaici aperte violat. Vix enim *metricus* auctor in legibus condendis legem metri violaret, vix *suam*, qui v. 314. modum sibi ipsi constituisset,

> "Regulam servans ubique *finis* ut *quarti* pedis
> Nominis verbive *fine* (comma primum terminet:
> Hac enim toma probatur) metron hoc trochaicum."

Quid ergo? Tu sanabis hoc pacto

> "Υἷες ut dicunt Achæi, γυῖα, μυῖα et talia."

Ita modo, sc. v. 464.

> "Sic et Αἰνείαν Achæus, noster *Ænæan* vocat."

et similiter, 664.

> "Quanquam ἴτυν dicunt Achæi, hanc βίτυν gens Æolis."

Verum, ut cum Sidonio loquar Carm. IX.

> "Non *Marsus*, *Pedo*, *Silius*, *Tibullus*,
> Non quod *Sulpiciæ* jocus Thaliæ
> Scripsit blandiloquum suo Celeno,
> Non *Persi* rigor aut lepos *Properti*,
> Sed nec centimeter *Terentianus*,"

quem tamen in sinu quotidie fere gesto, hodie mihi tanti sunt, quanti Lysias, quem plurimi facio, tantique fecerim, ut eum millenis circiter in locis restitutum, nitidum et pene novum, Tibi, Lector, tuoque genio commendem. Quædam præterea in schedis meis raptim video congesta de Oberto Decembri, qui, ex Gesneri auctoritate, Auctori nostro bonas horas impenderat: de Philisco, qui portentosum istud Epigramma de Lysia olim concinnavit: de Zosimo et Zenone antiquis Lysiæ Commentatoribus: nonnulla de Rutilio Lupo, qui tot Lysiæ Latine conservavit, et cujus ætas, studium et condicio fere ignorantur. Verum instant Typographi; instant amici, vel de mea fide propter moram editionis solliciti, vel propter molem de fortunis. Tu his fruere.

ΛΥΣΙΑΣ.

ΛΥΣΙΟΥ

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ ΦΟΝΟΥ

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ὁ ΦΕΥΓΩΝ δίκην φόνου Εὐφίλητος τὸν Ἐρατοσθένην Οἴηθεν τὴν αὐτοῦ γυναῖκα μοιχεύοντα ἐπ' αὐτοφώρῳ λαβὼν ἀπέκτεινε. SCALIG. MS.

Pag. ed. H. Steph. — Pag. ed. Reisk.

91.1 α'. ΠΕΡΙ πολλοῦ ἂν ποιησαίμην, ὦ ἄνδρες, τὸ τοιούτους 2
ὑμᾶς ἐμοὶ δικαστὰς περὶ τούτου τοῦ πράγματος γενέσθαι, 3

ΛΥΣΙΟΥ] In hujus nominis societatem venere plurimi. Occurrit præter nostrum longe ὀνομαστότατον (I) Lysias in Marm. Chron. Arundel. Archon Athenis Olymp. XXIV. 3. non alius a Tlesia, quem Pausanias in Messen. solita discrepantia ad Olymp. XXIII. 4. relegavit. (II) Lysias Atheniensium dux, qui navali prœlio ad Arginusas interfuit δέκατος αὐτὸς, a populo demum capite damnatus: ex notissima historia. Vid. Xenoph. Diod. Sic. quorum hic tamen semel pro Lysia *Lysaniam*, ille uno itidem in loco *Leonta* exhibet. Ita vicissim pro Lysania (τῷ τετράρχῃ sc.) *Lysias* apud Ioseph. et Euseb. (III) Alius fortasse nostro itidem æqualis, qui memoratur infra in Orat. de Aristoph. bon. (IV) Lysias, qui duobus dialogis Speusippi Platonici pro istius scholæ genio nomen dedit. (V) Philosophus Tarsensis Epicureus, ex Sophista Tyrannus factus, cujus historiola occurrit apud Athenæum l. 5. p. m. 215. Adde Rhodigin. lect. antiq. V. 12. et XXII. 21. An idem fuit ille, apud quem Hermachus Epicuri successor diem obiit, ut prodit Laert. in Epicur. videant otiosores: immo an omnino *fuerit*, nam eruditissimo Menagio non arrisit ἐτελεύτα παρὰ Λυσίᾳ, sed παραλύσει. (VI) Pharmacopola ejusdem ætatis atque Diogenes Cynicus. Laert. VI. 42. (VII) Eximius sculptor, cujus "opus, quadriga currusque et Apollo ac Diana ex uno lapide Romæ in magna auctoritate habebatur," ut testatur Plin. XXXVI. 5. (VIII) Legatus Seleuci Alexandri M. successoris, in bello contra Demetrium. Polyæn. l. 4. (IX) Alius junior sub Antiocho Epiph. ex regia prosapia, quem debellavit Iudas Macchab. deinde una cum Antiocho Eupatore Demetrius morte mulctavit. 1 Macchab. cap. 3. 4. 7. Ioseph. Antiq. l. XII. cap. 11. 15, 16. Appian. in Syriac. Polyb. in Hist. c. 17. et in Excerpt. Legat. Hegesip. de excid. urb. Hierosol. II. 13. et L. Florus Epitom. Histor. Liv. I. 46. (X) Claudius Lysias tribunus militum a D. Luca in Act. Apost. memoratus. (XI) Medicus incerti ævi a Celso laudatus V. 18. (XII) Lysias quidam, qui βοῦν ἀνέθηκεν ἐν ἀκροπόλει, ut habent Apostol. Cent. V. 85. And. Schott. Vatic. Append. Cent. I. 25. Ni tamen Lysippo, ut alibi dicitur, fucum fecerint Parœmiographi. (XIII) Lysias, quem colloquentem inducit Plutarchus in l. de Music. (XIV) Lysias, ad quem exstat epistola Libanii III. 104. (XV) Alius, cujus occurrit mentio Marm. Oxon. IX. 3. edit. Mattair.

ΔΙΟΓΕΝΗΣ. ΛΥΣΙΟΥ. ΛΑΟΔΙΚΕΥΣ.

(XVI) Alius porro ejusdem farinæ, cujus nomen visitur Athenis in theatro Bacchi.

ΝΙΚΩΝ,
ΛΥΣΙΟΥ.
ΛΑΙΕΥΣ.

Spon. Wheeler. (XVII) Lysias Presbyter (ita Codd. non Λουσία) cui dantur duæ epistolæ Nili monachi, III. 109, 110. Ut taceantur (1) Lysias, quem somniavit

4 οἷοί περ ἂν ὑμῖν αὐτοῖς [1] εἴητε τοιαῦτα πεπονθότες. εὖ γὰρ
οἶδ' ὅτι, εἰ τὴν αὐτὴν γνώμην περὶ τῶν ἄλλων ἔχοιτε ἥν-
5 περ περὶ ὑμῶν αὐτῶν, οὐκ ἂν εἴη ὅστις οὐκ ἐπὶ τοῖς γε- 5
γενημένοις ἀγανακτοίη· ἀλλὰ πάντες ἂν περὶ τῶν τὰ τοι-
αῦτα ἐπιτηδευόντων τὰς ζημίας μικρὰς ἡγοῖσθε. καὶ ταῦ-
τα οὐκ ἂν εἴη μόνον παρ' ὑμῖν οὕτως ἐγνωσμένα, ἀλλ' ἐν 92. 1
ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι· περὶ τούτου γὰρ μόνου τοῦ ἀδικήματος
καὶ ἐν δημοκρατίᾳ [2] καὶ ὀλιγαρχίᾳ ἡ αὐτὴ τιμωρία τοῖς
ἀσθενεστάτοις πρὸς τοὺς τὰ μέγιστα δυναμένους ἀποδέδοται,

[1] εἰ ἦτε Taylor. Auger. [2] καὶ ἐν ὀλιγ. A.

Ions. de Script. Hist. Philos. auctorem fuisse tractatuli de plagiis literarum, cum noster omnino fuit, qui orationem conscripsit περὶ τῆς τῶν βιβλίων κλοπῆς. (2) Lysias Tetrarcha, de quo supra, non alius quam Lysanias. (3) Lysias epistolarum auctor corrupte in Indice ad Laert. in Catalog. Codd. MSS. Col. Baliol. Oxon. apud Meurs. Eleus. c. 20. apud omnes fere Codd. Cic. Offic. et alibi (V. Fr. Fabrit. ad Offic. I. 155.) pro Lyside. (4) Lysiæ nomen προσποίητον ab Ἐρωτικῶν scriptoribus, Luciano, Aristæneto et Alciphrone frequentatum. (5) Lysias qui videri potuit, uti profecto nonnullis visus est, Isocratis amitam in uxorem duxisse. Plutarch. in Isocr. sub fin. Nam revera fuit mulierculæ nomen Λύσιον, ut Phronesium, Leontium, Glycerium, quæ nupsit Isocratis filio adoptivo. (6) Lysias Peripateticus, Stratonis auditor. Cic. de Fin. V. 13. Nam *Lyco*, adjuvantibus nonnihil MSS. rescribi olim optima fide jusserunt Scaliger et Lambinus. (7) Lysias Quietus Maurus. Euseb. Chron. ad A. C. CXVI. qui rectius apud Xiphilin. et Spartian. (V. Casaub. ad Spartian. in Hadrian. n. 24.) Λούσιος, Lusius nominatur. Κύντος Λούσιος Μαῦρος, Dion. Cocceian. in excerpt. apud Valesium. Uti Λούσιος apud Plutarch. in Sertorio et Mario. Caius enim Lusius C. Marii nepos fuit ex sorore. Visitur etiam *Lusius* Varus, *Lusius* Geta, *Lusius* Saturninus apud Tacit. atque hodie in inscriptionibus, quarum plures exstant in Gruteri corpore, nonnullos adjecit Fabrettus ad Columnam Trajanam, qui hoc nomen summa diligentia expedivit et restituit. Exsulet ergo *Lisius* ille e Cœl. Aurel. Chron. IV. 3. et revocetur *Lusius* ad formam præcedentem, uti quoque apud eundem auctorem, sc. II. 1. 7. recte occurrit. (8) Lysias Archon Olymp. LXXXVI. 1. Ita Codd. Volcob. et Turneb. Plutarchi in Isocrate, quem tamen alii Lysimachum, alii Nausimachum faciunt. Taylor.

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ ΦΟΝΟΥ ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ ΜΟΙΧΕΙΑΣ ΛΟΓΟΣ. Contius. Perperam; neque enim adulterii Eratosthenes in hac oratione accusatur, sed jure cæsum Eratosthenem, quippe in adulterio deprehensum, ostenditur. Sluiter.

Εἰ ἦτε] Lectionem hujus loci non improbo. Minus ideo necessaria videatur, ingeniosissima licet, conjectura Schotti Scaligerique reponentium: οἷοίπερ ἂν ὑμῖν αὐτοῖς εἴητε τοιαῦτα πεπονθότες. Taylor. Contraxi in unum vocabulum εἴητε ista duo, male distracta, εἰ ἦτε. Sequi debuerat Taylor Scaligerum et Schottum hic recta monentes. πεπονθότες idem est, atque si dixisset εἰ ἐπεπόνθειτε. Reisk. Utraque lectio potest probari. Auger.

Περὶ] Malim καὶ περὶ, *etiam de aliis.* Reisk.

Τὰς ζημίας] Videtur μεγίστας interponendum esse. vel maximas, gravissimas, acerbissimas quasque pœnas in hominibus talia patrantibus tamen minutas et meritis inferiores mihi videmini existimaturi. Idem.

Μικρὰς ἡγεῖσθε] Sic vulgatæ. H. Stephanus ex conjectura μικρὰς ἡγοῖσθε. Infra: οὐδένα οὕτως ὀλιγώρως διακεῖσθαι ὅστις — μικρᾶς ζημίας ἀξίους ἡγεῖται τοὺς — istud ἡγοῖσθε præterea fidem nanciscitur ex Coisl. Taylor. Leg. μικρᾶς. Cont.

Οὐκ ἂν εἴη] Et nescio, an hæ in mœchos constitutæ pœnæ, non apud vos solos, sed in universa quoque Græcia ratæ et sancitæ sint. Reisk.

Ἀλλ' ἐν ἁπάσῃ] Alius quicunque dixisset ἀλλὰ καὶ ἐν ἅπ. Sed hæc est Lysiæ nostri breviloquentia, quæ etiam de περὶ, quod modo annotabamus, excuset. Idem.

Καὶ ὀλιγαρχίᾳ] Leg. καὶ ἐν ὀλιγαρχίᾳ. Cont.

Πρὸς τοὺς τὰ μέγιστα δυναμένους] Ad verbum interpretare, non, *adversus eos qui maxima pollent potentia;* sed, *in comparatione eorum qui* &c. Auger.

ὥςτε τὸν χείριςτον τῶν αὐτῶν τυγχάνειν τῷ βελτίςτῳ·
6 οὕτως, ὦ ἄνδρες, ταύτην τὴν ὕβριν ἅπαντες ἄνθρωποι δει- 5
νοτάτην ἡγοῦνται. περὶ μὲν οὖν τοῦ μεγέθους τῆς ζημίας
ἅπαντας ὑμᾶς νομίζω τὴν αὐτὴν διάνοιαν ἔχειν, καὶ οὐ-
δένα οὕτως ὀλιγώρως διακεῖσθαι, ὅςτις οἴεται δεῖν συγ-
γνώμης τυγχάνειν ἢ μικρᾶς ζημίας ἀξίους ἡγεῖται τοὺς
τῶν τοιούτων ἔργων αἰτίους· ἡγοῦμαι δὲ, ὦ ἄνδρες, τοῦτό
με δεῖν ἐπιδεῖξαι, ὡς ἐμοίχευεν Ἐρατοσθένης τὴν γυναῖκα
7 τὴν ἐμὴν, καὶ ἐκείνην τε διέφθειρε καὶ τοὺς παῖδας τοὺς
ἐμοὺς ἤσχυνε καὶ ἐμὲ αὐτὸν ὕβρισεν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν 10
ἐμὴν εἰσιὼν, καὶ οὔτε ἔχθρα ἐμοὶ καὶ ἐκείνῳ οὐδεμία ἦν
πλὴν ταύτης, οὔτε χρημάτων ἕνεκα ἔπραξα ταῦτα, ἵνα

Τῶν αὐτῶν] Subaudi δικαίων. Reisk. Auger.

Τυγχάνειν] Scaliger, si is fuit, adscripsit λαγχάνειν. Sed vulgata bene habet. Reisk.

Ταύτην] Scil. ἣν ἐγὼ νῦν ὕβρισμαι καὶ περὶ ἧς νῦν ἀγωνίζομαι. quo fit, vel factum est, ut omnes homines, hanc, de qua nunc agitur, contumeliam omnium duxerint atrocissimam. Idem.

Τῆς ζημίας] Imo vero τῆς ὕβρεως, vel παρανομίας. Sensit etiam interpres, expressit certe. Idem. Non recte. Sic enim procedit orator: injuria de qua agitur graviter puniri debet si vere illata est; atqui vere illata est; id quod mox probare intendit, ἡγοῦμαι δὲ κ. τ. λ. Auger.

Αἰτίους] Eos, a quibus istiusmodi flagitia proficiscuntur. Colligit sic: Certum est, mœchos, pœnis dignos esse, quæ possunt excogitari acerbissimæ. (Demonstravit hactenus hanc positionem, ut vulgo usurpant, majorem.) Jam subsumit: Sed Eratosthenes mœchus est. id quod tota docetur oratione. Unde ultro consequitur, recte sumtas fuisse ab eo pœnas. Reisk.

Ἐμοίχευεν] Leg. ἐμοίχευσεν. Cont.

Ἐκείνην τε διέφθειρε] Hic obiter, paucis verbis, sed rotundis et nervosis, enormitatem et fœditatem hujus flagitii docet, et cur mœchus dignus sit, in quem tam graviter animadvertatur. Injurias enim facit et mulieri ipsi, quam stupro polluit, et marito ejus, et liberis eorum communibus. Mulierem enim, quam corrumpit, docet, quem maritum amare debebat et amandum sancte receperat, cum odisse, arcana ejus prodere, ridiculum ad alios facere, minuere ipsius rem familiarem, furari, sicamque uxori in jugulum mariti tradit; rescindit vinculum matrimonii, in culpa est, ut uxor a marito fraudem intelligente aut repudietur, aut male tractetur, ut ignominia, et penuria rerum omnium, et odio publico opprimatur, denique pestem ipsi extremam consciscit. Ita de muliere meretur is, qui eam a se amari simulat, sed ita amat, ut lupus oviculam, ut vulpes anserculum. Porro contrahit liberis tam flagitiosæ matris hoc dedecus, ut in publico et impune a quocunque e stupro nati appellentur, et mater ipsorum scortum. Et profecto impudicæ ejusmodi et perfidæ uxores omnino sunt omnes scorta. Denique marito, forsitan non male, aut bene etiam, de se merito malam hanc refert gratiam, ut cornua ipsi imponat; quæ fraus ubi percrebuit, ridetur, sibilatur, digitis omnium demonstratur. Possint, si locus aut ferret, aut postularet, alia plura hoc de argumento dici, quod cum tam parvi fiat hodie, ut derisui sit, qui serio de eo cogitet, nemo non culpæ reos, tanquam re bene gesta, ut homines subtiles, miretur, et laudet adeo, passum injuriam rideat; colligere inde est, quam corrupti sint seculi mores. Reisk.

Εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν εἰσιὼν] Videtur actor hujus causæ, cui nomen est Euphileto, ὕβριν, contumeliam sibi factam, non in eo posuisse, quod cornutus esset ab Eratosthene factus, sed in hoc, quod Eratosthenes in domum suam, se inscio, et invito adeo, esset ingressus. Illud furis est, hoc tyranni. Superbiam et violentiam homo insolens et arrogans inter alia hoc quoque demonstret, si invito et ringente domino in domum ejus invadat, in eaque pro lubitu grassetur. Idem.

Χρημάτων ἕνεκα] Ut cædem a se patratam purget, causam ejus sibi ait legitimam fuisse. Nam Eratosthenem mœchum in uxoris suæ amplexibus deprehendisse.

8 πλούσιος ἐκ πένητος γένωμαι, οὔτε ἄλλου κέρδους οὐδενὸς πλὴν τῆς κατὰ νόμους τιμωρίας.

β'. Ἐγὼ τοίνυν ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν ἅπαντα ἐπιδείξω τὰ ἐμαυτοῦ πράγματα, οὐδὲν παραλείπων, ἀλλὰ λέγων τἀ- 15 ληθῆ· ταύτην γὰρ ἐμαυτῷ μόνην ἡγοῦμαι σωτηρίαν, ἐὰν ὑμῖν εἰπεῖν ἅπαντα [1] δυνηθῶ τὰ πεπραγμένα. ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες, ἐπειδὴ ἔδοξέ μοι γῆμαι καὶ γυναῖκα ἠγαγόμην εἰς τὴν οἰκίαν, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον οὕτω διεκείμην, ὥστε 9 μήτε λυπεῖν μήτε λίαν ἐπ' ἐκείνῃ εἶναι ὅ τι ἂν [2] θέλῃ ποιεῖν, ἐφύλαττόν τε ὡς οἷόν τε ἦν, καὶ προσεῖχον τὸν νοῦν 10 ὥσπερ εἰκὸς ἦν· ἐπειδὴ δέ μοι παιδίον γίγνεται, ἐπίστευον 20

[1] δυνηθῶ ἅπαντα T. Reisk. A. [2] θέλοι T. R. A.

Sed leges permittunt mœchum in ejusmodi habitu deprehensum haud secus atque furem, occidere. Et profecto fures uxorum sunt mœchi. Alia quacunque causa haud legitima se negat ad cædem patrandam inductum esse; odia privata cum Eratosthene nulla unquam exercuisse; neque cupiditate acquirendarum opum se captum sicam suam venalem cuiquam præstare aut præstitisse unquam ad hominem aliquem clam de medio tollendum, qui conductori esset inimicus, aut exosus. Idem.

Λυπεῖν] Ausculta, quæso. Tenuissimum quod vidi orationis filum mendum non tenue occupavit. Hodie enim me nunquam argumentis vinces his verbis ullam vel minimam subesse ἀντιστοιχίαν. Age trutines. οὕτω διεκείμην, ὥστε μήτε λυπεῖν, μήτε — quid? ὅ,τι ἂν θέλοι ποιεῖν λίαν ἐπ' ἐκείνῃ εἶναι. Profecto hæc non placerent Plutarcho, qui in libro de Exsul. opponenda opposuit. Ita ille: Φυγὰς δὲ καὶ ἀδοξίας — ὥσπερ αὖ τοὐναντίον, στεφάνους καὶ ἀρχὰς — οὐ τὴν αὐτῶν φύσιν, ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν κρίσιν ἔχοντα τοῦ λυπεῖν καὶ εὐφραίνεσθαι. Non Euripidi.

Οὔποτε φήσω γάμον εὐφραίνειν πλέον ἢ λυπεῖν. Alcest. 233.

Non Demostheni. Ἐγὼ δ', ὦ ἄνδρες δικασταί, νομίζων δεῖν καὶ πρότερον, καὶ ἐπειδὴ οὗτοι ἐλύπουν αὐτὸν δικαζόμενοι καὶ πράγματα παρέχοντες, ἐμὲ τοὐναντίον εὐφραίνειν ἅπαντα ποιοῦνθ', ὅσα ἐκείνῳ χαριεῖσθαι μέλλοιμι. Orat. Contra Bœot. de dot. matern. [p. 1011. ult. ed. R.] Verum ne parcus sim, esto ut ex his verbis hujusmodi possis expiscari sententiam: Neque *tristem*, neque *facilem* maritum me gessi. Esto: Sed id nunc non agitur. Non ad *maritum*, sed *patremfam.* universa dein oratio spectat. ἐφύλαττον — προσεῖχον τὸν νοῦν — ἐπίστευον — πάντα ἐκείνῃ παρέδωκα — οἰκονόμος — φειδωλὸς — ἀκριβῶς πάντα διοικοῦσα. Quippe cum rerum domesticarum cura jam inde ad uxorem pertinebat.

Καί μιν ἔτισ' ὡς οὔτις ἐπὶ χθονὶ τίεται ἄλλη,
Ὅσσαι νῦν γε γυναῖκες ὑπ' ἀνδράσιν οἶκον ἔχουσι.—Hom. Odyss. H. 67.

Tu ergo, amice lector, ne dubites reponere: ὥστε μήτ' ἐλλιπεῖν, μήτε λίαν ἐπ' ἐκείνῃ εἶναι ὅ,τι ἂν θέλοι ποιεῖν. Vel oculatum librarium hæc minima poterant in fraudem inducere. Cujusmodi etiam medela et Sophoclem quoque mactari velim, Electr. 365.

Ἐμοὶ γὰρ ἔστω τοὐμὲ μὴ λιπεῖν μόνον
Βόσκημα· τῆς σῆς δ' οὐκ ἐρῶ τιμῆς τυχεῖν.

Cedo enim, cui λυπεῖν in isto Tragici loco placere possit. Taylor. Vox λίαν otiosa est. Lego: μήτε ἐᾷν ἐπ' ἐκείνῃ εἶναι etc. *ita me gessi, ut neque* eam *contristarem, neque* contra *permitterem illi libertatem faciendi quodcunque vellet.* Quod erat Humani, et Prudentis simul mariti. Isocrates Panegyrico: τὰς δὲ μεγίστας τῶν πόλεων μηδὲ αὐτὰς ἑαυτῶν ἐᾷν εἶναι κυρίας, ἀλλ' ἀναγκάζειν δουλεύειν. Constructio ista, μήτε λυπεῖν, μήτε εἶναι, non videtur esse proba. Markland. Quod Taylor dat, id ne Græcum quidem est, et sententia caret; quod Markland, est id quidem bene Græcum, et scitum adeo, ut ipse sim, si codices auctores fiant, amplexurus. verumtamen non ideo prorsus est necessarium. Etiamsi ἐᾷν admittam, λίαν tamen utique tuebor. Verum locus hic, ut jacet in vulgatis, bene habet, eique hæc est sententia: Ita me gerebam erga uxorem, ut neque molestus ei essem severitate modum excedente, neque rursus ipsi admodum liceret, quæ vellet, agere. Justo et æquo neque difficilior eram, neque facilior. Reisk.

ἤδη καὶ πάντα τὰ ἐμαυτοῦ ἐκείνῃ παρέδωκα, ἡγούμενος ταύτην οἰκειότητα μεγίστην εἶναι. ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ χρόνῳ, ὦ Ἀθηναῖοι, πασῶν ἦν βελτίστη· καὶ γὰρ οἰκονόμος δεινὴ, καὶ φειδωλὸς ἀγαθὴ, καὶ ἀκριβῶς πάντα διοι- 11
κοῦσα· ἐπειδὴ δέ μοι ἡ μήτηρ ἐτελεύτησε, πάντων τῶν κακῶν αἰτία μοι γεγένηται. ἐπ' ἐκφορὰν γὰρ
25 αὐτῇ ἀκολουθήσασα ἡ ἐμὴ γυνὴ, ὑπὸ τούτου τοῦ ἀνθρώπου ὀφθεῖσα, χρόνῳ διαφθείρεται. ἐπιτηρῶν γὰρ τὴν θεράπαιναν τὴν εἰς τὴν ἀγορὰν βαδίζουσαν καὶ λόγους προσφέρων ἀπώλεσεν αὐτήν.

γ'. Πρῶτον μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, — δεῖ γὰρ καὶ ταῦθ' 12
ὑμῖν διηγήσασθαι — οἰκίδιόν ἐστί μοι διπλοῦν, ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω, κατὰ τὴν γυναικωνῖτιν καὶ κατὰ τὴν 13

Ταύτην οἰκειότητα μεγίστην] Idem est ac si dixisset: τοῦτο τῆς μεγίστης οἰκειότητος εἶναι αἴτιον, vel τοῦτο πρὸς οἰκειότητα μέγιστον εἶναι, scil. τὸ πιστεύειν τῇ γυναικὶ, καὶ παραδιδόναι αὐτῇ ἅπαντα. Idem.

Φειδωλὸς ἀγαθὴ] Recte habeat, an secus, haud definiam. Defendi posse videtur e similitudine cum dictione οἰκονόμος δεινή. nam ut ibi οἰκονόμος, quod proprie adjectivum est, pro substantivo est usurpatum, ita potuit φειδωλὸς pari modo quoque esse. tametsi Græci potius φείδεσθαι ἀγαθὸς usurpare amant. Sin autem male habet, auctor ego sim, ut legatur: φειδωλῶς (adverbialiter) ἄγαν καὶ ἀκριβῶς διοικοῦσα. Idem.

Ἐπ' ἐκφορὰν αὐτῇ ἀκολουθήσασα] Deesse videtur Atticum γὰρ post ἐκφορά̀ν. Solenne hoc et pæne perpetuum in Narrationum initiis: tametsi omittatur quoque Orat. XII. Οὐμὸς πατὴρ Κέφαλος etc. scribarum, puto, incuria. Mox, διαφθείρεται, ut γίγνεται paullo ante. neque opus est, ut in præterita mutentur, nisi ita statuant MSS. Markland. Add. γάρ. Cont. Auger.

Τούτου] Agit cum Eratosthene, jam peremto, tanquam cum præsente; reapse agit cum peremti necessariis, qui Euphiletum homicidii reum egerant. τούτου est, hoc, quem omnes novimus, cujus causa nunc agitur. Reisk. Np. Eratosthenis. Hic pronomen οὗτος, sicut millies alibi, et quemadmodum *iste* Latino sermone, de eo intelligi debet contra quem lis intenditur. Auger.

Ἀπώλεσεν] Ad malam rem convertit. Sic Latini *perditos* homines appellant depravatis et *profligatis* moribus. Salmas.

Αὐτὴν] Scil. uxorem rei. Auger.

Διηγήσασθαι] Malim προδιηγήσασθαι, *præfari*, *præenarrare*. Reisk.

Οἰκίδιόν ἐστί μοι διπλοῦν etc.] Hunc locum citat Demetrius περὶ Ἑρμηνείας, (Segm. 194. edit. Gale) in exemplum τοῦ ἰσχνοῦ χαρακτῆρος, *tenuis* seu *subtilis notæ*: in qua dominari putatur Lysias. Mox, pro οὐδέποτε ὑπώπτευσα, legi potest, οὐδέπω τι ὑπώπτευσα, *nihil adhuc suspicatus sum*. Markland.

Γυναικωνῖτιν] Ita Suid. et auctores plurimi. Hesych. Γυναικωνίτης. οἶκος γυναικῶν. Dixisse affirmo γυναικωνίτης. Ita enim Pollux in Onomast. (Quem igitur Palmerii non pigebit, qui γυναικωνῖτις reponit, mendum non delentis, sed propagantis?) Et tam γυναικωνίτης, quam γυναικωνῖτις, dari confirmant scripta veterum. Ego ultra adagialia non divagabor. Ὁ δὲ Μάρκος — ἐβούλετο ἀπολυθεὶς τοῦ πολέμου πρὸς Λυσιτανοὺς μεταβαλεῖν τὸν πόλεμον, καὶ, τὸ λεγόμενον, ἐκνεύσας τὴν ἀνδρωνῖτιν εἰς τὴν γυναικωνῖτιν κωμᾶσαι. Auctor apud Suid. in Κωμᾶσαι. Ita Antisthenes παραγενόμενος Ἀθήνηθεν εἰς Λακεδαίμονα ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος ἔφη εἰς τὴν ἀνδρωνῖτιν ἐπιέναι. Theo. Progymn. "Eum Molossum cum in Italiam transiret, dixisse accepimus se quidem ad Romanos ire quasi in ἀνδρωνίτην, Macedonem isse ad Persas quasi in γυναικωνίτην." Gell. XVII. 21. Γυναικήϊν Ionici Scriptores. Γυναικῶνα LXX. Vid. Esth. II. passim. Romani variant. "Neque sedet uxor, nisi in interiore parte ædium, quæ *Gynæconitis* appellatur." Præf. Æmilii Probi. Ita Vitruv. VI. 10. qui de hac re disertius *Gynæceum*, Cic. Philipp. II. 95.

ἀνδρωνῖτιν. ἐπειδὴ δὲ τὸ παιδίον ἐγένετο ἡμῖν, ἡ μήτηρ αὐτὸ ἐθήλαζεν· ἵνα δὲ μὴ, ὁπότε λούεσθαι δέοι, [1] κινδυνεύῃ κατὰ τῆς κλίμακος καταβαίνουσα, ἐγὼ μὲν ἄνω διητώμην, αἱ δὲ γυναῖκες κάτω. καὶ οὕτως ἤδη συνειθισμένον ἦν, ὥστε πολλάκις ἡ γυνὴ ἀπῄει κάτω καθευδήσουσα ὡς τὸ παιδίον, ἵνα τὸν τιτθὸν αὐτῷ διδῷ καὶ μὴ βοᾷ. καὶ ταῦτα πολὺν χρόνον οὕτως ἐγίνετο, καὶ ἐγὼ οὐδέποτε ὑπώπτευσα, 14 ἀλλ' οὕτως ἠλιθίως διεκείμην, ὥστε ᾤμην τὴν ἐμαυτοῦ γυναῖκα πασῶν σωφρονεστάτην εἶναι τῶν ἐν τῇ πόλει.

δ'. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ὦ ἄνδρες, ἧκον μὲν ἀπροσδοκήτως ἐξ ἀγροῦ, μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον τὸ παιδίον ἐβόα καὶ ἐδυσκόλαινεν, ὑπὸ τῆς θεραπαίνης ἐπίτηδες λυπούμενον, ἵνα ταῦτα ποιῇ. ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἔνδον ἦν· ὕστερον γὰρ ἅπαντα ἐπυθόμην. καὶ ἐγὼ τὴν γυναῖκα ἀπιέναι ἐκέλευον καὶ δοῦναι τῷ παιδὶ τὸν τιτθὸν, ἵνα πάυσηται κλαίων. ἡ δὲ τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἤθελεν, ὡς ἂν ἀσμένη με ἑωρακυῖα ἥκοντα δὴ διὰ χρόνου· ἐπειδὴ δὲ ἐγὼ ὠργιζόμην καὶ ἐκέλευον αὐτὴν ἀπιέναι, ἵνα σύ γε, ἔφη, πειρᾶς ἐνταῦθα τὴν παιδίσκην· καὶ πρότερον δὲ μεθύων εἵλκες αὐτήν. κἀγὼ μὲν ἐγέλων· ἐκείνη δὲ ἀναστᾶσα καὶ ἀπιοῦσα προστίθησι τὴν θύραν, προσποιουμένη παίζειν, καὶ τὴν

[1] κινδυνεύοι T. R. A.

Plaut. Mostell. II. 3. 68. Ter. Phorm. V. 5. 22. Lector, credo, meus vix se moneri patitur, obtinuisse apud antiquos, ut mulieres in sola superiore ædium parte, σωφροσύνης ergo, ætatulam agerent. Hinc apud Homerum frequentius:

Ἐς δ' ὑπερῷ' ἀναβᾶσα — et huic loco disertius, Odyss. A. 328.

Τοῦ δ' ὑπερωϊόθεν φρεσὶ σύνθετο θέσπιν ἀοιδὴν
Κούρη Ἰκαρίοιο περίφρων Πηνελόπεια
Κλίμακα δ' ὑψηλὴν κατεβήσατο οἷο δόμοιο.

Quin et Hebræis suæ erant γυναικωνῖτιδες. Ita Isaacus dicitur novam nuptam duxisse האהלה שרה אמו Gen. xxiv. 67. Quod superest, hunc locum Lysiæ, ad totam, credo, narrationem digitum intendens, laudat Demetr. Phaler. ἰσχνοῦ χαρακτῆρος exemplum, cujus Ideæ, ut technice loquar, neque antiquius, neque illustrius monumentum ullibi exstare contendo. Taylor. Videtur sic leg. ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω. ἄνω τὴν γυναικωνῖτιν, καὶ κάτω τὴν ἀνδρωνῖτιν. *in superiori contignatione secretum mulierum, in inferiori autem* (vel in humili et plano) *marium diversorium.* Reisk. Sensus potest elici ex textu ut se habet; sed velim legi juxta Reiskium. Cæterum ad τὰ ἄνω subaudi κατά. Auger.

Συνειθισμένον ἦν] Subaudi, aut, si mavis, adde τοῦτο ἡμῖν. Reisk.

Οὐδέποτε ὑπώπτευσα] Volebat, quod modo vidimus, Markland legi οὐδέπω τι ὑπώπτ. verum bene habet locus. *toto illo tempore nunquam, ne semel quidem.* Mutandum si quid sit, quod nil est, malim οὐδέπω τότε ὑπ. *nondum tum temporis.* Idem.

Εἵλκες] Εἵλκεν habuit Ald. quod magnum Scaligerum in fraudem induxit. Μεθύοντα εἵλκεν αὐτὴ, inquit ille. Taylor.

Προστίθησι τ. θ.] Simile est apud Petronium. "Adduxit repente ostium, me-

κλεῖν ἐφέλκεται. κἀγὼ τούτων οὐδὲν ἐνθυμούμενος οὐδ' ὑπονοῶν ἐκάθευδον ἄσμενος, ἥκων ἐξ ἀγροῦ. ἐπειδὴ δὲ ἦν
93. 1 πρὸς ἡμέραν, ἧκεν ἐκείνη καὶ τὴν θύραν ἀνέῳξεν. ἐρομένου δέ μου τί αἱ θύραι νύκτωρ ψοφοῖεν, ἔφασκε τὸν λύχνον ἀποσβεσθῆναι τὸν παρὰ τῷ παιδίῳ, εἶτα ἐκ τῶν γειτόνων [1]ἐνάψασθαι. ἐσιώπων ἐγὼ καὶ ταῦτα οὕτως ἔχειν ἡγούμην. ἔδοξε δέ μοι, ὦ ἄνδρες, τὸ πρόσωπον ἐψιμμυθιῶσθαι, τοῦ ἀδελφοῦ τεθνεῶτος οὔπω τριάκονθ' ἡμέρας· ὅμως δ' οὐδ' 16
οὕτως οὐδὲν εἰπὼν περὶ τοῦ πράγματος, ἐξελθὼν ᾠχόμην ἔξω σιωπῇ.

ε'. Μετὰ δὲ ταῦτα, ὦ ἄνδρες, χρόνου μεταξὺ διαγενομένου καὶ ἐμοῦ πολὺ ἀπολελειμμένου τῶν ἐμαυτοῦ κακῶν, προσέρχεταί μοί τις πρεσβῦτις ἄνθρωπος, ὑπὸ γυναικὸς [2]ὑποπεμφθεῖσα ἣν ἐκεῖνος ἐμοίχευεν, ὡς ἐγὼ ὕστερον ἤκουον· αὐτὴ δὲ ὀργιζομένη καὶ ἀδικεῖσθαι νομίζουσα, ὅτι οὐκ ἔτι
ὁμοίως ἐφοίτα παρ' αὐτὴν, ἐφύλαττεν ἕως ἐξεῦρεν ὅ τι εἴη τὸ αἴτιον. προσελθοῦσα οὖν μοι ἐγγὺς ἡ ἄνθρωπος τῆς οἰ-

[1] ἀνάψασθαι T. R. A. [2] ἐπιπεμφθεῖσα T. R. A.

que nihil tale exspectantem inclusit, exemitque raptim clavem." SALMAS.

Ἑφέλκεται] *Ad se trahit*, hoc est, a pessulo revulsum secum auffert. REISK.

Ἀνάψασθαι] Se curasse accendi, vel imperasse ancillæ, ut apud vicinorum quempiam lychnum rursus accenderet. IDEM.

Ἐψιμμυθιῶσθαι] Vides, mi lector, non heri neque pridie *Cerussam* suum habere usum et existimationem. "*Psimmythium* quoque, hoc est, *Cerussam*, plumbariæ dant officinæ. Laudatissimum in Rhodo. Fit autem ramentis plumbi tenuissimis — Vis ejus eadem, quæ supradictis, levissima tantum ex omnibus præterque ad candorem feminarum." Plin. XXXIV. 54. Variant scripturæ ad extremum. Præter quæ *ad candorem feminarum* adhibetur. Editt. 1472. et 1487. Habe etiam quod Cod. MS. Bibl. Reg. Cantab. Propter quæ *ad candorem feminarum adhibetur*. Legitur hic loci apud Coisl. ἐψιμυθιῶσθαι cum simplici μ. quod ferri potest ex mente σχ. Aristoph. Καὶ ψιμύθιον δι' ἑνὸς μ, καὶ ψιμμύθιον διὰ δυοῖν μμ λέγεται. Eccles. 1064. Non desunt utriusque scriptionis exempla.

Εἰ δ' ἐκπλυνεῖται τοῦτο τὸ ψιμύθιον:
Aristoph. Plut. 1065.

Idem Eccl. 924.

Ἤγχουσα μᾶλλον καὶ τὸ σὸν ψιμμύθιον.
ψιμμυθίῳ ἀλείψει. Plat. Lyside, et Alexis apud Athen. I. 13.

Τὰς ὀφρῦς πυρρὰς ἔχει τις, ζωγραφοῦσιν ἀσβόλῳ.
Συμβέβηκ' εἶναι μέλαιναν, κατέπλασε ψιμμυθίῳ.
Λευκόχρως λίαν τίς ἐστι; παιδέρωτ' ἐντρίβεται.

Utroque modo pariter diversis in locis Etym. M. et auctores, quos laudat. Ἐψιμμυθιῶσθαι. Πραττετρίφθαι τρίμματι λευκὸν τὸν χρῶτα ποιοῦντι, ἅσπερ τὸ φύκος ξανθόν. ἐχρῶντο δὲ τῷ φύκει εἰς τὰ μῆλα, ἵνα ξανθίζῃ, τῷ δὲ ψιμυθίῳ εἰς ὅλον τὸ πρόσωπον, ἵνα λευκὸν ᾖ. Tum autem: Κοσμεῖσθαι τε τῇ ἐμῇ στολῇ καὶ ψιμμυθιοῦσθαι καὶ ἐγχουσίζεσθαι τὸ πρόσωπον. Et: Ἰδών ποτε αὐτὴν ἐντετριμμένην πολλῷ μὲν ψιμμυθίῳ, ὅπως λευκοτέρα ἔτι δοκῇ εἶναι ἢ ἦν, πολλῇ δὲ ἐγχούσῃ, ὅπως ἐρυθροτέρα φαίνοιτο τῆς ἀληθείας. Plura adjicere mihi sit Religio, ne puellarum *scrinia compilasse* videar. Admonerem tamen ψιμμύθιον esse quasi Ἀττικώτερον. Ita fere Mœris: Ψιμμύθιον διὰ τοῦ υ Ἀττικῶς. Supplevit Hudson: ψιμμίθιον Ἑλληνικῶς. Id quod reperitur apud Dioscor. V. 103. et Plutarch. in Alcib. fin. Ὑπογράφουσαν καὶ ψιμμιθιοῦσαν. TAYLOR.

Αὐτὴ] Legendum αὕτη. ab οὗτος quippe, non ab αὐτός. IDEM.

17 κίας τῆς ἐμῆς ἐπιτηροῦσα, Εὐφίλητε, ἔφη, μηδεμιᾷ πολυπραγμοσύνῃ προσεληλυθέναι μενόμιζε πρός [1]σε· ὁ γὰρ ἀνὴρ ὁ ὑβρίζων εἰς σὲ καὶ [2]τὴν σὴν
18 γυναῖκα ἐχθρὸς ὢν ἡμῖν τυγχάνει. ἐὰν οὖν λάβῃς τὴν θεράπαιναν τὴν [3]εἰς [τὴν] ἀγορὰν βαδίζουσαν καὶ διακονοῦσαν ὑμῖν, καὶ βασανίσῃς,
19 ἅπαντα πεύσῃ. ἔστι δ', ἔφη, Ἐρατοσθένης Οἰηθεν

[1] σοῦ T. A. [2] τὴν γυναῖκα T. τὴν γυναῖκα τὴν σὴν R.
[3] εἰς ἀγορὰν T. A. εἰς * τὴν ἀγορὰν R.

Ἐμῆς] Aut deest post hoc pronomen ἐξιόντα, *præstolans me exeuntem*, h. e. speculans, quandonam essem exiturus domo mea; aut ἐγγὺς est post ἡ ἄνθρωπος collocandum. ut sic legatur: προσελθοῦσα οὖν μοι ἡ ἄνθρωπος, ἐγγὺς τῆς οἰκίας τῆς ἐμῆς ἐπιτηροῦσα. *anus itque illa, quæ me esset prope domum meam speculata* vel *præstolata, cum ad me accessisset*. Reisk. Construe ἐγγὺς cum τῆς οἰκίας. Auger.

Εὐφίλητε] Ὦ φίλτατε. Cont.

Πρὸς σοῦ] Subaudi οἰκίαν. Auger. Ad mentem Codd. et VV. DD. H. Stephani, Scaligeri, Contii, Taylori, et Reiskii, πρός σε dedi.

Τὴν γυναῖκα] Forte, τὴν σὴν γυναῖκα: ut paulo post, οὐ μόνον τὴν σὴν γυναῖκα διέφθαρκεν. Lucianus Solœcist. p. 760. Καὶ γὰρ ὅστις γυναῖκα ὑβρίζει τὴν σὴν, εἰς σὲ ὑβρίζει. Agit ibi Lucianus de differentia phrasium ὑβρίζειν σε et ὑβρίζειν εἰς σέ: ut prius sit, quando *corpus tuum* ab aliquo male tractatur; posterius, quando aliquis *tuorum*, ut Uxor tua, Amicus tuus, etc. Hic vero Lysiæ locus, si sanus sit, ostendit canonem illum Luciani non semper observatum esse. et supra dixerat Noster de Eratosthene, καὶ ἐμὲ αὐτὸν ὕβρισεν: non recte, si Luciani regulæ standum sit. Dixisse enim debuit εἰς ἐμὲ αὐτόν. Fieri quidem potest, ut participium διαφθείραν desit post τὴν σὴν γυναῖκα: ὁ ὑβρίζων εἰς σὲ, καὶ τὴν σὴν γυναῖκα διαφθείραν. quam distinctionem alibi in hac Oratione servat: ἐκείνην τε διέφθειρε, καὶ ἐμὲ αὐτὸν ὕβρισεν. Luciani vero normam refutat Demosthenes passim: ut in Midiana, ἐμοῦ μὲν ὕβρισεν εἰς τὸ σῶμα, de Midia loquens, qui *ipsum* Demosthenem κονδύλῳ et verberibus exceperat. Et ita alibi in ista Oratione. Markland.

Τὴν εἰς τὴν ἀγορὰν] Ita superius, τὴν θεράπαιναν τὴν εἰς τὴν ἀγορὰν βαδίζουσαν. Obsonandi enim partes ancillulis aliquando cessisse pluribus ostendunt Casaub. ad Athen. l. 4. c. 21. et Duker. in nupera et præclara admodum edit. Thucyd. II. 78. Qui hoc munere fungebatur, ἀγοραστὴς olim audivit. Ἐκάλουν δὲ καὶ ἀγοραστὴν τὸν τὰ ὄψα ὠνούμενον, νῦν δὲ ὀψωνάτορα, ὡς Ξενοφῶν ἐν Ὑφ. ἀπομνημονευμάτων, οὕτωσὶ λέγων, Διάκονον δ' ἂν καὶ ἀγοραστὴν τὸν τοιοῦτον θέλοιμεν πρῶτα λαβεῖν. παρὰ δὲ Μενάνδρῳ ἐστὶ κοινότερον ἐν Φανίᾳ, Φειδαλὸς ἦν τε καὶ ἀγοραστὴς μέτριος. Ὀψώνην δ' εἴρηκεν Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς. Athen. l. 4. p. m. 86. Recte summus ille Criticus. Quod Græcis ἀγοραστὴς, suæ ætati erat ὀψωνάτωρ.

Drs.
Manibvs.
Tavrionis.
Opsonatoris.
Popaeae. Avg.

Spon. Miscell. Erudit. Antiq.

Vindicari obiter Hesychium jubeo. Ἀγοράσματα ὠνία. † Ἀγορᾶται λέγει. Immo Ἀγορᾶσαι λέγε vel λέγουσι. H. e. Veteres obsonantem ἀγορᾶσαι, non ἀγοράσαι, dixerunt, ut monet Suid. Ἀγορᾶσαι τὸ ὠνήσασθαι. Ἀγορᾶσαι λέγουσι, τὸ δ' Ἀγοράσαι βάρβαρον. Et præterea tali utitur interpretamenti forma aliquoties præstantissimus ille Glossographus. Οἷόν τε. δυνατὸν λέγουσι. Taylor.

Ἅπαντα πεύσῃ] *Audies omnia*, quæ scil. tua scire interest. totam rem cognosces. Reisk.

Οἰκοθεν] Felicissime videmur Manutii lectionem restituisse veterumque Codd.; pro qua Stephanus, mente, credo, captus, insulsissimum istud οἴκοθεν infercivit. Οἴη δῆμος erat Atticæ, cujus populares denominabantur Οἰηθεν, uti notum est ex Lexicographis. Ita Polemo apud Laert. erat Οἰηθεν. Ita Ἀριστοκλῆς Οἰηθεν apud Demosth. c. Apatur. Male hodie Οἰῆθεν præter tonum. Erat autem extra hunc pagum et Ὅα, unde Ὅαθεν, Ὅη, unde Ὅηθεν dicebantur. Verum hæc omnia Meursio non satis placebant, qui Stephani οἴκοθεν in Οἴοθεν vertendum suadet. Sed hoc ut præter rem et scriptionem, ita et infe-

15 ὁ ταῦτα πράττων, ὃς οὐ μόνον τὴν σὴν γυ- 20
ναῖκα διέφθαρκεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλας πολλάς· ταύτην γὰρ τὴν τέχνην ἔχει. ταῦτα εἰποῦσα, ὦ ἄνδρες, ἐκείνη μὲν ἀπηλλάγη, ἐγὼ δὲ εὐθέως ἐταραττόμην, καὶ πάντα μου εἰς τὴν γνώμην εἰσῄει, καὶ μεστὸς ἦν ὑποψίας, ἐνθυμούμενος μὲν ὡς ἀπεκλείσθην ἐν τῷ δωματίῳ, ἀναμιμνησκόμενος δὲ ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐψόφει ἡ μέταυ-

liciter quoque. Istius enim pagi δημόται (fuit enim et Οἶον, idque duplex) non Οἰοθεν, sed ἐξ Οἴου proferebantur. Vid. Harpocr. in Οἶον. Steph. Byzant. in Οἶον, Ἀβρότονον et Μετάχοιον. Atque ita scriptores constanter. Unde supplendum fortasse marmor G. Wheeleri.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΑΦΡΟ
ΔΙΣΙΟΥ. ΕΞ. Ο . . . . ΠΑΙΩΝ ΔΙΟΜΗ
ΔΟΥΣ. ΠΑΛΛΗ sc. ΝΕΥΣ.

Quidni ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΥ (nam illud alterum nunquam, quod sciam, legitur) ΕΞ ΟΙΟΥ? Testantur enim alia.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ.
ΗΡΟΔΟΥ.
ΕΞ ΟΙΟΥ.
Spon. Itin. t. 2. p. 448.

ΛΕΟΝΤΙΚΟΣ, (vel ΛΕΟΝΤΙΧΟΣ potius)
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ. ΣΟΥΝΙΕΥΣ.
ΒΑΣΣΟΣ. ΓΑ — ΤΙΟΣ

(ΓΑΡΓΗΤΤΙΟΣ procul dubio, et Epicurus apud Laert.)
ΑΗΝΑΙΟΣ. ΕΞ. ΟΙΟΥ. Id. ib. p. 463.

Occurrit apud Herodot. Terpsich. mentio χωρίου in Ægina insula, cui nomen erat Οἴη. Taylor. Restitue pristinam et veram lectionem Οἴηθεν, *ex Œa*, Œensis; quam ejecit Stephanus, quod mirum, substituta illa οἴκοθεν, quæ nihil dicit. Quivis enim est οἴκοθεν: describendus vero hoc loco erat Reus *signanter*, ex δήμῳ seu *pago*, ex quo esset. *Œa* autem pagus in Tribu Pandionide. Harpocration, V. Οἴηθεν· δῆμος τῆς Πανδιονίδος ἡ Οἴη. Ad quæ vide doctiss. Valesium, qui plura exempla vocis Οἴηθεν suppeditabit, quibus adde hoc Diog. Laertii in Polemone: Πολέμων Φιλοστράτου μὲν υἱὸς ἦν, Ἀθηναῖος, τῶν δήμων Οἴηθεν. Stephani meritis facile hoc condonabunt æqui Literarum Judices. Markland.

Ταῦτα] De quibus nempe ego te nunc admoneo, indicium rei velut eminus ostendens; et quæ tu cognosces plenius, ubi volueris investigare. Reisk.

Τέχνην] Hanc artem exercet, hinc quæstum et victum habet. alitur ab impuris mulierculis, quæ quos nummos mavitis suffurantur, eos mœchis ingerunt.

Idem.

Μέταυλος] Locus tentatus. ὁ μέταυλος θύρα καὶ ἡ αὔλειος. Ald. ὁ μέταυλος καὶ ἡ αὔλειος θύρα. Vales. ad Harpocr. sed inscite. Janua intelligitur, non, ut ille velit, atrium. Neque felicius Scaliger ἡ μέσαυλος. Quid? Cum Harpocr. μέταυλος ex hac oratione diserte laudet? Profecto Atticismum jugulas. μέταυλος ἡ μέση τῆς ἀνδρωνίτιδος καὶ γυναικωνίτιδος θύρα. Ἀττικῶς. μέσαυλος Ἑλληνικῶς. Mœr. Quid expressius? Adi tamen, si lubet, Æl. Dionys. ex Eustath. ad Iliad. A. Ita quoque exponit Hesych. Μέταυλον, quasi rarioris usuræ per μέσαυλον, ut alibi Μέτην per μέσην. Μέταυλος ergo apud Atticos erat janua trium media, quarum prima αὔλειος ἡ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ πρώτη θύρα τῆς οἰκίας, ut loquitur Suidas, Anticum sc. vestibulum, seu atrium claudens: Extrema παράθυρος, Posticum nempe.

"Atria servantem postico falle clientem."
Hor. 1. Ep. v. 31.

N. alibi: Ταῦτα διανοηθεὶς ἔφευγον, ἐκείνων ἐπὶ τῇ αὐλείῳ θύρᾳ τὴν φυλακὴν ποιουμένων· Τριῶν δὲ θυρῶν οὐσῶν, ἃς ἔδει με διελθεῖν, ἅπασαι ἀνεῳγμέναι ἔτυχον. Plut. Sympos. Δέδια, μὴ δοκῶμεν τῇ αὐλείῳ τὸν τύφον ἀποκλείοντες εἰσάγειν τῇ παραθύρᾳ. "Duarum in atrio januarum (nam παράθυρον negligit) quæ plateam spectabat αὔλειος, quæ εἰς ἀνδρωνῖτιν ferebat Μέσαυλος, θύρα dicta." Du Cang. Atque ita porro Philo de Legg. Special. Θηλείαις δὲ οἰκουρία καὶ ἔνδον μονὴ, παρθένοις μὲν εἴσω κλισιάδων τὴν Μεσαύλιον ὄζειν πεποιημέναις· τελείαις δὲ ἤδη γυναιξὶ τὴν αὔλιον. Aristoph. in Pace 931.

Καὶ γὰρ ἐκεῖναι παρακλίνασαι
Τῆς αὐλείας παρακύπτουσι·
Κἂν τις προσέχῃ τὸν νοῦν αὐταῖς,
Ἀναχωροῦσι —

Plutarch. de Curiosit. Ὧν δὲ ἕνεκα κλεὶς καὶ μοχλὸς καὶ αὔλειος, ταῦτα ἀνακαλύπτων καὶ φέρων εἰς τὸ μέσον ἑτέροις. Vid. Vales. ad Evagr. IV. 3. et ad Harpocr. in Μέταυλος. Taylor. μέσαυλος. Cont.

21 λος θύρα καὶ ἡ αὐλειος, — ὃ οὐδέποτε ἐγένετο —, ἔδοξέ τέ 20
22 μοι ἡ γυνὴ ἐψιμμυθιῶσθαι. ταῦτά μου πάντα εἰς τὴν γνώμην εἰσῄει, καὶ μεστὸς ἦν ὑποψίας. ἐλθὼν δὲ οἴκαδε ἐκέλευον ἀκολουθεῖν μοι τὴν θεράπαιναν εἰς τὴν ἀγοράν· ἀγαγὼν δ' αὐτὴν ὡς τῶν ἐπιτηδείων τινὰ ἔλεγον ὅτι ἐγὼ πάντα εἴην πεπωσμένος τὰ γινόμενα ἐν τῇ οἰκίᾳ· σοὶ οὖν, ἔφην, ἔξεστι δυοῖν ὁπότερον βούλει ἑλέσθαι, ἢ μαστιγωθεῖσαν εἰς μύλωνα ἐμπεσεῖν καὶ μηδέποτε παύσασθαι κακοῖς τοιούτοις συνεχομένην, ἢ 25 κατειποῦσαν ἅπαντα τἀληθῆ μηδὲν παθεῖν κακὸν ἀλλὰ συγγνώμης παρ' ἐμοῦ τυχεῖν τῶν ἡμαρτημένων. ψεύσῃ δὲ μηδὲν, ἀλλὰ πάντα τἀληθῆ λέγε. κἀκείνη τὸ μὲν πρῶτον ἔξαρνος ἦν, καὶ ποιεῖν ἐκέλευεν ὅ τι βούλομαι· οὐδὲν γὰρ εἰδέναι· ἐπειδὴ δὲ ἐγὼ ἐμνήσθην Ἐρατοσθένους πρὸς αὐτὴν, καὶ εἶπον ὅτι οὗτος ὁ
23 φοιτῶν εἴη πρὸς τὴν γυναῖκα, ἐξεπλάγη ἡγησαμένη με 30
πάντα ἀκριβῶς ἐγνωκέναι. καὶ τότε ἤδη πρὸς τὰ γόνατά μου πεσοῦσα, καὶ πίστιν παρ' ἐμοῦ λαβοῦσα μηδὲν πείσεσθαι κακὸν, κατηγόρει πρῶτον μὲν ὡς μετὰ τὴν ἐκφορὰν [1] αὐτῇ προσίοι, ἔπειτα ὡς αὐτὴ τελευτῶσα εἰσαγγείλειε καὶ
24 ὡς ἐκείνη τῷ χρόνῳ [2] πεισθείη, καὶ τὰς εἰσόδους οἷς τρόποις

[1] αὐτῇ A. [2] προθείη T.

Harpocratio videtur accepisse μέταυλος θύρα de janua, quam dicimus Gallice *porte de la cour*. Auger.

Οὐδέποτε] Subaudi πρότερον aut πρότου. Reisk.

Μου] Ego μοι mallem. verum multum non interest. Idem.

Ταῦτα μοῦ πάντα —] Repetit hæc orator quæ mox dicta sunt quasi resumendo se. Gallice diceremus, *tout cela, dis-je, me revenoit à la fois dans l'esprit*, &c. Auger.

Τοιούτοις] Qualia nempe mala sunt servulorum pistrino conclusorum. Reisk.

Βούλομαι] Melius utique conveniret βουλοίμην et βούλωμαι. Nolim tamen ideo vulgatam damnare, qui videam, Græcos in modis non admodum diligentes fuisse, sive librariorum culpa id factum est, sive ipsorum auctorum judicio, quos par est existimare linguæ suæ indolem melius calluisse, auresque habuisse tersiores, quam nos. Idem.

Τότ' ἤδη] Rectius τότε δή. *In edit. min.* Taylor. Mallem τότε δή. Markland. Præter rem. Vulgata proba est. nota hæc gravisque formula significat *tum demum, ita demum*. Reisk.

Πεσοῦσα] Alius προσπεσοῦσα dixisset. verum teneto Lysias antiquitatis, cujus tenax est, morem, simplicia compositis præferentis. Idem.

Αὐτῇ προσίοι] Αὐτῇ προσίοι. et mox αὐτῇ. Scalig. Ad se (ancillam puta) accesserit, Eratosthenes nempe. Reisk. Αὐτῇ, *sibimetipsi ancillæ*. Deinde αὐτῇ, uxori Eratosthenis, heræ suæ. Auger.

Εἰσαγγείλειε] Scil. Eratosthenem ad heram. αὐτὴ rursus ad ancillam redit. Reisk.

Προσθείη] Vitium merum est istud προσθείη, nec quam rem hic agat prorsus video. De antiqua scriptura nullus hæreo, προθείη. Hesych. Προθέντα. Προβαλλόμενον. Ἐπαγγειλάμενον. Indigna sane corruptela nec sublatu difficilis, sed quæ præter Lysiam nostrum ceteros quoque invasit. Ecce tibi Diodorum τὸν ἐκ Σικε-

προσίοι, καὶ ὡς Θεσμοφορίοις ἐμοῦ ἐν ἀγρῷ ὄντος ᾤχετο εἰς τὸ ἱερὸν μετὰ τῆς μητρὸς τῆς ἐκείνου· καὶ ταῦλλα τὰ γενόμενα πάντα ἀκριβῶς διηγήσατο. ἐπειδὴ δὲ πάντα εἴρητο αὐτῇ, εἶπον ἐγώ, ὅπως τοίνυν ταῦτα μηδεὶς ἀνθρώπων [1]πεύσεται· εἰ δὲ μή, οὐδέν σοι κύριον ἔσται τῶν πρὸς ἔμ' ὡμολογημένων. ἀξιῶ δέ σε ἐπ' αὐτοφώρῳ ταῦτά μοι ἐπιδεῖξαι· ἐγὼ γὰρ οὐδὲν δέομαι λόγων, ἀλλὰ τὸ ἔργον φανερὸν γενέσθαι, εἴπερ οὕτως ἔχει. ὡμολόγει ταῦτα ποιήσειν. καὶ μετὰ ταῦτα διεγένοντο ἡμέραι τέσσαρες ἢ πέντε, ὡς ἐγὼ

[1] πεύσηται T. A.

λίας. Ita ille in aditu. Καθόλου δὲ φαίνεται πᾶν τὸ προστεθὲν τοιοῦτον, ὁποῖον ἂν ἡ τοῦ λέγοντος δύναμις παραστήσῃ. Steph. ad loc. πραχθέν. Vera lectio est προτεθὲν vel cæco judice. Τὸ προβαλλόμενον Hesychii. Ita et apud Demosth. quoque de ement. legat. Εἰς δὲ τὰ τῆς πόλεως πράγματα, ἐν οἷς ἦν τότε, τὴν φιλανθρωπίαν αὐτὸν ἀξίαν ταύτην προσθέντα ἀξιόν τι καὶ αὐτοῦ καὶ τῶν Θηβαίων πρᾶξαι. Cod. Lutet. sincere προθέντα. Atque hæc hactenus. Jam vero quid si ex sanato loco saniorem etiam reddam? Σεμνύνεσθαι non est meum. Sed vide, quid profecerim! Modo dixerat τελευτᾶσα, post diutinas sc. moras, et plusculum temporis interjectum. Nunc vero addit τῷ χρόνῳ. Anne hoc Lysiæ ἀκρίβειαν et castitatem sapit? Non quidem, si quid ego sapiam. Corrige ergo: καὶ ὡς ἐκείνη (uxor sc.) τοὺς χρόνους περοθεῖη καὶ τὰς εἰσόδους οἷς τρόποις προσίοι. Sero didici non aliud placuisse Philelpho doctissimo interpreti. "Utque illa et tempus et aditus accedendique modum constituerit." Taylor. Auctoritate sua dederat Taylor περοθεῖη, pro lectione vulgatorum librorum προσθείη. unde ego marte meo πεισθείη effeci. tempore tandem, post longas internuntiationes, moras, et recusationes uxorem meam precibus Eratosthenis concessisse. Reisk.

Καὶ τὰς εἰσόδους οἷς τρόποις προσίοι] Haud dubito fore haud paucos, qui lectionem hanc tueantur, quasi idem valeret, atque si Lysias sic dixisset: καὶ κατηγόρει ἡ θεράπαινα τὰς τοῦ Ἐρατοσθένους εἰς τὴν ἐμὴν οἰκίαν εἰσόδους, τουτέστιν, οἷς τρόποις προσίοι πρὸς τὴν ἐμὴν γυναῖκα. Ego vero nullus dubito locum hunc leviter esse corruptum, et posse gemino modo sanari, sive ut pro προσίοι legatur ποιοίη. quibus modis faceret ingressus in domum meam. Sive, quod malim, ut καὶ post εἰσόδους addatur. denuntiabat ancilla — etiam hæc duo. (1) Eratosthenem itare, ventitare ad domum meam, sæpius in eam me clam ingredi. (2) modos, quibus illa ad heram accederet. Reisk. τὰς εἰσόδους regitur a κατηγόρει, quod præcessit. Auger.

Θεσμοφορίοις] Θεσμοφόρια erant festa Athenis in honorem Cereris celebrata magno cum apparatu. Deinde τὸ ἱερὸν sine additamento intelligebant Attici, templum Minervæ. Auger.

Πεύσεται] Sic dedi e Vindobonensi. Toup etiam sic dudum emendarat ad Suidæ t. I. p. 31. Reisk.

Τῶν πρὸς ἔμ' ὡμολογ.] M. τῶν πρός σε ἐμοὶ ὡμολογημένων. H. Stephan. Duriter sane, ne quid amplius dicam. Quid si τῶν προσωμολογημένων? in Æsch. c. Ctesiph. Παλαιὰ καὶ λίαν προσωμολογημένα. Natum est vitium ex initio vocis subsequentis. Taylor. Bene habet vulgata, nisi quod σοι subaudiendum est. Perinde, et in eandem sententiam dicitur τὰ πρὸς ἐμέ σοι ὁμολογηθέντα, atque τὰ ἐμοὶ πρὸς σὲ ὁμολογηθέντα. *pacta conventa inter nos ambos.* nisi quod hæc intercedat differentia, prius illud significat, quæ tute tibi a me depectus es, posterius, quæ ego mihi abs te depectus sum. Reisk. Cum Reiskio facit Augerus.

Ἀλλὰ τὸ ἔργον] Id est, ἀλλὰ δέομαι τοῦ τὸ ἔργον φ. γ. *sed hæc postulo, ut res ipsa dispalescat.* Reisk.

Ἢ πέντε] Post v. πέντε deesse videtur hæc sententia: καὶ ἐπ' αὐτοφώρῳ τὸν μοιχὸν ἔνδον ἔλαβον. In his enim duobus causæ cardo versabatur, (1) τὸν μοιχὸν λαβεῖν ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ γυναικί. (2) ἐπ' αὐτοφώρῳ, ut non alius, sed ipse maritus, mœchum in stupro uxoris deprehenderet. hæc duo necesse erat argumentis certis et invictis demonstrari. Idem.

μεγάλοις ὑμῖν τεκμηρίοις ἐπιδείξω. πρῶτον δὲ διηγήσασθαι 40
26 βούλομαι τὰ πραχθέντα τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ.

ϛ'. Σώστρατος ἦν μοι ἐπιτήδειος καὶ φίλος· τούτῳ ἡλίου δεδυκότος ἰόντι ἐξ ἀγροῦ ἀπήντησα. εἰδὼς δ' ἐγὼ ὅτι τηνικαῦτα ἀφιγμένος [1]οὐδένα [ἂν] καταλήψοιτο οἴκοι τῶν
27 ἐπιτηδείων, ἐκέλευον συνδειπνεῖν· καὶ ἐλθόντες οἴκαδε ὡς ἐμὲ, ἀναβάντες εἰς τὸ ὑπερῷον ἐδειπνοῦμεν. ἐπειδὴ δὲ καλῶς αὐτῷ εἶχεν, ἐκεῖνος μὲν ἀπιὼν ᾤχετο, ἐγὼ δὲ ἐκάθευ- 94. 1
δον. ὁ δ' Ἐρατοσθένης, ὦ ἄνδρες, εἰσέρχεται· καὶ ἡ θεράπαινα ἐπεγείρασά με εὐθὺς φράζει ὅτι ἔνδον ἐστί. κἀγὼ εἰπὼν ἐκείνῃ ἐπιμελεῖσθαι τῆς θύρας, καταβὰς σιωπῇ ἐξέρχομαι, καὶ ἀφικνοῦμαι [2]ὡς τὸν καὶ τὸν, καὶ τοὺς [3]μὲν ἔνδον κατέλαβον, τοὺς δὲ οὐκ ἐπιδημοῦντας εὗρον. παραλαβὼν δ' ὡς οἷόν τε ἦν πλείστους ἐκ τῶν παρόντων ἐβάδιζον. 5
28 καὶ δᾷδας λαβόντες ἐκ τοῦ [4]ἐγγύτατα καπηλείου εἰσερ-

[1] οὐδὲν ἂν T. R. A.
[2] εἰς T. A.
[3] μὲν οὐκ ἔνδον ὄντας κατέλ. A.
[4] ἐγγυτάτου T. R. A.

Μεγάλοις ὑμῖν τεκμηρίοις] Profecto μεγάλα illa τεκμήρια diutius frustra quæsivi. Mi homo, quare pollicitus non fidem tuam liberasti? Mancam olim esse hanc orationem jam aliunde suspicabar. Nunc suspicandi finem feci. TAYLOR.

Σώσαστρος] Recte Coisl. Σώστρατος, uti inferius quoque legitur. Nomen vulgariter usurpatum, et, ut id quoque adjiciam, ex genio linguæ Græcæ. Περὶ μὲν οὖν Σωστράτου ἐν ἄλλῳ βιβλίῳ γέγραπταί μοι, καὶ δεδήλωται μέγεθός τε αὐτοῦ καὶ ἰσχύος ὑπερβολὴ καὶ ἔργα οὐκ ἀπῳδὰ τοῦ ὀνόματος. Lucian. in vit. Demonactis. TAYLOR. Σώστρατος. CONT.

Ἰόντι] Raro sensu, pro ἐπανιόντι, vel ἐπανήκοντι, *revertenti, redeunti*. REISK.

Ἀφιγμένος] Scil. ἐκ τοῦ ἀγροῦ εἰς τὸ ἄστυ πρὸς τοὺς οἰκείους. Sæpe ἀφικνεῖσθαι usurpatur pro ἐπανέρχεσθαι vel κατιέναι. IDEM.

Οὐδὲν ἂν καταλήψοιτο etc.] Lego, οὐδένα ἂν, vel οὐδέν' ἂν etc. *neminem suorum domi inveniret*. Sic infra: Καὶ τοὺς μὲν ἔνδον κατέλαβον. Et rursus: οὐκ εἰδὼς ὅντινα οἴκοι καταλείψομαι (l. καταλήψομαι) καὶ ὅντινα ἔξω. Demosthenes in Everg. καταλαβὼν δὲ αὐτὸν οὐκ ἔνδον ὄντα. MARKLAND. Immo οὐδέν' ἂν (quæ est ipsissima scriptura) καταλήψοιτο τῶν οἴκοι ἐπιτηδείων. *neminem suorum domi invenerit. In edit min.* TAYLOR.

Τῶν ἐπιτηδείων] Hic loci neutrius generis est. id temporis, tam sero diei domum si redeat, alimentorum, unde reficiatur, nil reperturum esse, cœna a necessariis jam dudum confecta, non existimantibus futurum, ut Sostratus tam sero rure domum rediret. REISK. *Rerum necessariarum.* AUGER.

Συνδειπνεῖν] Scil. ἐμοὶ, aut ἡμῖν. mecum et cum uxore mea cœnam participare. REISK.

Εἰς τὸν καὶ τὸν] Ὡς τὸν καὶ τόν. CONT.

Ἔνδον] Imo vero οὐκ ἔνδον. alios quidem, cum urbe non excessissent, tamen domi suæ non reperiebam. alios audiebam ne in urbe quidem esse. REISK.

Οὐκ ἐπιδημοῦντας] Malim οὐδ' ἐπιδημοῦντας. REISK.

Εὗρον] Id est, ἔμαθον, ἐπυθόμην. IDEM.

Ἐγγυτάτου] Non admodum incuso ἐγγυτάτου. Sed dedisset, credo, Atticus scriptor ἐγγυτάτω. Adeo cum utroque numero et genere concordat in structura adverbium istud. Οὐτοσὶ ἐγγυτάτω ἂν γένους ἐπετρόπευεν. Isæus. Ἐπὶ τὴν ἔγγιστα νῆσον διέβησαν. Dion. Halic. Οἱ ἐγγύτατα τῶν πολεμίων. Xenoph. Anab. l. 2. Πολεμίων τῶν ἐγγυτάτω καὶ χαλεπωτάτων. Plat. de Legg. l. 1. Πρὸς τοὺς ἐγγύτατα γένους συνοικοῦν. Lysiæ fragm. ex orat. de Hegesandri heredit. Ἅμα τῷ ἡλίῳ δυομένῳ εἰς τὰς ἐγγυτάτω κώμας κατεσκήνωσεν. Xenoph. Anab. l. c. TAYLOR. Ἐγγύτατα. CONT. Possit quoque, si quid mutandum sit, quamquam nil necesse est, ἐγγύτατα adverbialiter legi. quam lectionem subjicit Vindobonensis, in quo cerno vestigia hu-

χόμεθα, ἀνεῳγμένης τῆς θύρας καὶ ὑπὸ τῆς ἀνθρώπου παρεσκευασμένης. ὥσαντες δὲ τὴν θύραν τοῦ δωματίου οἱ μὲν [1]πρῶτοι εἰσιόντες ἔτι εἴδομεν αὐτὸν κατακείμενον παρὰ τῇ γυναικὶ, οἱ δ' ὕστερον ἐν τῇ κλίνῃ γυμνὸν ἑστηκότα. ἐγὼ δ', ὦ ἄνδρες, πατάξας καταβάλλω αὐτὸν, καὶ
10 τὼ χεῖρε περιαγαγὼν εἰς τοὔπισθεν καὶ δήσας ἠρώτων διὰ τί ὑβρίζει εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν εἰσιών. κἀκεῖνος ἀδικεῖν μὲν ὡμολόγει, ἠντιβόλει δὲ καὶ ἱκέτευε μὴ αὐτὸν κτεῖναι ἀλλ' ἀργύριον πράξασθαι. ἐγὼ δ' εἶπον ὅτι οὐκ ἐγώ σε ἀποκτενῶ, ἀλλ' ὁ τῆς πόλεως νόμος, ὃν σὺ παραβαίνων περὶ ἐλάττονος τῶν ἡδονῶν ἐποίησας, καὶ μᾶλλον εἵλου τοιοῦτον ἁμάρτημα ἐξαμαρτάνειν εἰς τὴν γυναῖκα τὴν ἐμὴν καὶ εἰς
15 τοὺς παῖδας τοὺς ἐμοὺς, ἢ τοῖς νόμοις πείθεσθαι καὶ κόσμιος εἶναι. οὕτως, ὦ ἄνδρες, ἐκεῖνος 29
τούτων ἔτυχεν [2]ὧνπερ οἱ νόμοι κελεύουσι τοὺς τὰ τοιαῦτα πράττοντας, οὐκ εἰσαρπασθεὶς ἐκ τῆς ὁδοῦ, οὐδ' ἐπὶ τὴν ἑστίαν καταφυγὼν, ὥσπερ οὗτοι λέγουσι· πῶς γὰρ ἂν, ὅστις ἐν τῷ δωματίῳ [3]πληγεὶς κατέπεσεν εὐθὺς, περι-

[1] πρῶτον T. A. [2] ὧνπερ καὶ νόμοι T. A. ὧνπερ καὶ οἱ νόμοι R.
[3] ποδηγὸς T.

jus lectionis, quæ olim videtur in quibusdam libris fuisse versata, ἀπὸ τοῦ ἐγγύτατα κατηλείου. Reisk.

Καὶ ὑπὸ τῆς] Delet istud καὶ Scaliger, quod non inconcinnum sensum evocat: *foribus apertis a muliere ad eam rem instructa.* Sed utor præsentibus. Taylor. Καὶ recte servavit Taylor. est enim prorsus necessarium. Reisk.

Ὑβρίζει] Intellige absolute, *insolenter agit.* Auger.

Τοὺς παῖδας] Nondum quidem Euphileto tum erat proles, præter filiolam. verum sic loquebantur in foro Attico (et Latini quoque morem illum loquendi imitati sunt, quæ res nota est) ipsi adeo improles, pariterque, quibus nati non essent, nisi unus aut una, spe nascendorum. Tanquam præsentes jam præcipiuntur fictione absentes et adhuc futuri. Reisk.

Καὶ νόμοι κελεύουσι] Repone Articulum, καὶ οἱ νόμοι: ut paulo ante, τοῖς νόμοις πείθεσθαι, et, ὁ τῆς πόλεως νόμος. Et ita passim infra. Markland. Forte καὶ οἱ νόμοι. *In edit. min.* Taylor. Οἱ νόμοι. Cont.

Κελεύουσι] Subaudi τυχεῖν. Reisk.

Οὐκ εἰσαρπασθεὶς ἐκ τῆς ὁδοῦ] Pro quo, Orat. III. dicit συναρπάζοντες ἐκ τῆς ὁδοῦ. quod (vel ἐξαρπασθεὶς) melius puto. Orat. XII. versus finem: τοὺς δ' ἐκ τῶν ἱερῶν συναρπάζοντες, βιαίως ἀπέκτανον. Markland. Melius συναρπασθείς. *In edit. min.* Taylor. ἀφαρπασθείς. Cont.

Ἐν τῷ δωμ. ποδηγὸς] Barbarum istud ποδηγὸς confixit Dunæus, sed trepidanti similis, ut debuit. ποδήρης. Tentarunt locum alii aliter. ἐπὶ τῆς γῆς, Scaliger. Est cui placet ἀπὸ πληγῆς. Ego quoque olim πεδήτης conjectavi, nam deesse aliquid judicabam de *compedibus*, quæ hominem fugiendi impotem efficerent. Verbum autem fuisse ex *dominantibus* et in communem usuram receptum jam olim fidem dedere Cratinus et Callias, qui fabulam eo nomine insignitam publici juris fecerunt uterque: Ita Hesych. Πέδησεν· ὑποχείριον ἐποίησεν. Πέδαι δέσμα, περισκελίδες. Πεδῆται, πεπεδημένοι. At profecto medelam quasi digito commonstrat Cod. Coisl. ποδηγεὶς, a quo non longe abest παταγεὶς. Ut supra πατάξας καταβάλλω αὐ-

30 ἔστρεψα δ' αὐτοῦ τὼ χεῖρε, ἔνδον δὲ ἦσαν ἄνθρωποι τοσοῦτοι, οὓς διαφυγεῖν οὐκ ἠδύνατο, οὔτε σίδηρον οὔτε ξύλον οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἔχων, ᾧ τοὺς εἰσελθόντας ἂν ἠμύνατο. 20 ἀλλ', ὦ ἄνδρες, οἶμαι καὶ ὑμᾶς εἰδέναι ὅτι οἱ μὴ τὰ δίκαια πράττοντες οὐχ ὁμολογοῦσι τοὺς ἐχθροὺς λέγειν τἀληθῆ,
31 ἀλλ' αὐτοὶ ψευδόμενοι καὶ τὰ τοιαῦτα μηχανώμενοι ὀργὰς τοῖς ἀκούουσι κατὰ τῶν τὰ δίκαια πραττόντων παρασκευάζουσι.

ζ'. Πρῶτον μὲν οὖν ἀνάγνωθι τὸν νόμον.

ΝΟΜΟΣ.

οὐκ ἠμφισβήτει, ὦ ἄνδρες, ἀλλ' ὡμολόγει ἀδικεῖν· καὶ ὅπως μὲν μὴ ἀποθάνῃ ἠντιβόλει καὶ ἱκέτευεν, ἀποτίνειν δ' ἕτοιμος ἦν χρήματα. ἐγὼ δὲ τῷ μὲν ἐκείνου τιμήματι οὐ συνεχώρουν, τὸν δὲ τῆς πόλεως νόμον ἠξίουν εἶναι κυριώτερον· καὶ ταύτην ἔλαβον τὴν δίκην, ἣν ὑμεῖς δικαιοτάτην εἶναι ἡγησάμενοι τοῖς τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεύουσιν ἐτάξατε. καί μοι ἀνάβητε τούτων μάρτυρες.

τόν. Alibi c. Agorat. ὁ μὲν Θρασύβουλος τύπτει τὸν Φρύνιχον καὶ καταβάλλει πατάξας. Locum autem sic interpungas: λέγουσι· (πᾶς γὰρ ἂν, — ἠμύνατο;) ἀλλ' κ. τ. λ. TAYLOR. Conjeceram πεδήτης, *vinctus compedibus*. Sed non placet, quia nulla *compedum* (quemadmodum est *manicarum*) mentio in tota narratione. Melius Cl. Editor, qui legit παταγείς. supra enim dixerat Lysias, πατάξας καταβάλλω αὐτόν. et Orat. XIII. τύπτει τὸν Φρύνιχον καὶ καταβάλλει πατάξας. et iterum pariter eadem Oratione. Hoc verum puto. Cæterum male distinguitur hic locus, et Parenthesis continuari debuit a voce πᾶς usque ad ἠμύνατο: et minor tantum Distinctio ponenda post εὐθὺς, et post χεῖρε. MARKLAND. Restitui πληγεὶς e Vindobonensi, prout Toup quoque ad Suidam t. II. p. 298. emendavit. Olim suspicabar de πρηνής. quod etiam non alienum sit. *qui statim uno ictu dejectus præceps corruerit in cubiculo.* focus erat in penetralibus ædium quidem, attamen non in cubiculo. REISK. ἐν θοιματίῳ ποδισθείς. CONT. Ποδηγὸς aliqui explicant *pedibus e lecto tractus*; sed dedi πληγείς. AUGER.

Σίδηρον] Malim σιδήριον, ut p. 95. 35. ed. Steph. Illud est ferrum, metallum, unde enses, cultri, falces, alia cudantur; hoc telum ferro factum vulnerandi aut occidendi ergo. REISK.

Μὴ τὰ δίκαια] Possit idem videri atque τὰ μὴ δίκαια. haud ego tamen infitiabor, me hoc malle, præsertim cum a libris quibusdam articulus τὰ absit. IDEM. Τὰ omittit Contius.

Καὶ τὰ τοιαῦτα μηχανώμενοι] Quo pertinet, ut alios subornent, qui mendacia istorum testimonio suo adjuvent. REISK.

ΝΟΜΟΣ] Usus invaluit in Græcis editionibus veterum oratorum, ut quoties nuntiantur recitanda esse, vel lex, vel testimonium, vel aliquod ejusmodi, quamvis id non compareat quod recitandum est, ejus tamen titulus scribatur. Ita hic loci, quamvis non compareat lex recitanda, scribitur titulus ΝΟΜΟΣ, quum scribi debuisset non titulus LEX sed historice duntaxat legem hic recitatam fuisse. Huic ego mori obsecutus sum, licet eum non recte se habere intelligerem. AUGER.

[1] ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτον τὸν νόμον ἐκ τῆς στήλης τῆς
30 ἐξ Ἀρείου πάγου.

[2] ΝΟΜΟΣ.

ἀκούετε, ὦ ἄνδρες, ὅτι αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ τῷ ἐξ Ἀρείου
πάγου, ᾧ καὶ πάτριόν ἐστι καὶ ἐφ' [3] ὑμῶν ἀποδέδοται τοῦ 32

[1] ΜΑΡΤΥΡΕΣ A. [2] Deest ΝΟΜΟΣ. T. [3] ὑμῖν T.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ] Scribendum puto ΜΑΡΤΥΡΕΣ. Et ita quoque infra, ubi omnia eadem verba. Sed non affirmo: scio enim unum et alterum exemplum contra afferri posse. Vide ad Orat. III. MARKLAND. Prætuli ΜΑΡΤΥΡΕΣ. Sed posset utcunque servari ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ, quum in usu esset ut vel ipsi testes sua proferrent testimonia vel eorundem, ipsis præsentibus, testimonia legerentur. AUGER.

Τοῦτον τὸν νόμον] Hic, ut infra et millies alibi, significat legem quam is qui loquitur scribæ indigitat. IDEM.

Τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου. Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες, etc.] Lege, πάγου. ΝΟΜΟΣ. Ἀκούετε, etc. plane enim excidit ea vox. Sic paulo ante: et infra, ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτον τὸν νόμον. ΝΟΜΟΣ. Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες, ὅτι etc. Sic enim scribendum, ὦ ἄνδρες, ut pæne vigesies in hac Oratione. Vulgo deest ὦ. MARKLAND.

Ἐφ' ὑμῖν] Ἀφ' ὑμῶν. SCHOTT. Si Musis placet. Quasi idem Jus poterat esse πάτριον (originarium nempe) et collatitium vel precario institutum. Ita enim Antiquiores. Οὔτης τῆς Ἀθηναίων πόλεως, ἣ προεστάναι τῶν Ἑλλήνων πάτριον. Demosth. de ement. legat. Ἐξέλιπεν Ἀργείους ποτὲ τὸ Ἡρακλειδῶν γένος. Ἐξ οὗ βασιλεύεσθαι πάτριον ἦν αὐτοῖς. Plutarch. de fortuna Alexand. Or. XI. Pressius adhuc de hoc ipso Concilio Æsch. c. Timarch. Ἡμεῖς οἱ Ἀρεοπαγῖται οὔτε κατηγοροῦμεν — οὔτε ἀπολογούμεθα· οὐ γὰρ ἡμῖν πάτριον ἐστίν. et Lucian. Anachars. Ἐπειδὴ καὶ τῇ βουλῇ ἐξ Ἀρείου πάγου, ἥπερ τὰς φονικὰς ἡμῖν δίκας δικάζει, πάτριον οὕτω ποιεῖν. Nasutior paulo fuit Dunæus, qui veram lectionem eruisse visus est, sed quem fefellit ratio et historia. Paucis a me accipe. A. Olymp. LXXX. 1. qui Lysiæ natalibus prior erat, labefactatam fuisse hujusce Curiæ auctoritatem uno ore prodiderunt Antiqui, consilium quidem ad eam rem Pericle, operam præstante Ephialte. De quo historici. Χάριτι τοῦ δήμου καταλύοντα τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλήν. Et rursus: καὶ τὰ πάτρια καὶ περιβόητα νόμιμα καταλῦσαι. Diod. Sic. ad h. annum. Plutarch. in Pericle et Cimone, et alibi non semel. Heraclid. Pontic. de Polit. Aristot. de Rep. II. 12. et Harpocrat. in Ὁ κάτωθεν νόμος. Eo vulnere illato Senatus nervis suis accisus ad pristinam dignitatem nunquam emicuit, nisi quod propter incredibilem in his rebus existimationem de Cæde cognoscere ei erat denuo in integrum repositum. Τοῦτο μόνον τὸ δικαστήριον οὐχὶ τύραννος, οὐκ ὀλιγαρχία, οὐ δημοκρατία τὰς φονικὰς δίκας ἀφελέσθαι τετόλμηκεν. Demosth. c. Aristocr. Id igitur Juris silentium et redintegrationem intelligit ὁ ἀπολογούμενος, ita sententia redintegrata: ᾧ καὶ πάτριόν ἐστι καὶ ἐφ' ὑμῶν ἀποδέδοται τοῦ φόνου τὰς δίκας δικάζειν. Recte opponuntur πάτρια et τὰ ἐφ' ὑμῶν, ut ap. Dem. παλαιὰ atque eadem forma. οὐ τοίνυν τὰ παλαιὰ ἄν τις ἔχοι μόνον εἰπεῖν, ἀλλ' ἐφ' ὑμῶν τουτωνὶ τῶν ἔτι ζώντων πολλοὶ δίκην δεδώκασι. Orat. de ement. legat. Τούτων, ὦ ἄνδρες, δεινότερα οὐ γέγονεν οὐδὲ μείζω πράγματ' ἐφ' ὑμῶν ἐν τοῖς Ἕλλησιν, οἶμαι δ' οὐδ' ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ. Id. ibid. TAYLOR. Lego: καὶ ἀφ' οὗ (vel ὑφ' οὗ) ὑμῖν ἀποδέδοται etc. *et a quo vobis attributum est de cædibus judicare.* In Delphinio enim hæc causa, non in Areopago, agebatur. Hæc vero Curia (Delphinium), ut et cæteræ Tres, quæ diversarum Homicidii Specierum cognitionem habebant (de quibus vide Jul. Pollucem VIII. 10.), jus et auctoritatem suam videntur habuisse ab Areopago; qui ab antiquissimis temporibus, et antequam Delphinii nomen auditum fuerat, judiciis de Cæde destinatus erat locus. Vide doctiss. Perizonium ad Æliani Var. Hist. V. 15. "And. Dunæus pro ἐφ' ὑμῶν, *vestro tempore, vestra memoria.*" Quod sane non intelligo. MARKLAND. F. ἀφ' οὗ ὑμῖν ἀποδέδοται. Vid. Lect. Lys. c. 1. et Jul. Poll. VIII. 10. In

φόνου τὰς δίκας δικάζειν, διαῤῥήδην εἴρηται, τοῦτον μὴ κα-
33 ταγινώσκειν φόνου, ὃς ἂν ἐπὶ δάμαρτι τῇ ἑαυτοῦ μοιχὸν
34 λαβὼν ταύτην τὴν τιμωρίαν ποιήσηται. καὶ οὕτω σφόδρα
ὁ νομοθέτης ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς γυναιξὶ δίκαια ταῦτα ἡγή-
σατο εἶναι, ὥστε καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς ταῖς ἐλάττονος
ἀξίαις τὴν αὐτὴν δίκην ἐπέθηκε. καίτοι δῆλον ὅτι, εἴ τινα 35
εἶχε ταύτης μείζω [1] τιμωρίαν ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς, ἐποίησεν
ἄν· νῦν δὲ οὐχ οἷός τε ὢν ταύτης ἰσχυροτέραν ἐπ' ἐκείναις
ἐξευρεῖν, τὴν αὐτὴν καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς ἠξίωσε γίνε-
σθαι. ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτον τὸν νόμον.

ΝΟΜΟΣ.

ἀκούετε, [2] ὦ ἄνδρες, ὅτι κελεύει, ἐάν τις ἄνθρωπον ἐλεύθερον
ἢ παῖδα αἰσχύνῃ βίᾳ, διπλῆν τὴν βλάβην ὀφείλειν· ἐὰν δὲ

[1] τιμωρίαν, ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς ἐπ. T. A. [2] Decest ὦ. T. R. A.

edit. min. TAYLOR. Ἐφ' ὑμῶν. CONT. ἐφ' ὑμῶν, *vestris temporibus.* Constat ex historia magnopere labefactatam esse senatus Areopagitici auctoritatem, nec plenissime restitutam fuisse, sed ipsi saltem redditum jus de cæde cognoscendi. AUGER.

Τοῦτον μὴ καταγινώσκειν φόνου] Bene si habet, inversa est locutio, pro illa solita τούτου μὴ καταγινώσκειν φόνον. contra illum non pronunciare sententiam homicidium ab eo commissum esse. Ego vero posterius malim. REISK. Reiskium exscribit Augerus.

Ταύτην τὴν τιμ. τ.] Id est, τὸν μοιχὸν φονεύσῃ. REISK.

Εἶχε] Scil. ἐπιτιθέναι. hoc subaudiri necessarium est propter insequens ἐποίησεν ἄν. quod idem tum erit, atque ἐπέθηκεν ἄν. IDEM.

Τὴν αὐτὴν] Post τὴν αὐτὴν deest aut ἐπ' αὐταῖς, aut saltim τῇ, scil. τεθειμένῃ vel τεταγμένῃ τιμωρίᾳ. IDEM.

Καὶ τοῦτον τὸν νόμον] Lex, quam hic tradit scribæ recitandam, non est illa, de qua modo egerat, qua sancitum fuerat, ut mœchus super uxore vel pellice alterius deprehensus impune occideretur, sed est hæc, de qua statim agere incipiet, scil. de duplo mulctæ pendendo, si quis liberum hominem vi stupraverit. IDEM.

Ἄνδρες] Ὦ ἄνδρες. CONT.

Διπλῆν] Ut existimationi eruditorum consulerem, qui ante me hoc saxum volvebant, attamen διπλοῦν relinquebant intactum, non operæ, non laboris parcus eram, si qua fortuna aut constructione hæc lectio tolerari poterat. Quorum famam dum tutabar, ego interea operam perdidi. Dixit quidem Gellius, XI. 18. "Is in fures non mortis, sed *Dupli* pœna vindicandum existimavit." Itemque Cic. III. Offic. 65. Verum hoc non rem attingit. Ceteri uno ore. οἱ νόμοι περὶ τῶν ἄλλων ἀδικημάτων τῶν εἰς ἀργυρίου λόγον ἀνηκόντων διπλῆν τὴν βλάβην ὀφείλειν κελεύουσιν. Dinarch. c. Demosth. ἡ δίκην εἰς τὴν ἀξίαν τοῦ τελευτήσαντος ὑποσχέτω διπλῆν. Plato de LL. l. 9. διπλασίας ζημίας ἀξιοῖ. Thucyd. I. 86. Et quod illis ignoscendum non erat, noster fere eodem spiritu. Τοῖς δὲ διπλῆν ἐποίησε τὴν βλάβην. TAYLOR. Διπλῆν. CONT. Duplum ejus mulctæ, quam luit, qui corpus servile stupravit. REISK.

Ἐὰν δὲ γυναῖκας, ἐφ' αἷσπερ ἀποκτείνειν ἔξεστιν, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι] Locus est mutilus, corruptus, male distinctus, et Argumentatione defectus. Lex erat celeberrima, ut, si quis *hominem ingenuum* vel *puerum* VI vitiasset, duplicem mulctam solveret: si quis vero *Nuptam* PERSUASIONE stuprasset, marito liceret impune eum occidere. Atque hac Lege maxime se defendit Reus noster, cujus Uxor ab hoc Eratosthene non *vi* subita, sed, ut ille ait supra, χρόνῳ διέφθαρται, *post aliquod tempus*, arte et illecebris, corrupta fuerat. Hæc eo præfatus sum, ut planius appareat deesse vocem πειθοῖ,

40 [1] γυναῖκα, ἐφ' [2] αἷςπερ ἀποκτείνειν ἔξεστιν, ἐν τοῖς αὐτοῖς 35
ἐνέχεσθαι. οὕτως, ὦ ἄνδρες, τοὺς βιαζομένους ἐλάττονος 37

[1] γυναῖκας T. R. A. [2] αἷςπερ τοὺς πείσαντας ἀποκτ. A.

persuasione, quæ opponatur *βίᾳ, vi:* ex qua oppositione et distinctione pendet tota Legis mens. Lego igitur: ἐάν τις ἄνθρωπον ἐλεύθερον ἢ παῖδα αἰσχύνῃ βίᾳ, διωλῖν τὴν βλάβην ὀφείλειν· ἐὰν δὲ γυναῖκα (sc. γαμετὴν) πειθοῖ, etc. Clarum est ex eo, quod sequitur, ubi ad verba ipsa Legis alludit: οὕτως, ὦ ἄνδρες, τοὺς βιαζομένους ἐλάττονος ζημίας ἀξίους ἡγήσατο εἶναι ἢ τοὺς πείθοντας. Et statim: ἡγούμενος, τοὺς μὲν διαπραττομένους βίᾳ ὑπὸ τῶν βιασθέντων μισεῖσθαι· τοὺς δὲ πείσαντας, οὕτως αὐτῶν τὰς ψυχὰς διαφθείρειν, ὥςτε etc. Sed rem extra omne dubium ponit locus Xenophontis in Convivio, ubi Lysiæ sententiam et pæne verba exscribit: καὶ μὴν ὅτι γε οὐ βιάζεται, ἀλλὰ πείθει, διὰ τοῦτο μᾶλλον μισητός. ὁ μὲν γὰρ βιαζόμενος, ἑαυτὸν ποιηρὸν ἀποδεικνύει· ὁ δὲ πείθων, τὴν τοῦ ἀναπεισθομένου ψυχὴν διαφθείρει. *Et quidem quod non vi agit, sed persuadet, propterea magis odio dignus est. Qui enim vi agit, improbitatem suam palam ostendit: qui vero persuadet, mentem corrumpit ejus, cui persuadetur.* De pueris et eorum Amatoribus loquitur. Sic Philo Judæus, de Potipharis uxore: βίᾳ λοιπὸν πρὸ πειθοῦς ἐχρῆτο: prout bene emendavit Doctiss. Mangeius, pro πάθους, Lib. de Josepho. Vide et Demosth. in Midiana, et Orat. de Fœdere Alexandri. Quin et Xenophonti adeo placuit hæc Lysiana hujus Legis explicatio, ut eam iterum videatur alludere Cyropæd. lib. III. *Armenius autem hoc modo locutus est: Neque illi, O Cyre, qui viros alienos cum uxoribus suis familiarius versantes deprehendunt, ob hanc causam eos interficiunt, quasi frugi melioris reddituri uxores suas, ὡς σωφρονεστέρας ποιοῦντες τὰς γυναῖκας· ἀλλὰ νομίζοντες ἀφαιρεῖσθαι αὐτοὺς τὴν πρὸς ἑαυτοὺς φιλίαν, διὰ τοῦτο ὡς πολεμίοις αὐτοῖς χρῶνται· sed quod existiment eos auferre ab istis amorem sibi debitum, idcirco pro hostibus eos habent.* Ita enim, cum Doctissimo Lysiæ Editore, locum istum legendum et explicandum esse puto: ut ποιοῦντες (non ποιοῦντας) ad *maritos*, αὐτοὺς (non αὐτὰς) ad *mœchos* referatur. MARKLAND.

Ἐφ' αἷςπερ ἀποκτείνειν ἔξεστιν, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι] Elegans phrasis leviter corrupta, et Distinctio male posita, interpretibus imposuerunt. Lego et distinguo: ἐὰν δὲ γυναῖκα πειθοῖ, ἐφ' οἷσπερ ἔξεστιν ἀποκτείνειν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι. Ad verbum: *Si vero nuptam persuasione, eorum reum teneri, propter quæ fas est occidere:* id est, criminis capitalis reum esse; adeo ut per Leges marito liceat eum interficere. Idem est ac si scriptum fuisset, ἔνοχός ἐστι ταῖς αἰτίαις, ἐφ' αἷςπερ ἀποκτείνειν ἔξεστι, vel ἐφ' οἷς θάνατος ἡ ζημία, prout loquitur Noster Orat. XIII. et Æschines adv. Ctesiph. p. 89. et alii passim. Locutionem paucis confirmabimus. Æschines περὶ Παραπρεσβ. p. 37. ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, ἐφ' οἷσπερ καὶ Φιλοκράτης ἐγεγράφει. Dinarchus adv. Demosth. p. 95. εἰ δὲ μὴ, τοῖς αὐτοῖς ἔνοχον εἶναι κελεύουσιν (sc. οἱ νόμοι) οἷσπερ ἂν τις τῶν φευγόντων ἐξ Ἀρείου πάγου κατίῃ. Andocides de Myster. p. 7. οὐς ἔδει τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι ἐν οἷσπερ οὗς ἠγγυήσαντο. Recte quoque ἐνέχεσθαι ἐν. Æschines adv. Ctesiph. p. 78. ὁ γὰρ Σόλων — ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ᾤετο δεῖν ἐνέχεσθαι τὸν ἀστρατεύτον, καὶ τὴν λελοιπότα τὴν τάξιν, καὶ τὸν δειλὸν ὁμοίως. Ubi plenam phrasin habes. Andocides de Myster. p. 12. ἐν τῷ αὐτῷ ἐνέχεσθαι. Sic ἔνοχος ἐν τοῖς αὐτοῖς, Idem p. 11. Demosthenes in Leptin. apposite ad Rem, de Draconis Legibus loquens: ὅμως οὐκ ἀφείλετο τὴν τοῦ δικαίου τάξιν· ἀλλ' ἔθηκεν ἐφ' οἷς ἐξεῖναι ἀποκτιννύναι· κἂν οὕτω τις δράσῃ, καθαρὸν διόρισεν εἶναι. IDEM. Ἐφ' οἷσπερ. CONT. Multa ista, et quæ haud dubito quin multi futuri sint, quibus acute et solerter excogitata videantur esse, ingenioque Marklandi digna, in cassum tamen omnia projecta sunt, ut toto cœlo a rei veritate et Lysiæ sententia aberrantia. Deest quidem aliquid, non vero id, quod iste volebat. Deest nempe post ἐφ' αἷςπερ, τοὺς πείσαντας. Legem hanc, brevitate dictionis subobscuram, ut sunt ferme leges omnes Græcæ, propter concisam, quam affectant, dictionem intellectu perquam difficiles, ad Scholiastæ fere modum juvat explicare et integrare sic, ut uncis includamus ea, quæ a lectore quoque ipso tacite subjici debent, a legislatore præterita. ἐὰν δὲ γυναῖκας [βίᾳ τις αἰσχύνῃ], ἐφ' αἷςπερ [καταληφθέντας] τοὺς πείσαντας [vel τοὺς πειθοῖ διαφθείραντας] ἀποκτείνειν ἔξεστιν, ἐνέχεσθαι [τοὺς βιασαμένους] ἐν τοῖς αὐτοῖς [ἐν οἷσπερ ἐνέχονται οἱ παῖδας ἐλευθέρους βίᾳ αἰσχύναντες]. Sententia legis hæc est: Quicunque corpora libera per vim stupret, ei pendendum esse duplum illius muletæ, quæ irrogetur a lege stuprantibus corpora servilia. Eadem pœna [dupli puta præstandi] teneri etiam illos, si qui mulieres ingenuas vi stupraverint. nam qui lenocinii et blanditiis obstrinxissent sibi ad moremque

38 ζημίας ἀξίους ἡγήσατο εἶναι ἢ τοὺς πείθοντας. τῶν μὲν γὰρ θάνατον κατέγνω, τοῖς δὲ διπλῆν ἐποίησε τὴν βλάβην, ἡγούμενος, τοὺς μὲν διαπραττομένους βίᾳ ὑπὸ τῶν βιασθέντων μισεῖσθαι, τοὺς δὲ πείσαντας οὕτως αὐτῶν τὰς ψυχὰς διαφθείρειν ὥστ' οἰκειοτέρας αὐτοῖς ποιεῖν τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας ἢ τοῖς ἀνδράσι, καὶ πᾶσαν ἐπ' ἐκείνοις 95. 1
τὴν οἰκίαν γεγονέναι, καὶ τοὺς παῖδας ἀδήλους εἶναι ὁποτέ-
39 ρων τυγχάνουσιν ὄντες, τῶν ἀνδρῶν ἢ τῶν μοιχῶν· ἀνθ' ὧν ὁ τὸν νόμον τιθεὶς θάνατον αὐτοῖς ἐποίησε τὴν ζημίαν.

40 ἡ. Ἐμοῦ τοίνυν, ὦ ἄνδρες, οἱ μὲν νόμοι οὐ μόνον ἀπεγνωκότες εἰσὶ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλὰ καὶ κεκελευκότες ταύτην τὴν δίκην λαμβάνειν· ἐν ὑμῖν δ' ἐστὶ, πότερον χρὴ τούτους ἰσχυροὺς ἢ μηδενὸς ἀξίους εἶναι. ἐγὼ [1] μὲν γὰρ οἶμαι πά-

[1] Deest μέν. T.

sibi gerendum pellexissent, atque sic volentes illas corrupissent, seu stupro, seu adulterio, ejusmodi corruptores impune licere occidere. Reisk.

Τῶν μὲν γὰρ] Scil. τῶν πεισάντων. Idem.

Τοῖς δὲ] Scil. βιασαμένοις. Idem.

Αὐτῶν] Indiligentius paulo atque securius dictum. Confidebas nempe, Lysia, lectorum tuorum fore neminem tam tardum, ut hoc αὐτῶν ad proximum τῶν βιασθέντων referret, sed omnes ultro conjectura id esse consecuturos, quod tu in mente habuisses, scil. τῶν πεισθεισῶν. Idem.

Καὶ τοὺς παῖδας, etc.] Adulterium, uti videtur, apud Græcos non in *Solutam*, aut *Vacuam*, sed in *Conjugatam*, in ὕπανδρον solam cadere potuit, uti pariter apud Romanos, Græcæ νομοθεσίας probos interpretes. "Proprie Adulterium in Nupta committitur, *propter partum ex altero conceptum* composito nomine: Stuprum vero in virginem viduamque committitur, quod Græci φθορὰν appellant." l. 6. §. 1. D. ad Leg. Jul. de adulteriis coercendis. Ita porro: "*Adulter*, qui alienam *Matremfam.* corruperit," l. 225. D. de verb. signif. ὃς ἂν μοιχεύσηται τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίου. Levit. XX. 10. Vid. quæ nos modo de *Furto* et *Adulterio*. Inde adeo Legg. Civiles, quæ Societatis ut plurimum beneficia adstruere satagunt, alia prorsus respiciunt atque Canonicæ. Plenior est, quem consuli velim, Cl. Harpprecht. ad Instit. l. 4. Tit. 18. §. 4., Anton. Perezii Prælectiones ad C. de lege Julia., et I. Fred. Bockelman. Different. Jur. Civil. et Canon. c. 49. Ad maritum tamen stuprantem detorquetur aliquando vox Adulterium, qui, uti dixi, Mœchus seu Adulter fieri non potest, nisi in aliena uxore: Ita in his locis, quæ tamen majorum sapientissima instituta referunt de dissimili in dissimili sexu atrocitate. Fragm. Cat. apud Gell. X. 23. "In adulterio uxorem tuam si deprehendisses, sine judicio impune necares? Illa te, si *adulterares*, digito non auderet contingere. Neque jus est." Item l. 1. C. ad Legem Juliam etc. "Publico judicio non habere mulieres *adulterii* accusationem, quamvis de matrimonio suo violato queri velint, lex Julia declarat: quæ cum masculis jure mariti accusandi facultatem detulisset, non idem feminis privilegium detulit." Hinc est quod lamentatur muliercula apud Plaut. Mercat. [act. iv. ad fin.]

"Ecastor, *lege* dura vivunt mulieres
Multoque iniquiore miseræ quam viri.
Nam si vir scortum duxit clam uxorem suam,
Id si rescivit uxor, *impune* est *viro*.
Uxor vero si clam domo egressa est foras,
Viro fit causa, exigitur matrimonio.
Utinam *lex* esset *eadem* uxori, quæ est *viro*.
Nam uxor contenta est, quæ bona est, uno viro,
Qui minus vir una uxore contentus siet?" Taylor.

Ἐν ὑμῖν ἐστὶν] Scil. διορίζεσθαι. Reisk.

Ἐγὼ γὰρ] Ἐγὼ μὲν γάρ. Cont.

σας τὰς πόλεις διὰ τοῦτο τοὺς νόμους τίθεσθαι, ἵνα, περὶ ὧν ἂν πραγμάτων ἀπορῶμεν, παρὰ τούτους ἐλθόντες σκεψώμεθα ὅ τι ἡμῖν ποιητέον ἐστίν. οὗτοι τοίνυν περὶ τῶν τοιούτων τοῖς ἀδικουμένοις τοιαύτην δίκην λαμβάνειν παρακελεύονται, οἷς ὑμᾶς ἀξιῶ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν· εἰ δὲ
10 μὴ, τοιαύτην ἄδειαν τοῖς μοιχοῖς ποιήσετε, ὡς καὶ τοὺς 41
κλέπτας ἐπαρεῖτε φάσκειν μοιχοὺς εἶναι, εὖ εἰδότας ὅτι, ἐὰν ταύτην τὴν αἰτίαν περὶ ἑαυτῶν λέγωσι καὶ ἐπὶ τούτῳ φάσκωσιν εἰς τὰς ἀλλοτρίας οἰκίας εἰσιέναι, οὐδεὶς αὐτῶν ἅψεται. πάντες γὰρ εἴσονται ὅτι τοὺς μὲν νόμους τῆς μοιχείας χαίρειν ἐᾶν δεῖ, τὴν δὲ ψῆφον [1] τὴν ὑμετέραν δεδιέναι· αὕτη [2] γάρ ἐστι πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει κυριωτάτη. 42
15 θ'. Σκέψασθε, ὦ ἄνδρες· κατηγοροῦσι γάρ μου ὡς ἐγὼ τὴν θεράπαιναν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ μετελθεῖν ἐκέλευσα τὸν νεανίσκον. ἐγὼ δὲ, ὦ ἄνδρες, δίκαιον [3] μὲν ἂν ποιεῖν ἡγούμην, ὥτινιοῦν τρόπῳ τὸν τὴν γυναῖκα τὴν ἐμὴν διαφθείραντα

[1] Deest τήν. T. A. [2] γὰρ ἐπὶ A. [3] μεν] ἐμὲ T. R. A.

Περὶ τῶν τοιούτων] F. παρὰ, ut pendeat, a sequentibus, παρὰ τῶν τοιούτων δίκην λαμβάνειν. N. c. Andocidem: Καίτοι ὁπότε οὗτος παρ' ἑτέρου ἠξίωσε δίκην ἀσεβείας λαβεῖν, ἧττον ἑτέρους γε παρὰ τούτου λαβεῖν δίκαιον καὶ εὐσεβές ἐστιν. TAYLOR. Mihi non videtur vulgata lectio sollicitanda esse. περὶ τῶν τοιούτων idem h. l. est atque ἐν τοῖς τοιούτοις. *in ejusmodi causis.* REISK.

Ὡς καὶ τοὺς κλέπτας] Non sine stomacho et gravissima Judicum reprehensione hoc dicit Lysias; si ex eorum sententia ea sequeretur legis dispositio, ut *adulterii* αἰτία tutior sit futura atque ad salutem accommodatior, quam illa *furti.* Longe aliter statuerunt gentes, quarum instituta ad nos memoria pervenere. Optime de his rebus Rex sapientissimus, cujus mentem, quia multum ad eam rem facit, non gravabor exscribere. Ἀποδήσει τις πῦρ ἐν κόλπῳ, τὰ δὲ ἱμάτια οὐ κατακαύσει; Ἢ περιπατήσει τις ἐπ' ἀνθράκων πυρὸς, τοὺς δὲ πόδας οὐ; οὕτως ὁ εἰσελθὼν πρὸς γυναῖκα ὕπανδρον (Heb. ad uxorem vicini ejus) οὐκ ἀδωωθήσεται, οὐδὲ πᾶς ὁ ἁπτόμενος αὐτῆς. Οὐ θαυμαστὸν, ἐάν τις ἁλῶ κλέπτων. Κλέπτει γὰρ, ἵνα ἐμπλήσῃ ψυχὴν πεινῶν· ἐὰν δὲ ἁλῶ, ἀποτίσει ἐπταπλάσια, καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ δοὺς ῥύσεται ἑαυτόν. Ὁ δὲ μοιχὸς δι' ἔνδειαν φρενῶν ἀπώλειαν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ περιποιεῖται, ὀδύνας τε καὶ ἀτιμίας ὑποφέρει· τὸ δὲ ὄνειδος αὐτοῦ οὐκ ἐξαλειφθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. μεστὸς γὰρ ζήλου θυμὸς ἀνδρὸς αὐτῆς· οὐ φείσεται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως· οὐκ ἀνταλλάξεται οὐδενὸς λύτρου τὴν ἔχθραν, οὐδὲ μὴ διὰ πολλῶν δώρων. Prov. VI. fin. TAYLOR.

Τὴν δὲ ψῆφον ὑμετέραν] Mos loquendi postulat, aut τὴν δὲ ὑμετέραν ψῆφον, aut τὴν δὲ ψῆφον τὴν ὑμετέραν. Post hæc scripta inveni posteriorem conjecturam a Brulart. et Vindobon. confirmatam. quare recepi. REISK. Cui ita assentior, ut velim ego eandem lectionem in textum admisisse. AUGER.

Ἐπὶ πάντων] Vel ἐστι. Cum vero dicit, Horum Judicum sententiam præcipuam esse *omnium* in Urbe, intellige, *quoad hanc rem,* et de hujus modi cædibus. Supra pro περὶ τῶν τοιούτων, mallem παρά. MARKLAND. Ἐστί. CONT. ἐστι πάντων primus edidit Taylor, ante quem vulgati libri dant ἐπὶ πάντων. Reliqui lectionem Tayloranam, præsertim cum a Brulart. et Coisl. confirmetur (quæ, ut videtur, gemina auctoritas nescio an una sit) quamquam olim vulgata ferri quodammodo possit. REISK. Reliqui ἐπὶ πάντων, subaudiendo ad phrasim ἐστί. AUGER.

Σκέψασθε] Nimis abrupta hæc est oratio, ut suspicer aliquid deesse. REISK. Σκέψασθε δὲ ὦ. CONT. Reiskio assentitur quoque Augerus. Cf. Olynth. Γ. §. γ.

Δίκαιον ἐμὲ] Δίκαιον μέν. CONT.

λαμβάνων. εἰ μὲν γὰρ λόγων εἰρημένων, ἔργου δὲ μηδενὸς γεγενημένου, μετελθεῖν ἐκέλευον ἐκεῖνον, ἠδίκουν ἄν· εἰ δὲ ἤδη πάντων διαπεπραγμένων, καὶ πολλάκις εἰσεληλυθότος εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν, ὥτινιοῦν τρόπῳ ἐλάμβανον αὐτὸν, σωφρονεῖν ἐμαυτὸν ἡγούμην. σκέψασθε δὲ ὅτι καὶ ταῦτα ψεύδονται· ῥᾳδίως δὲ ἐκ τῶνδε γνώσεσθε. ἐμοὶ γὰρ, ὦ
43 ἄνδρες, — ὅπερ καὶ πρότερον εἶπον — φίλος ὢν Σώστρατος καὶ οἰκείως διακείμενος ἀπαντήσας ἐξ ἀγροῦ περὶ ἡλίου δυσμὰς συνεδείπνει, καὶ ἐπειδὴ καλῶς εἶχεν αὐτῷ, ἀπιὼν ᾤχετο. καίτοι πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες, ἐνθυμήθητε [1] ὅτι, εἰ ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐγὼ ἐπεβούλευον Ἐρατοσθένει, πότερον ἦν μοι κρεῖττον αὐτῷ ἑτέρωθι δειπνεῖν ἢ τὸν συνδειπνήσοντά [2] μοι εἰσαγαγεῖν; οὕτω γὰρ ἂν ἧττον ἐτόλμησεν ἐκεῖνος εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν. εἶτα δοκῶ ἂν ὑμῖν τὸν συνδειπνοῦντα ἀφεὶς μόνος καταλειφθῆναι καὶ ἔρημος γενέσθαι, ἢ κελεύειν ἐκεῖνον μένειν, ἵνα μετ' ἐμοῦ τὸν μοιχὸν ἐτιμω-
44 ρεῖτο; ἔπειτα, ὦ ἄνδρες, οὐκ ἂν δοκῶ ὑμῖν τοῖς ἐπιτηδείοις μεθ' ἡμέραν παραγγεῖλαι, καὶ κελεῦσαι αὐτοὺς συλλεγῆναι εἰς [3] οἰκίαν τῶν φίλων τῶν ἐγγυτάτω, μᾶλλον ἢ ἐπειδὴ τάχιστα ἠσθόμην τῆς νυκτὸς περιτρέχειν, οὐκ εἰδὼς ὅντινα οἴκοι καταλήψομαι καὶ ὅντινα ἔξω; καὶ ὡς Ἁρμόδιον μὲν

[1] [ὅτι] R. [2] Deest μοι. T. A. [3] οἰκίαν τινὸς τῶν A.

Σωφρονεῖν] Quid? *Putavi* me recte fecisse, si quomodocunque — Immo *putassem*. σωφρονεῖν ἂν ἐμαυτὸν ἡγούμην. Ut supra. Δίκαιον ἐμὲ ἂν ποιεῖν ἡγούμην ὥτινιοῦν τρόπῳ λαμβάνων. TAYLOR.

Ἐπεὶ δὲ] Coisl. ἐπειδή. Id quod optavi bonum Cod. exhibiturum. Supra Ἀναβάντες ἐδειπνοῦμεν. ἐπειδὴ δὲ καλῶς αὐτῷ εἶχεν — ἀπιὼν ᾤχετο. TAYLOR. Ἐπειδή. CONT. Abundat δέ. Lego: καὶ ἐπειδὴ καλῶς εἶχεν αὐτῷ: ut supra, ἐπειδὰν δὲ καλῶς αὐτῷ εἶχεν. MARKLAND.

Ὅτι, εἰ] Ὅτι abundat non vitiose, sed more Græco et Attico. AUGER.

Ἢ τὸν συνδειπνήσοντα] Ἢ καὶ τὸν συνδειπνήσοντά μοι. CONT.

Κελεύειν] Malim κελεῦσαι ob præcedentia καταλειφθῆναι et γενέσθαι. REISK.

Ἵνα — ἐτιμωρεῖτο] Obvium erat τιμωροῖτο. Sed cave quidquam mutes. Infra: ἵνα εἰσφέειν, et ἐποιούμην. Orat. IV. ἵνα ἐγένετο. et ita sæpe Attici. ἵνα εἶχον ἄν, Orat. VII. ἵνα μὴ ἀνηλίσκετο, Plato in Symposio, p. 11. Ed. Oxon. ubi pro παίδων moneo legendum παῖδας. Xenophon Cyropæd. lib. 1. ἵνα αὐτὸς ἑαυτὸν ἐμπίπτων ἐνέδυ. Isocrates Evagora, initio fere: ἵνα τε δυνάμενοι τὰ τῶν πολλῶν ἔργα κοσμεῖν, ἐν εἰδόσι ποιούμενοι τοὺς λόγους, ταῖς ἀληθείαις ἐχρῶντο περὶ αὐτῶν· οἵ τε νεώτεροι φιλοτιμοτέρως διεκείντο πρὸς τὴν ἀρετήν. Demosthenes adv. Androt. ἵνα ἐκινδυνεύομεν: et ἵνα ἦν, contra Aphobum. Et ad hanc formam forte exigendum istud D. Pauli ad Corinthios 1 Epist. IV. 6. ἵνα μὴ ἐφυσιοῦσθε: ubi vulgo scribitur φυσιοῦσθε. MARKLAND.

Οἰκίαν τῶν φίλων] Aut οἰκίας in plurali erit leg. aut ad οἰκίαν addendum τινὸς aut τοῦ encliticum. REISK.

Καταλείψομαι] Vidit istud καταλείψομαι magnus Salmas. uti profecto cæcus sit oportet, qui hoc non videat. Accedit, quanta accedere in tali re possit fides ex Cod. nostro Coisl. TAYLOR. Leg. καταλήψομαι, ut statim, et supra. Error forte operarum: qualis est ἔξω, pro ἔξω, quemadmodum recte legitur in nonnullis hu-

καὶ τὸν δεῖνα ἦλθον οὐκ ἐπιδημοῦντας — οὐ γὰρ ἤδειν —, 45
ἑτέρους δὲ οὐκ ἔνδον ὄντας κατέλαβον, οὓς δ' οἷός τε ἦν
λαβὼν ἐβάδιζον. καίτοιγε, εἰ προήδειν, οὐκ ἂν δοκῶ ὑμῖν
καὶ θεράποντας παρασκευάσασθαι καὶ τοῖς φιλοῖς πα-
35 ραγγεῖλαι, ἵν' ὡς ἀσφαλέστατα μὲν αὐτὸς εἰσήειν — τί
γὰρ ἤδειν εἴ τι κἀκεῖνος εἶχε σιδήριον; —, ὡς μετὰ πλεί-
στων δὲ μαρτύρων τὴν τιμωρίαν ἐποιούμην; νῦν δ' οὐδὲν
εἰδὼς τῶν [1]ἐσομένων ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ, οὓς οἷός τε ἦν παρέλα-
βον. καί μοι ἀνάβητε τούτων μάρτυρες.

[2] ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

ί. Τῶν μὲν μαρτύρων ἀκηκόατε, ὦ ἄνδρες· σκέψασθε δὲ
παρ' ὑμῖν αὐτοῖς οὕτως περὶ τούτου τοῦ πράγματος, ζη-
40 τοῦντες εἴ τις ἐμοὶ καὶ Ἐρατοσθένει ἔχθρα γεγένηται [3] πώ-
ποτε πλὴν ταύτης. οὐδεμίαν γὰρ εὑρήσετε. οὔτε γὰρ
συκοφαντῶν γραφάς με ἐγράψατο, οὔτε ἐκβάλλειν ἐκ τῆς
πόλεως ἐπεχείρησεν, οὔτε ἰδίας δίκας ἐδικάζετο, οὔτε συνήδει 46

[1] ἐσ. ἐν ἐκείνῃ A. [2] ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ T. R. A. [3] πώποτε γεγένηται T. R. A.

jusce ipsius Editionis et Impressionis exemplaribus. MARKLAND. Καταλήψομαι. CONT.

Ἦλθον] Subaudi τηνάλλως. *frustra.* REISK.

Οὐκ ἐπιδημοῦντας] Judicabit aliquis ita restituendam fore hanc periodum οὓς οὐκ ἐπιδημοῦντας. una sc. vocula revocata, quæ ante scripturam sui simillimam facile excidere potuit. Aut fortasse h. p. melius. Ὡς Ἁρμόδιον μὲν καὶ τὸν δεῖνα ἐλθὼν οὐκ ἐπιδημοῦντας· οὐ γὰρ ἤδειν· ἑτέρους δὲ οὐκ ἔνδον ὄντας κατέλαβον. Sublicis erat omnino locus adjuvandus, sed nihil silentibus Codd. refingere audeo. TAYLOR.

Οὐ γὰρ ἤδειν] Repete tacite a communi, οὐκ ἐπιδημοῦντας. REISK.

Ὡς μετὰ πλείστων] Mihi videtur ὡς jungendum cum πλείστων. ὡς μετὰ πλείστων, *coram quam plurimis.* AUGER.

Ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ] Restitue Præpositionem, ἐν ἐκείνῃ. Ita supra, εἰ ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτί. Infra, πλὴν ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτί. Ioan. XXI. 3. καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐπίασαν οὐδέν. Sequitur: καί μοι ἀνάβητε τούτων μάρτυρες. ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ. Τῶν μὲν μαρτύρων ἀκηκόατε, etc. Scribe, ΜΑΡΤΥΡΕΣ, ut supra monui. MARKLAND. Malim ΜΑΡΤΥΡΕΣ. AUGER.

Γραφὰς] Sæpissime, ut et hic factum est, duo istæc vocabula, γραφαὶ et δίκαι, secum ab oratoribus Atticis comparantur. Illæ sunt causæ publicæ, ad remp. pertinentes, quas uno nomine majestatis actionum complectaris. quarum rei, qui damnarentur, capite minuebantur, sive maxima illa erat capitis imminutio, seu extremum supplicium, sive minima, hoc est, exsilium. quocirca recte, foroque Attico convenienter subjungit Lysias ταῖς γραφαῖς exsilii pœnam; non autem ταῖς δίκαις, seu privatis causis. REISK.

Οὔτε συνήδει — ἐπιβουλεύουσι] Vis argumenti hæc est: Nullam fuisse causam, cur Eratosthenem Euphiletus occideret, nisi commissum ab illo adulterium; neque enim antea inter ipsos inimicitias exstitisse, neque fuisse Erastosthenem Euphileto criminis alicujus conscium, idque celasse, atque ideo hunc metuentem ne indicaret facinus voluisse eum interficere, quæ homicidiorum non raro causa fuerit, idque vel hinc est manifestum, quod Eratosthenes illi pecuniam obtulerit, quod facturus non fuisset, si minus eum terrere potuisset; eamque non accepturum Euphiletum facile potuisset intelligere, si solus criminis cujusdam ei conscius fuisset. Hæ me movent rationes, ut scribendum existimem: οὔτε εἰ τοιαῦτα διεπράξαμην, ἤλπιζεν ἄν με

κακὸν οὐδὲν ὃ ἐγὼ δεδιὼς μή τις πύθηται, ἐπεθύμουν αὐτὸν ἀπολέσαι, οὔτε, εἰ ταῦτα διεπραξάμην, ἤλπιζον [1] [μὲν] χρήματα λήψεσθαι· ἔνιοι γὰρ τοιούτων πραγμάτων ἕνεκεν θάνατον ἀλλήλοις ἐπιβουλεύουσι. τοσούτου τοίνυν
47 δεῖ ἢ λοιδορία ἢ παροινία ἢ ἄλλη τις διαφορὰ ἡμῖν γεγο- 96. 1
νέναι, ὥστε [2] οὐδὲ ἑωρακὼς ἦν τὸν ἄνθρωπον πώποτε πλὴν ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτί. τί [3] ἂν οὖν βουλόμενος ἐγὼ τοιοῦτον κίνδυνον ἐκινδύνευον, εἰ μὴ τὸ μέγιστον τῶν ἀδικημάτων ἦν ὑπ' αὐτοῦ ἠδικημένος; ἔπειτα παρακαλέσας αὐτὸς μάρτυρας ἠσέβουν, ἐξόν μοι, εἴπερ ἀδίκως ἐπεθύμουν αὐτὸν ἀπολέσαι, μηδένα μοι τούτων συνειδέναι;

ιά. Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, οὐκ ἰδίαν ὑπὲρ ἐμαυτοῦ νομίζω ταύτην γενέσθαι τὴν τιμωρίαν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς πόλεως ἁπάσης. οἱ γὰρ τοιαῦτα πράττοντες, ὁρῶντες οἷα τὰ ἆθλα πρόκειται τῶν τοιούτων ἁμαρτημάτων, ἧττον εἰς τοὺς ἄλλους [4] ἐξαμαρτήσονται, ἐὰν [5] καὶ ὑμᾶς ὁρῶσι τὴν
48 αὐτὴν γνώμην ἔχοντας. εἰ δὲ μή, πολὺ κάλλιον τοὺς μὲν κειμένους νόμους ἐξαλεῖψαι, ἑτέρους δὲ θεῖναι, οἵτινες τοὺς μὲν φυλάττοντας τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ταῖς ζημίαις ζημιώσουσι, τοῖς δὲ βουλομένοις εἰς αὐτὰς ἁμαρτάνειν πολλὴν ἄδειαν ποιήσουσι. πολὺ γὰρ οὕτω δικαιότερον ἢ ὑπὸ τῶν

[1] Absunt unci. T. R. με A. [2] οὔτε T. [3] Deest ἄν. T. A. [4] ἐξαμαρτήσουσιν T. R. A. [5] καὶ] δὲ T.

χρήματα λήψεσθαι, *neque si tale quid patrassem, sperare potuisset, me pecunia posse placari, quum hunc impune occidendi ejus metuque me liberandi occasionem haberem.* Obtulisse autem Eratosthenem pecunias, si vitæ parcere vellet Euphiletus, narratur p. 173. 9. SLUITER.

Ἤλπιζον μέν] Μὲν abesse mallem, aut certe cum με mutari. *sperabam me pro patrata illa cæde mercedem accepturum.* REISK. Quod Contius ejicit non subrogando με. AUGER.

Θάνατον ἀλλήλοις ἐπιβουλεύουσι] Usitatius est ἀλλήλοις ἐπιβουλεύουσι, sine τῷ θάνατον: et ita fere scribit Noster. Vulgata tamen defenditur loco Andocidis, Orat. adv. Alcibiad. p. 31. καὶ τῷ κηδεστῇ θάνατον ἐπιβουλεύει: et p. 30. θάνατον ἐπεβούλευσε Καλλίᾳ. Paulo ante, pro ἤλπιζον μέν, scribo, ἤλπιζον ἄν, *sperare potuissem.* MARKLAND. Pro ἀλλήλοις malim ἄλλοις. AUGER.

Οὐδὲ] Sic dedi de meo. *ne viderim quidem.* olim erat οὔτε, quod ab hoc loco est alienum. REISK. Οὐδέ. CONT.

Τί οὖν] Τί ἂν οὖν. CONT. Ego velim, fateor, sic legisse, quamvis ἂν possit subaudiri. AUGER.

Ἐὰν δὲ] Ἐάν γε mavult Steph. ut conjungatur cum præcedentibus. Cordate. Tametsi δὴ non fuisset pro nihilo. *Tum demum* cum emphasi. TAYLOR. Mallem, ἐὰν καί: et locum aliter distinguerem: ἧττον εἰς τοὺς ἄλλους ἐξαμαρτήσουσιν, ἐὰν καὶ ὑμᾶς ὁρῶσι τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας: *si vos* quoque *conspexerint* etc. Mox, ad finem Orat. deest Articulus ante πόλεως: τοῖς τῆς πόλεως νόμοις: ut supra hac Orat. et passim. MARKLAND. Ἐξαμαρτήσονται, ἐάν τε ὑμᾶς. CONT.

Τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας] *Eundem animum habentes*, np. ac ipsi injuria affecti. AUGER.

Γνώμην] Subaudi τοῖς νόμοις. REISK.

Θεῖναι] Malim θέσθαι. AUGER.

Ταῖς ζημίαις] Videtur ἐσχάταις aut μεγίσταις interponendum esse. REISK.

Οὕτω] τοῦτο. CONT.

νόμων τοὺς πολίτας ἐνεδρεύεσθαι, οἳ κελεύουσι μὲν, ἐάν τις μοιχὸν λάβῃ, ὅ τι ἂν βούληται χρῆσθαι· οἱ δ' ἀγῶνες δεινότεροι τοῖς ἀδικουμένοις καθεστήκασιν ἢ τοῖς παρὰ τοὺς
15 νόμους τὰς ἀλλοτρίας καταισχύνουσι γυναῖκας. ἐγὼ γὰρ νῦν καὶ περὶ τοῦ σώματος καὶ περὶ τῶν χρημάτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων κινδυνεύω, ὅτι τοῖς [1] τῆς πόλεως νόμοις ἐπειθόμην.

[1] Deest τῆς. T. A.

Οἳ κελεύουσι μὲν] Breviloquentia Lysiaca hæc est, orationem interdum efficiens conturbatiorem. perinde est ac si dixisset: ὃ γίγνεται, εἰ οἱ μὲν νόμοι κελεύουσιν — *id quod contingit, si leges quidem* —. Reisk.

Ἐπειθόμην] Post ἐπειθόμην Contius hanc annotationem ponit: πολλὰ λείπει. Auger.

ΛΥΣΙΟΥ

ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ

ΤΟΙΣ ΚΟΡΙΝΘΙΩΝ ΒΟΗΘΟΙΣ.

Pag. ed. H.Steph. 190. 15 — Pag. ed. Reisk. 50

ά. ΕΙ μὲν ἡγούμην οἷόν τε εἶναι, ὦ παρόντες ἐπὶ τῷδε τῷ τάφῳ, λόγῳ δηλῶσαι τὴν τῶν ἐνθάδε κειμένων ἀνδρῶν ἀρετὴν, ἐμεμψάμην ἂν τοῖς ἐπαγγείλασιν ἐπ' αὐτοῖς ἐξ ὀλίγων ἡμερῶν λέγειν· ἐπειδὴ [1] δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁ πᾶς χρόνος οὐχ ἱκανὸς λόγον ἴσον παρασκευάσαι τοῖς τούτων ἔργοις, διὰ τοῦτο καὶ ἡ πόλις μοι δοκεῖ, προνοουμένη τῶν

[1] δὲ τοῖς πᾶσιν T. R.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ] Pulcherrima et ornatissima oratio Lysiæ, qua eos laudavit, qui Corinthiis opem ferentes occubuerunt: quam quidem orationem, ut et ceteras Ὀρχαμος τυπογραφων ita emendatam edidit, ut tamen aliorum industriæ aliquid reliqui fecerit. MURET. *Var. Lect.* XVII. 11. Bellum hoc contra Lacedæmonios gestum incidit in Olymp. XCVI. duce Iphicrate. Vid. Diod. Sic., Xenophon. in Hellenic., Nep. in Iphicrate, Pausan. in Lacon. et Messen., et Palmer. ad Plut. Aristoph. 173. Memoratur hæc oratio a Theone, Capp. 1. et 2. ab Harpocr. in Γεραιία. Laudatur item ab Aristotele in Rhetor. III. 10. (dissimulato tamen nomine auctoris) et a σχ. Æschinis inedito. TAYLOR. Plutarchus in Vita Isocrat. refert, nonnullos dixisse Isocratem transtulisse nobilem illum *Panegyricum* suum ex scriptis Gorgiæ Leontini, et Lysiæ. De Gorgia quidem nescio: sed quod ad Lysiam attinet, verissimum est, quod isti dixerunt. Conferenti enim hanc Nostri Orationem cum Isocratis Panegyrico, patebit clare, plurima esse non solum ad Res et Historias et earum Dispositionem spectantia, sed etiam Verba et Sententias, ex hac in illum transcriptas: quod nonnullis in locis notabimus; omnia enim accuratius persequi non vacat. Ipse Isocrates Lysiam, inter alios, et hunc Ἐπιτάφιον λόγον innuere videtur istis Panegyr. p. m. 108. καίτοι με οὐδὲ λέληθεν, ὅτι χαλεπόν ἐστιν ὕστατον ἐπελθόντα λέγειν περὶ πραγμάτων πάλαι προκατειλημμένων, καὶ περὶ ὧν οἱ μάλιστα δυνηθέντες τῶν πολιτῶν εἰπεῖν, ἐπὶ τοῖς δημοσίᾳ θαπτομένοις πολλάκις εἰρήκασιν. Quin et, quod indignatiunculam aliquam nonnullis mereri forsan videbitur, Nostrum, cui tam multa debere voluit, virgula Censoria non dubitavit tangere, loco de quo monebo infra. Plures vero hujusce generis Ἐπιταφίους scripsit Lysias, prout testantur Plutarchus, Photius, et Suidas; quæ, opinor, comprehendentur sub generali nomine τῶν Πανηγυρικῶν Lysiæ, quorum meminit Halicarnasseus, et in quibus Stylum solito elatiorem agnoscit: quæ crisis verissima est. Hanc Orationem semel citat Harpocration, V. Γεραιία. MARKLAND. Orationem Funebrem licet constans veterum judicium Lysiæ tribuerit, multa tamen sunt, quæ mihi persuadeant, non ipsum Lysiam esse auctorem. Est enim dictio magis ornata et inflatior etiam, quam pro illius ævi hujusque scriptoris simplicitate, plena quæsito ornatu. Antithetorum fastidiosam habet multitudinem et cumulationem, totaque sophisticum quoddam spirat ingenium. Nos igitur auctorem secuti Valckenaerium (ad Herod. l. VII. p. 566. 36. b. p. 579. 58. a.), ipsaque re id suadente, hanc Orationem Lysia abjudicamus, quod et post Valckenaerium fuit judicium Reiskii ad h. or. p. 64. SLUITER.

Ἐπ' αὐτοῖς] Junge cum λέγειν, *dicere de his rebus*, vel *de his viris*, de quibus nunc dico. AUGER.

ἐνθάδε λεγόντων, ἐξ ὀλίγου τὴν πρόσταξιν ποιεῖσθαι, ἡγουμένη οὕτως ἂν μάλιστα συγγνώμης αὐτοὺς παρὰ τῶν ἀκουσάντων τυγχάνειν. ὅμως δὲ ὁ μὲν λόγος μοι περὶ 51
τούτων, ὁ δ' ἀγὼν οὐ πρὸς τὰ τούτων ἔργα, ἀλλὰ πρὸς τοὺς πρότερον ἐπ' αὐτοῖς εἰρηκότας. τοσαύτην γὰρ ἀφθονίαν
25 παρεσκεύασεν ἡ τούτων ἀρετὴ καὶ τοῖς ποιεῖν δυναμένοις καὶ τοῖς εἰπεῖν βουληθεῖσιν, ὥστε καλὰ μὲν πολλὰ τοῖς 52
προτέροις περὶ αὐτῶν εἰρῆσθαι, πολλὰ δὲ καὶ ἐκείνοις παραλελεῖφθαι, ἱκανὰ δὲ καὶ τοῖς ἐπιγιγνομένοις ἐξεῖναι εἰπεῖν· 53

Ἐξ ὀλίγου] Sub. χρόνου. IDEM.

Ὅμως] Malim ὅλως. *universe.* REISK.

Λόγος — ἀγὼν] Simili fere elegantia Diod. Sic. l. 11. Τὴν μὲν μάχην αὐτοῖς εἶναι κρίνοντες πρὸς τοὺς Βαρβάρους, τὸν ἀγῶνα δὲ πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐπ' ἀρετῇ θαυμαζομένους ὑπάρχειν. TAYLOR.

Ἐπ' αὐτοῖς] Imo vero ἐπ' ἄλλοις. *super aliis*, item, ut hi sunt, pro patria cum fortiter dimicarent, vita defunctis, atque hic in Ceramico sepultis. Alias τούτων erit ambignum, et natans, modo enim tum sepeliendos, modo dudum sepultos idem vocabulum significabit. REISK.

Ποιεῖν] Viden', quantum afflatui poetico tribuat ὁ καταλογάδην? ποιεῖν δυναμένοις — εἰπεῖν βουληθεῖσιν. Nam de Poetica dictum accipio. Quid enim? Ἀλλὰ μὴ ποιεῖν μηδὲ συγγράφειν. Plato in Lyside. Disertius adhuc et huic loco accommodatius Isocr. in Paneg. Τίς γὰρ ἡ τῶν ποιεῖν δυναμένων ἢ τῶν λέγειν ἐπισταμένων κ. τ. λ. Nec mirum hæc esse tam diserta, cum ex Nostri funebri pleraque transtulit Isocrates in suam Panegyricam. Vid. Plutarch. in Isocrate, Photius itidem, Theo Progymm. c. 1. Redeo autem. Μόνοι δὲ καὶ τὸν Ἡσίοδον ἤλεγξεν ἔργα ψευδόμενον, ποιήσαντα, ὅτι καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ φθονέει. Aristid. in obit. Alexand. Ita Socrates, qui Tragœdias cum Euripide composuit, dicitur a Laertio in vitæ initio συμποιεῖν Εὐριπίδῃ. Add. Eustath. proœm. ad Comment. in Homer. Steph. ad l. c. Laertii. In vernaculam etiam defluxit.

What is he for a Lad you so lament?
Is Love such pinching pain to them that prove?
And hath he skill to make so excellent,
Yet hath such little Skill to bridle Love?

Spencer, Eclog. 4.

The God of Shepherds Tityrus is dead,
Who taught me humbly as I can to make.

Id. Eclog. 6.

Plura dabit Index ad Chaucerum. TAYLOR. ποιεῖν est *carmina scribere.* Lucianus pro laps. int. salut. p. 497. ποιῶν εἰς τὸν Ἀπόλλω, *versus in Apollinem scribens.* Dion. Halicarnasseus περὶ Συνθ. Segm. XX. οἱ κράτιστα διαλεχθέντες, ἢ ποιήσαντες, *præstantissimi scriptores prosaici, et poetæ.* Et ita Diog. Laertius Platone. MARKLAND.

Ἐκείνοις παραλελεῖφθαι] Id est, ὑπ' ἐκείνων. *ab illis esse omissa.* Verum, nescio qui, haud satis placet hæc lectio, in se illa quidem sic satis tolerabilis. primum enim supervacaneum est, et nemo desideret ἐκείνοις, qui in continenti modo τοῖς προτέροις legerit. Porro perspicuum satis est, hic tres hominum ordines inter se comparari, priores, qui nunc sunt, et postmodum futuros. horum primi et ultimi commemorati, medii taciti transmissi sunt. Veni igitur in suspicionem, Lysiam dedisse πολλὰ δὲ καὶ ἡμῖν καταλελεῖφθαι. *sed et nobis multa esse relicta.* καταλείπει, qui alteri, quod suppleat, relinquit. παραλείπει, qui a se dicenda, seu data opera, seu per secordiam, indicta præterit. REISK.

Ἐξῆν εἰπεῖν] Emendat Muretus ex Cod. ἐξεῖναι, prout postulabat constructio, Mendum ortum ex vice Diphthongi ει et η: quale istud Heb. IX. 1. εἶχε μὲν οὖν ἡ πρώτη σκηνὴ δικαιώματα λατρείας etc. pro ἐκήνη, id est, ἐκείνη, scil. διαθήκη. Qui enim defendunt σκηνὴ, certe non percipiunt Apostoli Argumentationem, quæ dependere et connecti videtur cum commate 7. cap. præcedentis, reliquis intermediis parenthetice sumendis: εἰ γὰρ ἡ πρώτη ἐκείνη ἦν ἄμεμπτος, οὐκ ἂν δευτέρας ἐζητεῖτο τόπος. εἶχε μὲν οὖν ἡ πρώτη ἐκείνη δικαιώματα λατρείας, etc. longa enim ista parenthesis probat δευτέρας ἐζητῆσθαι τόπον, *secundum Fœdus requisitum fuisse*, quæ erat ultima Positio in comm. septimo: post quam probatam redit ad priorem Positionem ejusdem

54 οὔτε γὰρ γῆς ἄπειροι οὔτε θαλάττης οὐδεμιᾶς, πανταχοῦ δὲ καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις οἱ τὰ [1] αὑτῶν πενθοῦντες κακὰ τὰς τούτων ἀρετὰς ὑμνοῦσι.

Β'. Πρῶτον μὲν οὖν τοὺς παλαιοὺς κινδύνους τῶν προ- 30
γόνων διειμι, μνήμην παρὰ τῆς φήμης λαβών· ἄξιον γὰρ πᾶσιν ἀνθρώποις κἀκείνων μεμνῆσθαι, ὑμνοῦντας μὲν ἐν
55 ταῖς ᾠδαῖς, λέγοντας δ' ἐν ταῖς τῶν ἀγαθῶν [2] μνήμαις, τιμῶντας δ' ἐν τοῖς καιροῖς τοῖς τοιούτοις, παιδεύοντας δ' ἐν τοῖς [3] τῶν τεθνεώτων ἔργοις τοὺς ζῶντας.

[1] αὐτῶν T. [2] γνώμαις R. [3] τῶν om. T.

commatis, et probat (cap. IX. 1, 2. etc.) τὴν πρώτην ἐκείνην οὐκ εἶναι ἄμεμπτον, *prius illud Fœdus culpa non vacasse*, id est, *imperfectum fuisse*. Multi Codd. omittunt σκηνή: quæ quidem omitti potest, ita tamen, ut verba Apostoli connectantur, quemadmodum dixi, et τὸ πρώτη, sit διαθήκη, non σκηνή. Sed verosimilius puto resumptam fuisse vocem ἐκείνη propter longam digressionem. Video eandem Conjecturam Doctiss. quoque Mangeio in mentem venisse. MARKLAND. Melius conveniret, mea sententia, περιεῖναι (pro περιέστεσθαι) *superatura*, vel *superfutura esse*. REISK.

Ἄπειροι] Dicitur ille ἄπειρος γῆς, eo quidem sensu, quo Lysias hanc dictionem hic loci usurpavit (nam alium quoque fert), cujus nomen ad illius regionis incolas haud pervenit. IDEM. Significat, *neque terra neque mari incogniti*, vel *inauditi*. post οὐδεμιᾶς sub. οὗτοί εἰσι. ad πανταχοῦ δὲ sub. etiam aliquid, v. g. ἔνδοξοί εἰσι. deinde pro παρὰ πᾶσιν malim παρὰ τούτοις, et tunc καὶ erit *etiam*, nam in ultima parte phraseos, non de omnibus hominibus agitur, sed de iis duntaxat qui cum Atheniensibus conflixere. AUGER.

Πανταχοῦ] Πανταχῇ codices. Quod fortasse displicere emunctioribus non potest. Quid enim, amabo, interest inter πανταχοῦ et παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις? At Magistro profecto neutrum placet. Nam pro πανταχῇ et πανταχοῦ, ἑκασταχοῦ rectius ab Atticis dici contendit. TAYLOR.

Αὐτῶν πενθοῦντες] Habe αὐτῶν me fidejussore. Nostrorum hominum virtutem non nisi cum *suorum* calamitate conjunctam. Paulo inferius. Ἀπαγγεῖλαι τήν τε σφετέραν αὐτῶν δυστυχίαν καὶ τὴν τῶν ἡμετέραν προγόνων ἀρετήν. IDEM. Scribe, αὐτῶν: *sua mala*, seu *infortunia*, *deflentes*. Qui enim Filios vel Fratres vel Maritos in bello occisos lugent, Fortitudinem eorum, qui occiderunt istos, simul prædicant. MARKLAND.

Μνήμην] Μνήμη. SCALIG. μνήμην bene habet, significans h. l. rem gestam, quæ refertur ab eo, qui ipse non interfuerit tum, cum gereretur, ex aliena fide, seu famæ, seu monumentorum literis consignatorum. REISK.

Ἄξιον γὰρ πᾶσιν ἀνθρ.] Γὰρ redit ad occultam sententiam a legente quoque tacite supplendam, priora cum insequentibus vincientem. Memorias dicendorum, ait, a fama traditas habeo. quas memorias facile fuit adipisci, passim obvias, et omnium in ore versantes. Decet *enim* omnes homines —. REISK. πάντας ἀνθρώπους. CONT.

Κἀκείνων] Non suorum tantummodo, qui populo cuique proprii sunt, majorum, sed *etiam illorum*, qui majores sunt Atheniensium. REISK.

Γνώμαις] Taylor h. l. lectionem μνήμαις, a Stephano aut profectam, aut proditam certe ab illo primo, servarat. Ego Aldinam revocavi, magis ob consensum codicum, quam ob lectionis præstantiam. In Augustano codice, quem ad editionem Taylori exegi, videtur utique μνήμαις esse, quoniam ex eo nihil varietatis ad h. l. exscripsi. Constat utrique lectioni sua ratio. Stephanica hoc dicit, in *commemorationibus virorum fortium*. Aldina, *cum gnomæ virorum fortium recitantur*. Gnomæ, seu dicta bonæ mentis plena τῶν ἀγαθῶν h. e. virorum virtutis et sapientiæ laude clarorum, magno numero leguntur a Diogene Laertio, libro primo, aliisque relata. Ejusmodi sententiæ igitur, ait orator, cum recitantur, decet omnes homines exempla virtutis a majoribus nostris edita oratione commemorare; quibus exemplis illæ gnomæ, veluti perspicuis quibusdam invictisque documentis illuminentur et confirmentur, eoque altius in animis audientium defigantur. Comparat inter se poesin et prosam: ὑμνοῦντας ἐν ταῖς ᾠδαῖς et λέγοντας ἐν ταῖς γνώμαις. potior enim il-

γ'. [1]Ἀμαζόνες γὰρ Ἄρεος μὲν τὸ παλαιὸν ἦσαν θυ- 56
γατέρες, οἰκοῦσαι δὲ παρὰ τὸν Θερμώδοντα ποταμὸν, μόναι
35 [2]μὲν ὡπλισμέναι σιδήρῳ τῶν περὶ αὐτὰς, πρῶται δὲ τῶν
πάντων ἐφ' ἵππους ἀναβᾶσαι, οἷς ἀνελπίστως δι' ἀπειρίαν
τῶν ἐναντίων ἤρουν μὲν τοὺς φεύγοντας, ἀπέλειπον δὲ τοὺς
διώκοντας, ἐνομίζοντο [3]δὲ διὰ τὴν εὐψυχίαν μᾶλλον ἄνδρες 57
ἢ διὰ τὴν φύσιν γυναῖκες· πλέον γὰρ ἐδόκουν τῶν ἀνδρῶν
ταῖς ψυχαῖς διαφέρειν ἢ ταῖς ἰδέαις ἐλλείπειν. ἄρχουσαι δὲ
πολλῶν ἐθνῶν, καὶ ἔργῳ μὲν τοὺς περὶ αὐτὰς καταδεδουλω-
40 μέναι, λόγῳ δὲ περὶ τῆσδε τῆς χώρας ἀκούουσαι κλέος μέγα,
πολλῆς δόξης καὶ μεγάλης ἐλπίδος χάριν παραλαβοῦσαι

[1] Ἀμαζόνες μὲν γὰρ T. R. A. [2] δὲ T. [3] [δὲ] R.

larum gnomarum pars erat prosa concepta. Idem.

Ἀμαζόνες μὲν γὰρ, Ἄρεος μὲν etc.] Inconnexi aliquid esse videtur in Compositione ex abundantia particularum μὲν et δέ. Lego: Ἀμαζόνες μὲν γὰρ Ἄρεος τοπαλαιὸν ἦσαν θυγατέρες, οἰκοῦσαι παρὰ τὸν Θερμώδοντα ποταμὸν, μόναι μὲν ὡπλισμέναι — πρῶται δὲ etc. ita omnia recte respondent. Μόναι μὲν est a Mureto, pro μόναι δέ. Vide Isocratem Paneg. p. 106. Genev. Ann. 1621. Markland. et *in edit. min.* Taylor. Primum μὲν quanquam a Marklando confixum est, et a plerisque codicibus abest, tantum tamen absum, ut condemnem, ut potius servandum tuendumque censeam. Nam ut posteriori μὲν respondet proximum δὲ, in illis οἰκοῦσαι δὲ παρὰ — ita priori illi, quod exterminatum eunt, respondet illud δὲ, quod p. 191. 7. ed. Steph. legitur in illis Ἀδράστου δὲ καὶ Πολυνείκους. Ab Amazonibus ad Adrastum transit atque Polynicen. Illas cum his comparat. Ἀμαζόνες μὲν — Ἀδράστου δὲ — Mirifice et ad fastidium luxuriat hac in oratione Lysias, cum antithetis molestissimis, frigus et nauseam creantibus, tum illa perpetua oppositione, sæpe perquam inepta, et puerili, inter μὲν et δέ. Reisk.

Μόναι — τῶν περὶ αὐτὰς] *Solæ ex iis qui circa ipsas erant*, i. e. solæ populorum vicinorum. Auger.

Ἤρουν] Ita Steph. et Codd. sanatiores: ἤρουν Ald. quod vidit Scaliger. Locus huic omnimodo germanus, vindices modo ab Interprete, Xenoph. de re eq. ineunte oratione: Οἱ γὰρ ἥττους τῶν πόνων (de equis habetur sermo) οὔτε αἱρεῖν οὔτε ἀποφεύγειν δύναιντο ἄν. Nec *attollere*, nec evadere. Quam ingeniose! Vides istud αἱρεῖν, quod ille sequitur, locum non capere, addo neque agnoscere editionem principem. Taylor.

Τοὺς περὶ αὐτὰς καταδεδουλωμέναι] Muretus τὰ pro τοὺς, ut ad ἐθνῶν referatur. Nescio e libris, an conjectura. Nihil tamen mutarem. supra enim pariter loquitur: μόναι μὲν ὡπλισμέναι σιδήρῳ τῶν περὶ αὐτὰς, id est, τῶν ἀνθρώπων. Demosthenes in Leptin. πάντων τῶν περὶ αὐτοὺς ἄρχοντες. Mox pro ἔδοξαν εἶναι γυναῖκες, forte ἔδειξαν εἶναι γυναῖκας, *ostenderunt se esse fœminas* tantum. Markland. τὰ περί. Cont.

Ἐλπίδος χάριν] Dictio pæne ad tragicam magniloquentiam assurgens hæc est, cum κλέος μέγα, *magnam famam*, appellat πολλῆς δόξης καὶ μεγάλης ἐλπίδος χάριν, *gratium*, vel *suavem et delectabilem fructum, amplissimæ gloriæ et ingentis spei*. h. e. rem, unde duæ jucunditates exsisterent, altera præclaræ opinionis apud audientes de hominibus tam claris. altera spei, qua tententur hi, qui bellum adversus eos suscipere velint, de magnitudine et prædæ et famæ ab illis devictis reportandæ. Vel etiam χάριν significat h. l. *propter*. et hæc posterior interpretatio est illa priore aliquanto planior. Reisk. χάριν regit genitivos præcedentes, et significat *causa, gratia*. Auger.

Παραλαβοῦσαι] Scythas fuisse discimus ex Isocr. in Paneg., Justin. II. 4., Pausan. in Atticis, aliisque. Attamen de exitu hujus pugnæ non ita facile est homines conciliare. Noster πρὸς ἡδονὴν ἀκροάσεως modo Τὴν ἑαυτῶν πατρίδα διὰ τὴν ἐνθάδε συμφορὰν ἀνώνυμον κατέστησαν. Ad laudem quidem magnifice: ceterum ad veritatem ἀκριβέστερον Historici, qui eas non solum in regnum reversas fuisse, verum etiam ibi ad Macedonicum usque imperium durasse produnt. Pausan. Attic. c. 15., Justin. l. c. Neque hæc commentandi animo dico, Τοιάδ' ἐπ' ἐχθροὺς τοὺς ἐμοὺς

58 τὰ μαχιμώτατα τῶν ἐθνῶν ἐστράτευσαν ἐπὶ τήνδε τὴν πόλιν. τυχοῦσαι δ' ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁμοίας ἐκτήσαντο τὰς ψυχὰς τῇ φύσει, καὶ ἐναντίαν τὴν δόξαν τῆς προτέρας λαβοῦσαι μᾶλλον ἐκ τῶν κινδύνων ἢ ἐκ τῶν σωμάτων ἔδοξαν εἶναι γυναῖκες. μόναις δ' αὐταῖς οὐκ ἐξεγένετο ἐκ τῶν ἡμαρ- 191.1
τημένων μαθούσαις περὶ τῶν λοιπῶν ἄμεινον βουλεύσασθαι, οὐδ' οἴκαδε ἀπελθούσαις ἀπαγγεῖλαι τήν τε σφετέραν αὐτῶν δυστυχίαν καὶ τὴν τῶν ἡμετέρων προγόνων ἀρετήν· αὐτοῦ γὰρ ἀποθανοῦσαι, καὶ δοῦσαι δίκην τῆς ἀνοίας, τῆσδε μὲν τῆς πόλεως διὰ τὴν ἀρετὴν ἀθάνατον μνήμην
59 ἐποιήσαντο, τὴν δὲ ἑαυτῶν πατρίδα διὰ τὴν ἐνθάδε συμ- 5
φορὰν ἀνώνυμον κατέστησαν. ἐκεῖναι μὲν οὖν τῆς ἀλλοτρίας ἀδίκως ἐπιθυμήσασαι τὴν [1] ἑαυτῶν δικαίως ἀπώλεσαν.

δ'. Ἀδράστου δὲ καὶ Πολυνείκους ἐπὶ Θήβας στρατευσάντων καὶ ἡττηθέντων μάχῃ, οὐκ ἐώντων [2] Καδμείων θάπτειν τοὺς νεκρούς, Ἀθηναῖοι ἡγησάμενοι ἐκείνους μὲν, εἴ τι ἠδίκουν, ἀποθανόντας δίκην ἔχειν τὴν μεγίστην, τοὺς δὲ κάτω
60 τὰ [3] αὐτῶν οὐ κομίζεσθαι, ἱερῶν δὲ μιαινομένων τοὺς ἄνω 10

[1] αὐτῶν T. R. A. [2] τῶν Καδμ. T. R. A. [3] αὐτῶν T. R.

ἔλθοι Κύπρις! sed ut præmoneam medicinam laceratis Rhetorum locis, si usu venerit, non semper ex Historiæ monumentis, aut rerum gestarum Fide esse eruendam. TAYLOR.

Ἔδοξαν εἶναι] Non satis attentum se cautumque h. l. Marklandus gessit, qui proderet se malle legi ἔδειξαν εἶναι, immemor ille, id ne Græcum quidem esse. Græci non sic loquuntur, sed ἔδειξαν οὖσαι. quod idem est atque ἔδειξαν ὅτι εἰσὶ γυναῖκες. unde constat vulgatam ἔδοξαν probam esse lectionem. REISK.

Οὐδ' οἴκαδε ἀπελθούσαις ἀπαγγεῖλαι etc.] Isocrates Paneg. p. 106. λέγεται δ' οὖν περὶ τῶν Ἀμαζόνων, ὡς τῶν μὲν ἐλθουσῶν οὐδεμία πάλιν ἀπῆλθε. Sed et totum istius loci colorem ex hoc Nostri duxit. MARKLAND.

Ἀδράστου δὲ καὶ Πολυνείκους etc.] Isocrates Paneg. p. 101. MARKLAND.

Τῶν Καδμείων] F. τε Καδμείων. TAYLOR. Nescio quare. REISK.

Καδμείων] *Cadmeorum*, i. e. Thebanorum, qui hic nominantur Cadmei a Cadmea Thebanorum arce. AUGER.

Ἠδίκουν ἀποθανόντας δίκην ἔχειν] Cui satisfactum fuit, ille dicitur δίκην ἔχειν. qui satisfecit, δίκην ὑποσχεῖν vel ὑποτελέσαι. Patet ergo vitium hoc in loco inesse, et aut sic leg. esse: ἐκείνους μὲν (Cadmeos puta), εἴ τι ἠδικοῦντο, ἀποθανόντων (scil. τῶν περὶ Ἄδραστον καὶ Πολυνείκην) δίκην ἔχειν τὴν μεγίστην]. *illis, si qua oblata fuisset injuria, satisfactum esse modo quam luculentissimo*, eo scil. quod cecidissent ipsorum hostes. aut sic: ἐκείνους μὲν (septem ad Thebas duces, cum copiis suis), εἴ τι ἠδίκουν (scil. τοὺς Καδμείους), ἀποθανόντας δίκην τελεῖν (aut ὑποσχεῖν) τὴν μεγίστην. *illos* (Argivos), *si quam* Cadmeis *injuriam obtulissent, eam morte sua luisse, pœnasque ejus dedisse, quæ dari possint maximæ*. REISK.

Οὐ κομίζεσθαι] Ab Aug. abest οὐ. qui si non est merus librarii lapsus, hominis indoctissimi, atque in primis supini et somnolenti, suspicari possis leg. esse: τοὺς δὲ κάτω τὰ αὐτῶν δεῖν κομίζεσθαι. *deos autem inferos debere jura sibi debita haud imminuta adipisci, iisque perfrui.* quibus in juribus hoc quoque erat, ut vita defuncti humarentur. IDEM.

Κομίζεσθαι] Κομίζεσθαι pro funerea ratione solennem et notissimum habet usum. Eurip. Suppl. 24.

Ὅς μ' ἐξοτρύνει παῖδ' ἐμὸν πεῖσαι λιταῖς
Νεκρῶν κομιστὴν ἢ λόγοισιν ἢ δορὸς
Ῥώμῃ γενέσθαι.

θεοὺς ἀσεβεῖσθαι, τὸ μὲν πρῶτον πέμψαντες κήρυκας ἐδέοντο 63
αὐτῶν δοῦναι τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν, νομίζοντες ἀνδρῶν μὲν

Id. ib. 126.

Κομίσαι σε, Θησεῦ, παῖδας Ἀργείων θέλων.

Et Apollon. Rhod. I. 166.

Γηράσκοντ' Ἀλεὸν, λίπετ' ἄμπολιν, ὄφρα κομίζῃ.

Ælian. V. H. VIII. 4. Εἰς τοσοῦτον προελθεῖν τρυφῆς, ὥστε καὶ κύνας καὶ ἀλεκτρυόνας ἐκείνους οἷς ἔχαιρεν ἐκκομίζειν ἀποθανόντας δημοσίᾳ. Confer Spanheim. ad Aristoph. Plut. 1009. Ceterum non eandem hic loci vim habet, sed plano et liquido sensu pro *accipere* dictum video. Τὰ αὐτῶν, legas, οὐ κομίζεσθαι. *suo jure defraudari Manes Defunctorum.* Τοὺς κάτω. Quibus apud antiquos quasi sepulturæ solennitate parentabatur. Religiosus Cenotaph. L. Cæsaris apud Pisanos: APVD. EAM. ARAM. QVOT. ANNIS. A. D. XII. *K. Sept.* PVBLICE. MANIBVS. EIVS. etc. "Ingratus Catilina, parum est illi capere patriam, nisi everterit, nisi Allobrogum in illam cohortes immiserit, et trans Alpes accitus hostis vetera et ingenita odia satiaverit, ac diu *debitas inferias* Gallicis hostis duces Romani persolverint." Sen. de Benef. V. 16. "Priamus quanto pretio sepeliendum Hectorem redemit, rogavit furentem, supplicavit armato, vitamque suam exponere maluit, ut *Cadaveri debita* non negaret." Cassiod. Var. II. 22. Quantæ erat Religionis in bello cæsorum funera procurare, atque etiam hostium non negligere, abunde discimus ex monumentis, legg. et historiis antiquorum. Vide inter ceteros Guther. de Jure Manium. Grot. de Jure B. ac Pacis, II. 19. Eam sollicitudinem satis expresse indicat lucerna antiqua apud Bellorium. * * * "Addebatur etiam saccus undecimus, in quem tota legio particulam aliquam conferebat, sepulturæ scilicet causa, ut si quis ex contubernalibus decessisset, de illo undecimo sacco ad sepulturam ipsius promeretur expensa." Veget. II. 20. Indeque tot monumenta, quæ exstruxerunt commilitones.

D. M.
M. AVRELI. SENECIO
NIS. MIL. COH. V. PR.
P. V. EX.
CAECILIANI. QVI. VIX.
ANN. XXX. M. VLPIVS.
TITVS. COMMANIPVLVS.
ET. HERES. EIVS. CONTV
BERNALI. CARISSIMO.
POSVIT.

Romæ apud Porcarios in ara marmorea.

D. M. S.
C. IVLIVS. CAESAR. LONGINVS.
D. CIL.
C. IVLI. LEIBERTVS.
PERRVPTIS. MONTIBVS. HVC. TANDEM.
VENI. VT. HIC. LOCVS. MEOS. CONTE
GERET. CINERES.
APOLLO. TVAM. FIDEM.
VIXIT. ANNOS XLI. MESS. III.
DIES. XIII.
HOR. NVL.
T. FVLVIVS D. D. L.
COMMILITO. COMMILITON.
VALE. LONGINE. AITERNV.
S. T. T. L.

Genevæ ex Grutero.

Atque inter cetera, quæ ex lege Romana militiæ competebant privilegia, non erant extremæ notæ, quæ ad funus pertinebant. "Cetera item funebria quibus luctus augetur, XII. sustulerunt. HOMINI, inquit, MORTVO NE OSSA LEGITO QVO POST FVNVS FACIAT. Excipit bellicam peregrinamque mortem." Cic. de Leg. II. 60. Hunc titulum Institutionum Decemviralium, ut obiter id commoneam, erudite et enucleate præ ceteris explicat Cl. Raevardus in Comment. ad Legg. XII. Tabb. Hujusmodi quoque fuit, quod discimus ex Digestis. "Si quis in bello ceciderit, et si corpus ejus non compareat, lugebitur." L. fin. §. fin. de his qui not. infam. TAYLOR.

Μιαινομένων] Præstat utique lectio, quam video Codd. exhibere compluscul os, μὴ γενομένων. Præstat, inquam, et de Sacris non profano ritu *peractis*; sed *omissis* prorsus et negligetui habitis, uti res postulat, optime dicitur. Quanquam non ignoro hæc verba eleganter aliquando usurpari pro eo, quod dicimus, οὐ καλλιερεῖσθαι. Xen. Hist. Græc. I. 3. Ἐπεὶ δὲ θυομένῳ αὐτῷ οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερὰ τῇ πρώτῃ, τῇ ὑστεραίᾳ πάλιν ἐθύετο, ὡς δὲ οὐδὲ ταῦτα ἐκαλλιερεῖτο πάλιν τῇ τρίτῃ. Ita Plutarch. in Pyrrho: Οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν ἱερῶν τῷ Μανίῳ γενομένων. cum modo dixerat: Μάντεων αὐτὸν οἰωνοῖς καὶ ἱεροῖς ἀποτρεπόντων. Perinde utuntur Latini voce *Litare*. Suet. Aug. c. 96. "Circa Perusiam sacrificio non *litante*, cum augeri hostias imperasset —" et Jul. 81. "Dein pluribus hostiis cæsis cum *litare* non posset, introiit curiam spreta religione." et Plaut. Pœn. II. 1. 8. — "Quoniam *litare* nequeo, abii illinc illico Iratus, vetui exta prosicarier." Ita Herodot.

ἀγαθῶν εἶναι ζῶντας τοὺς ἐχθροὺς τιμωρήσασθαι, ἀπιστούντων δὲ σφίσιν αὐτοῖς ἐν τοῖς τῶν τεθνεώτων σώμασι τὴν εὐψυχίαν ἐπιδείκνυσθαι· οὐ δυνάμενοι δὲ τούτων τυχεῖν ἐστράτευσαν ἐπ' αὐτούς, οὐδεμιᾶς διαφορᾶς πρότερον πρὸς Καδμείους ὑπαρχούσης, οὐδὲ τοῖς ζῶσιν Ἀργείων χα- 15
ριζόμενοι, ἀλλὰ τοὺς τεθνεῶτας ἐν τῷ πολέμῳ ἀξιοῦντες τῶν νομιζομένων τυγχάνειν, πρὸς τοὺς ἑτέρους ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἐκινδύνευσαν· ὑπὲρ μὲν τῶν, ἵνα μηκέτι εἰς τοὺς τεθνεῶτας ἐξαμαρτάνοντες πλείω περὶ τοὺς θεοὺς ἐξυβρίσωσιν,
64 ὑπὲρ δὲ τῶν [1] ἑτέρων, ἵνα μὴ πρότερον εἰς τὴν αὐτῶν ἀπέλθωσι πατρίου τιμῆς ἀτυχήσαντες καὶ Ἑλληνικοῦ νόμου 20
στερηθέντες καὶ κοινῆς ἐλπίδος ἡμαρτηκότες. ταῦτα διανοηθέντες, καὶ τὰς [2] ἐν τῷ πολέμῳ τύχας κοινὰς ἁπάντων ἀνθρώπων νομίζοντες, πολλοὺς μὲν πολεμίους κτώμενοι, τὸ δὲ δίκαιον ἔχοντες σύμμαχον, ἐνίκων μαχόμενοι. καὶ οὐχ
65 ὑπὸ τῆς τύχης ἐπαρθέντες μείζονος παρὰ Καδμείων τιμωρίας ἐπεθύμησαν, ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ἀντὶ τῆς ἀσεβείας τὴν

[1] ἑτέρων om. A. [2] ἐπὶ T. R. A.

Calliop. 60. Ὥστε πιεζομένων τῶν Σπαρτιητέων, καὶ τῶν σφαγιώνου γινομένων (χρηστῶν interponit Cod. unus importunissimus), ἀποβλέψοντα τὸν Παυσανίην πρὸς τὸ Ἡραῖον τὸ Πλαταιέων ἐπικαλέεσθαι τὴν θεόν — καὶ τοῖσι Λακεδαιμονίοισι αὐτίκα μετὰ τὴν εὐχὴν τὴν Παυσανιέω ἐγίνετο θυομένοισι τὰ σφάγια χρηστά. Ubi in posterioribus habes plenam locutionem, atque apud Demosth. pariter in Exord. Concion. 63. Ἐθύσαμεν τῷ Διῒ τῷ Σωτῆρι καὶ τῇ Ἀθηνᾷ καὶ τῇ Νίκῃ, καὶ γέγονε καλὰ καὶ σωτήρια ταῦθ' ὑμῖν τὰ ἱερά. ἐθύσαμεν δὲ καὶ τῇ Μητρὶ τῶν θεῶν καὶ τῷ Ἀπόλλωνι καὶ ἐκαλλιεροῦμεν καὶ ταῦτα. TAYLOR. Ego vulgatam servo tueorque. Polluebantur enim fana deorum per carnes et ossa cadaverum insepultorum a canibus avibusque rapacibus rapta et per fana tectaque fanorum sparsa et tractata. REISK.

Ἑτέρων] Non equidem damnabo, tametsi alii pæne omnes in re simili omittere solent. ὑπὲρ μὲν τῶν — ὑπὲρ δὲ τῶν (sine ἑτέρων). prius τῶν h. l. ad Thebanos redit, posterius ad Argivos. IDEM.

Μὴ πρότερον] Subaudi πρὶν ἢ τοὺς Ἀθηναίους ὑπὲρ αὐτῶν κινδυνεῦσαι. IDEM.

Ἀτυχήσαντες — στερηθέντες — ἡμαρτηκότες] Poterat orator horum uno quocunque defungi et omnia complecti. Verum idem Lysias, brevitatis ille assectator tam acer, ut studio concisæ dictionis sæpe in orationis obscuritatem incidat, vocabula præter necessitatem exaggerat idem significantia, cum alias, tum in hac præcipue oratione funebri, ubi numeros captat, quod orationi convenit, qualis hæc est, pompaticæ. Verumtamen hæc ῥητορεία scholæ Isocraticæ pyxides redolens cum ab ingenio Lysiæ reliquis in ejus monumentis demonstrato quamplurimum abhorreat, dudum est, quod suspicari cœpi, hanc funebrem non ejus, sed alius, nescio cujus esse, ut parum movear a constanti antiquitatis testimonio, eam Lysiæ nostro tribuente. IDEM.

Ἐλπίδος] Omnes enim homines futurum sperant, ut fatis suis defuncti a superstitibus saltim humentur, etiamsi reliquis honoribus carendum sibi fuerit. IDEM.

Τὰς ἐπὶ τῷ πολέμῳ τύχας, κινὰς ἁπάντων etc.] Pro ἐπὶ notat Schottus (ex Mureto, opinor,) Libros Vett. habere ἐν. Isocrates simpliciter ταῖς κοιναῖς τύχαις, sine mentione *belli*. MARKLAND. ἐν. CONT.

Ἐνίκων μαχόμενοι] Aliter Plutarch. in Thes. et Isocr. in Paneg. TAYLOR.

Παρὰ Καδμείων] Malim articulum τῶν interponi, ut paulo ante p. 188. 15. Dixerat quidem in continenti πρὸς Καδμείους. sed et ibi τοὺς addendum videtur. REISK.

Ἀντὶ τῆς εὐσεβείας etc.] Ἀσεβείας re-

25 ἑαυτῶν ἀρετὴν ἐπεδείξαντο, αὐτοὶ δὲ λαβόντες τὰ ἆθλα
ὥνπερ ἕνεκα ἀφίκοντο, τοὺς Ἀργείων νεκροὺς, ἔθαψαν ἐν τῇ
αὐτῶν Ἐλευσῖνι. περὶ μὲν οὖν τοὺς ἀποθανόντας τῶν ἑπτὰ 66
ἐπὶ Θήβας τοιοῦτοι γεγόνασιν.

ε΄. Ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ, ἐπειδὴ Ἡρακλῆς μὲν ἐξ ἀνθρώπων

pono. TAYLOR. CONT. Conjeceram ἀσεβείας. Et ita Muretus. Sed, nisi fallor, adhuc deest vox αὐτῶν. ἀλλ' ἐκείνοις μὲν, ἀντὶ τῆς αὐτῶν ἀσεβείας, τὴν ἑαυτῶν ἀρετὴν ἐπεδείξαντο: *sed illis, pro* IPSORUM *impietate,* SUAM *virtutem exhibuerunt.* MARKLAND. Nil videtur opus esse, ut αὐτῶν inseratur, id quod facillime a legente quoque a præmisso ἐκείνοις tacita cogitatione suppleatur. Non solus Lysias, sed omnes omnino Attici, ipsique adeo Latini hanc brevitatem amant, et homines quotquot usquam sunt articulate loquentes. REISK. Marklandum exscribit Taylorus *in Edit. min.*

Ἆθλα] Præmia laborum in bello exantlatorum. Sic appellat Argivorum cadavera; prout ipse orator exponit, per modum superenarrationis addens τοὺς Ἀργείων νεκρούς. Posui ergo comma pone νεκροὺς, ut pone ἔθαψαν a legente quoque αὐτοὺς facile tacite suppleatur. REISK.

Ἐν τῇ αὐτῶν Ἐλευσῖνι] Herodot. Calliop. 27. Τοῦτο δὲ Ἀργείους τοὺς μετὰ Πολυνείκεος ἐπὶ Θήβας ἐλάσαντας τελευτήσαντας τὸν αἰῶνα καὶ ἀτάφους κειμένους στρατευσάμενοι ἐπὶ τοὺς Καδμείους ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκροὺς φαμὲν καὶ θάψαι τῆς ἡμετέρης ἐν Ἐλευσῖνι. Ita Aristid. in Eleusin. Ἐν Ἐλεύσῖνι τῆς Ἀττικῆς. Nam neutiquam otiosum erat istum τῇ αὐτῶν Ἐλευσῖνι, cum Cereri Eleusiniæ plura erant templa per Græciam dicata. In Bœotia alterum, ubi contra Mardonium et Persas secunda fortuna pugnatum est, περὶ ποταμὸν Μολόεντα, Ἀργιόπιόν τε χῶρον καλεόμενον, τῇ καὶ Δήμητρος Ἐλευσινίης ἱερὸν ἥσται. Herodot. Calliop. 56. In Ionia aliud, ubi eodem pariter die et successu contra Barbaros Græci militarunt, juxta Γαίσωά τε καὶ Σκολοπόεντα τῆς Μυκάλης, τῇ Δήμητρος Ἐλευσινίης ἱερὸν, τὸ φίλιστος ὁ Πασικλῆος ἱδρύσατο, Νείλεω τῷ Κόδρου ἐπισπόμενος ἐπὶ Μιλήτου κτιστήν. Id. ibid. 96. Nam secundum eundem Historiographum καὶ τόδε ἕτερον συνέπεσε γενόμενον Δήμητρος τεμένεα Ἐλευσινίης παρὰ ἀμφοτέρας τὰς συμβολὰς εἶναι· καὶ γὰρ δὴ ἐν τῇ Πλαταιΐδι παρ' αὐτὸ τὸ Δημήτρειον, οὗ ἐγένετο ἡ μάχη καὶ ἐν Μυκάλῃ ἔμελλε ὡσαύτως ἔσεσθαι. Herodot. ibid. 101. Ceterum de his rebus notabiliora quædam infra proferentur ad Orat. c. Andocid. TAYLOR.

Ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθη] Ex Religione, oredo, Gentium hæc, quarum disseminata est opinio, Semideorum et Heroum *mortem* non esse vitæ excessum, sed rectam quasi ad cœlum migrationem. Ἐπεὶ δὲ ἀπελθόντος ἐξ ἀνθρώπων Ἡρακλέους ἐζήτει τοὺς παῖδας Εὐρυσθεύς. Pausan. Attic. c. 31. Ἐπεὶ γὰρ Ἡρακλῆς μετήλλαξε τὸν βίον θεὸς ἐκ θνητοῦ γενόμενος. Isocr. in Paneg. Ἐπειδὴ Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθησαν. Id. ibid. Μεταστάντος δὲ Ἡρακλέους εἰς θεοὺς οἱ παῖδες αὐτοῦ φυγόντες Εὐρυσθέα κ. τ. λ. Apollod. Biblioth. l. 2. Λαβὼν δὲ (Philoctetes) τῆς ὑπουργίας χάριν τὴν τῶν τόξων δωρεὰν ἦψε πυράν. εὐθὺ δὲ καὶ κεραυνὼν ἐκ τοῦ περιέχοντος πεσόντων, ἡ πυρὰ πᾶσα κατεφλέχθη. μετὰ δὲ ταῦτα οἱ μὲν περὶ τὸν Ἰόλαον ἐλθόντες ἐπὶ τὴν ὀστολογίαν καὶ μηδὲν ὅλως ὀστέον εὑρόντες ὑπέλαβον τὸν Ἡρακλέα τοῖς χρεσμοῖς ἀκολούθως ἐξ ἀνθρώπων εἰς θεοὺς μεθίστασθαι. Diod. Sic. l. 4. p. m. 196. fin. "*Abiit ad Deos* Hercules: nunquam abiisset, nisi, cum inter homines esset, eam sibi viam munivisset." Cic. I. Tusc. 32. "Postquam Hercules *migravit* e terris, nepotes ejus," et quæ sequuntur. Serv. ad Virg. Æn. VIII. 341. "Anno octogesimo post Trojam captam, centesimo et vigesimo, quam *Hercules ad Deos excesserat.*" Paterc. I. 2. Eandem porro ἀποθεώσεως sententiam peperit de summis Philosophis Veterum Superstitio. Ὁ μὲν οὖν (i. e. *Socrates*) ἐξ ἀνθρώπων ἦν. Laert. in Socrat. Πυθαγόραν ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι. Lysis. Epist. ad Hipparch. Et de Impp. Romanorum adulatio. Hor. III. Carm. 3. 9.

> "Hac arte Pollux et vagus Hercules
> Enisus arces attigit igneas
> Quos inter Augustus recumbens
> Purpureo bibit ore nectar."

Add. Inscript. vet. apud Gruter. XLV. 2.

HERCVLI.
AVG.
CONSORTI.
D. N.
AVRELIANI.
INVICTI. AVGVSTI.
RESPVB. PIS.
CVRAM. AGENTE.
C. IVLIO. PRISCIANO. V. C.
DVC. CVR. R. P. PIS. ET. FAN. P. M.

68 ἠφανίσθη, οἱ δὲ παῖδες αὐτοῦ ἔφευγον μὲν Εὐρυσθέα, ἐξη-
λαύνοντο δὲ ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλήνων, αἰσχυνομένων μὲν
69 τοῖς ἔργοις, φοβουμένων δὲ τὴν Εὐρυσθέως δύναμιν, ἀφικό-
μενοι εἰς τήνδε τὴν πόλιν ἱκέται ἐπὶ [1]τῶν βωμῶν ἐκαθέ- 30

[1] τὸν βωμὸν T. R.

Hoc autem Herculis ad cœlum iter egregie his verbis depingit Ovid. IX. Met. 239.

"Jamque valens et in omne latus diffusa sonabat,
Securosque artus, *contemptoremque* petebat
Flamma suum."

Et modo, Jove immortalitatis fidem faciente,

——"Œtæas spernite flammas;
Omnia qui vicit, *vincet* quos cernitis ignes.
Non nisi materna Vulcanum parte potentem
Sentiet; æternum est a me quod traxit, et *expers*
Atque *immune necis*, nullaque domabile flamma.
Idque ego defunctum terra cœlestibus oris
Accipiam." TAYLOR.

Οἱ δὲ παῖδες αὐτοῦ ἔφευγον μὲν Εὐρυσθέα, etc.] Isocrates: οἱ δὲ παῖδες Ἡρακλέους, φεύγοντες τὴν Εὐρυσθέως ἔχθραν etc. Vide et confer totum locum cum hoc Lysiæ. Mox, αἰσχυνομένων μὲν τοῖς ἔργοις, φοβουμένων δὲ τὴν Εὐρυσθέως δύναμιν: verte, *quos quidem puduit factorum Eurysthei, potentiam vero ejus metuebant.* Τοῖς ἔργοις αἰσχυνομένων, sc. Εὐρυσθέως ἔργοις, non *Herculis*, ut male Interpres Brabantus, qui Activo sensu accepit Participium αἰσχυνομένων, oblitus loci istius infra, οὐχ ἧττον ταῖς συμφοραῖς αἰσχυνόμενοι, ἢ etc. et aliorum in hac Oratione. Paulo post, καὶ ἠξίουν ὑπὲρ τῶν ἀσθενεστέρων etc. Isocrates p. 100. ἡγούμεθα τοῖς ἀσθενεστέροις, καὶ παρὰ τὸ συμφέρον, βοηθεῖν, μᾶλλον ἢ τοῖς κρείττοσι, τοῦ λυσιτελοῦντος ἕνεκα, συναδικεῖν. Omnia eadem. MARKLAND.

Τοῖς ἔργοις] Id est, ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις. pudebat quidem eos eorum, quæ fiebant; h. e. ab homine Græco in Græcos hæc statui exempla immanitatis, et Græcos non intercedere. Perinde est, sive cum Marklando ἔργα illa ad Eurystheum referas, ut sit *facinorum Eurysthei*, an cum cæteris quoque Græcis communices, qui Eurystheum ita inulto sævire in Heraclidas ipsisque sibi insultare sinerent, ut sit, *pudebat quidem Græcos ignaviæ suæ, et immemoris erga Herculem animi sui*, cujus liberos expellerent et pæne proderent hosti eorum. REISK.

Ἐπὶ τὸν βωμὸν] Displicet vehementer lectura Codd. Ioann. et Coisll. duorum, ἐπὶ τῶν βωμῶν. Non animadverterunt sacrilegi illi novatores, quibus ἐπὶ τὸν βωμὸν καθίζεσθαι nove et quasi parum grammatice dictum videbatur, unicam et celeberrimam Aram *Misericordiæ* sc. quam Heraclidarum fortunæ memoriæ consecrarunt, hic necessario intelligendam venire. Τῶν Ἀθηναίων μὴ ἐκδιδόντων αὐτῷ τοὺς Ἡρακλείδας πρὸς τὸν τοῦ ἐλέου βωμὸν καταφυγόντας. σχ. ad Aristoph. Equit. 1148. Διωκόμενοι δὲ ἦλθον εἰς Ἀθήνας καὶ καθεσθέντες ἐπὶ τὸν τοῦ ἐλέου βωμὸν ἠξίουν βοηθεῖσθαι. Apollodor. Biblioth. l. 2. Ἐδέξαντο καὶ Ἀθηναῖοι Δήμητραν φεύγουσαν καὶ Διόνυσον μετοικοῦντα, καὶ τοὺς Ἡρακλέους παῖδας ἀλωμένους, ὅταν καὶ τὸν ἐλέου ἐστήσαντο βωμόν, κ. τ. λ. Philostrat. Epist. 70. Πρὸς τὸν τοῦ ἐλέου βωμὸν τῶν Ἡρακλειδῶν προσπεφευγότων, Ἀθηναῖοι μὴ ἐκδιδόντες αὐτοὺς πρὸς Εὐρυσθέα πόλεμον ὑπέστησαν. Zenob. Cent. II. 61. "Postquam Hercules migravit e terris, nepotes ejus timentes insidias eorum, quos avus afflixerat, Athenis sibi primum Asylum, hoc est, *templum Misericordiæ*, collocarunt." Serv. ad VIII. Æn. 341. "Primi Heraclidæ condidere Asylum Athenis sub titulo Clementiæ." Pompon. Sabin. ad II. Æn. 761. Laudatissima fuit hæc ara et Atheniensibus in ingentem gloriam cessit, qui *primi* et quidem diutissime *soli* Aram Misericordiæ statuere. Ἀθηναίοις δὲ ἐν τῇ Ἀγορᾷ καὶ ἄλλα ἐστὶν οὐκ ἐς ἅπαντας ἐπίσημα, καὶ ἐλέου βωμός, ᾧ μάλιστα θεῶν ἐς ἀνθρώπινον εἶον καὶ μεταβολὰς πραγμάτων, ὅτι ὠφέλιμος, μόνοι τιμᾶς Ἑλλήνων νέμουσιν Ἀθηναῖοι. Pausan. Attic. c. 15. Καὶ οἱ πρῶτοι βωμὸν ἐλέου καθιδρυσάμενοι τοῦτον ἐν τῇ πόλει τῶν Συρακουσίων εὐρήσουσιν. Diod Sic. l. 13. p. m. 342. Εὐδοκιμῶν δὲ παρ' αὐταῖς, θάλατταν Ἑλληνικὴν διηγούμενος, καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων μυθολογῶν καλὰ, πῶς Ἠλεῖοι πανηγυρίζουσι, πῶς Δελφοὶ θεσπίζουσι, τίς ὁ παρ' Ἀθηναίοις ἐλέου βωμός. Philostrat. in v. Pollux. Porro autem credibile est hunc Ἐλεὸν non alium fuisse a Jove, qui Μειλίχιος, Ἱκέσιος et Ξένιος passim audit,

ζοντο· ἐξαιτουμένου δὲ αὐτοὺς Εὐρυσθέως, Ἀθηναῖοι οὐκ 70
ἠθέλησαν ἐκδοῦναι, ἀλλὰ τὴν Ἡρακλέους ἀρετὴν μᾶλλον
ἠδοῦντο ἢ τὸν κίνδυνον τὸν ἑαυτῶν ἐφοβοῦντο, καὶ ἠξίουν 71
ὑπὲρ τῶν ἀσθενεστέρων μετὰ τοῦ δικαίου διαμάχεσθαι
μᾶλλον ἢ τοῖς δυναμένοις χαριζόμενοι τοὺς ὑπ' ἐκείνων ἀδι- 72
κουμένους ἐκδοῦναι. ἐπιστρατεύσαντος δ' Εὐρυσθέως μετὰ

et in Foro Civitatum poni solebat. Aliter non concordabunt verba Euripidis de his ipsis Heraclidis.

Ἱκέται δ' ὄντες ἀγοραίου Διὸς
βιαζόμεσθα, καὶ στέφη μιαίνεται.
Heraclid. 70.

Hoc fortasse voluit σχ. Aristoph. Equit. 498. Ὡς Ζεὺς Ξένιος ἢ Μειλίχιος, ἢ Φίλιος, οὕτως Ἀγοραῖος. Cultu erat notabilis hujus cognominis Deus tum Athenis, Ἀγοραίου Διὸς βωμὸς Ἀθήνησιν. Hesych. Ὥσπερ ὁ δοθεὶς ἔτι παιδὸς ὄντος αὐτοῦ (Socrate) τῷ πατρὶ χρησμὸς ἀπεθέσπισεν. ἐᾶν γὰρ αὐτὸν ἐκέλευσεν ὅ,τι ἂν ἐπὶ νοῦν ἴῃ πράττειν, καὶ μηδὲ διάζεσθαι, μηδὲ παράγειν, ἀλλ' ἐφιέναι τὴν ὁρμὴν τοῦ παιδός, εὐχόμενον ὑπὲρ αὐτοῦ Διὶ ἀγοραίῳ, καὶ Μούσαις. Plutarch. de gen. Socrat. Tum in exteris Civitatibus. Καὶ ἐμουνάρχησε χρόνον ἐπ' ὀλίγον· οἱ γάρ μιν Σελινούσιοι ἐπαναστάντες ἀπέκτειναν καταφυγόντα ἐπὶ Διὸς ἀγοραίου βωμόν. Herodot. Terpsich. 46. At non Selinuntis solum, sed Elidis, et in Sparta, alibique. V. Pausan. in Eliac. in Lacon. Æsch. Eumenid. 979. Tum autem in fide et clementia totus est Jupiter. Οἱ δεόμενοι προτείναι εἰώθασι Δία ἱκέσιον· οἱ δὲ συνοικοῦντες ἐφέστιον· οἱ δὲ φίλοι φίλιον· οἱ δὲ ἐν μιᾷ τάξει καὶ συμμορίᾳ καταλεγόμενοι ἑταιρεῖον· οἱ δὲ ξένοι ξένιον· οἱ δ' ἐν ὅρκοις συμφωνίας ποιοῦντες ὅρκιον· οἱ δ' ἀδελφοὶ ὁμόγνιον. σχ. Euripid. ad Hecub. 345. Περιημεκτέων δὲ τῇ συμφορῇ δεινῶς ἐκάλεε μὲν Δία καθάρσιον, μαρτυρόμενος τὰ ὑπὸ τοῦ ξείνου πεπονθὼς εἶη, ἐκάλεε δὲ ἐπίστιόν τε καὶ ἑταιρήϊον, τὸν αὐτὸν τοῦτον ὀνομάζων θεόν. Herodot. Clio, 44. Οὔτε γὰρ ξεναν καὶ ἱκετῶν ἀδικίας ὁ ξένος (l. ξένιος) οὔτε γονέων ἀρὰς ὁ γενέθλιος οὕτω διώκει καὶ μέτεισι ταχὺ, ὡς κ. τ. λ. Plutarch. Amator. Post hæc quæ diximus ἐμφατικώτερον videbitur illud Luciani in Timone. Φίλος δε ἢ ξένος, ἢ ἑταῖρος, ἢ ἐλέου βωμὸς, ὕθλος πολύς. Neque fortasse χάριτι τῶν ἀμφιβόλως dictorum destitui illud quoque Aristoph. Equit. 408.

Ἢ μήποτ' ἀγοραίου Διὸς σπλάγχνοισι παραγενοίμην.

Redeo ad delicias hominum Librarios, qui phrasin concoquere non potuerint. Atqui ita passim quamplurimi. Ὁ δὲ Ἀγόρατος καὶ οἱ ἐγγυταὶ καθίζουσιν ἐπὶ τὸν βωμὸν Μουνυχιάσιν. Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖ ἦσαν κ. τ. λ. (Ita enim lecturus sum, ubi isthic loci pervenero, nec parum fœnerabitur illa emendatio ex iis, quæ hic dicuntur.) N. c. Agorat. Καθίζειν enim ἐπὶ τὸν βωμὸν est eo confugere animo sedendi supplicandique. Ἔρχεται γυμνὸς εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ καθίζει ἐπὶ τὸν βωμὸν τὸν τῆς μητρὸς τῶν θεῶν. Æsch. c. Timarch. Πρὸς τὰ ἱερὰ ἱκετῶν καθεζομένων. Thuc. III. 70. Ἱκέται ἱζέμενοι ἐπὶ τὸν βωμὸν ἐδίδοσαν σφέας αὐτούς. Herodot. Erat. 108. Eadem pariter ratione N. infra Ἐπ' Ἀρτεμίσιον ἐβοήθησαν. Et Herodot. Uran. 50. Αὐτέων ἐκκλειοπότων ἐς Πελοπόννησον. σωθῆναι ἐς Αἴγιναν. Atque Idem Erato 24. Σκύθης δὲ ὁ τῶν Ζαγκλαίων μούναρχος ἐκ τῆς Ἴυκος ἐκδιδρήσκει ἐς Ἱμέραν, ἐκ δὲ ταύτης παρῆν ἐς τὴν Ἀσίαν. Similiter Dionys. Halic. l. 1. Antiqq. Rom. Ὀλίγους δέ τινας ἐξ αὐτῶν εἰς τὸ ἄντρον ἀποκρύπτεται. Cui consonat Cæs. B. Gall. I. 12. "Reliqui sese fugæ mandarunt atque *in proximas silvas abdiderunt*." Sueton. August. c. 16. "Nec prius surrexisse ac militibus *in conspectum fuisse* quam a M. Agrippa fugatæ sint hostium naves." Cic. pro L. Manil. 13. "Quid nobilissimas urbes — commemorem, cum vestros portus atque eos portus, quibus vitam et spiritum ducitis, *in prædonum fuisse potestatem* sciatis." Vid. Casaub. ad Suet. l. c. et Gell. I. 7. Taylor. Ἐπὶ τὸν βωμὸν reliqui, convitio Taylori perterrefactus; verumtamen est, quod ejus ægre feram, et rursus est in altera lectione, quod præferam. A lectione ἐπὶ τὸν βωμὸν ægerrime fero ἐλέου abesse. Res foret alia, si non alia, præterquam Misericordiæ, ara Athenis fuisset. Ergone in posterum legemus ἐπὶ τὸν ἐλέου βωμόν? Ego vero facio cum mistis, qui ἐπὶ τῶν βωμῶν dant. Heraclidæ ad aras deorum alii aliorum confugiebant, in iisque considebant. Reisk.

Ἐπιστρατεύσαντος δ' Εὐρυσθέως μετὰ τῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ Πελοποννησίων ἐχόντων etc.] Isocrates p. 100. Πελοποννησίων δὲ τοὺς μετ' Εὐρυσθέως εἰς τὴν χώραν ἡμῶν εἰσ-

siana sive esset, sive Isocrati ita videretur; tamen, opinor, nunc non erat his locus: neque τῷ Πρέποντι adeo consulere videtur, qui in celeberrimo Græciæ conventu, in Historiæ Atticæ parte nobilissima occupatus, Argumentum subito deserit, et de recto itinere et Via Regia decedit, ut colaphum alicui impingat. Nonne hoc est, dum Classicum canit, conchas et lapillos legere? Nonne alio potius loco, alii operi censuras hujusmodi servatas oportuit? *Si convivio exciperes amicos*, (ut facete Lucianus, De Conscrib. Hist. p. 637.) *omniaque fuerint apparata, num inter media bellaria, et aviculas, et patinas tam multas, et apros, et lepores, et sumina*, SAPERDAM *quoque apponeres; et pulmentum ex leguminibus?* Sed de his quisque, prout sibi videatur, judicet. MARKLAND.

Ἀκούοντες] Hoc participium et alia quæ sequuntur hærent suspensa, nec phrasis finitur. Post v. 2. ad μεστῆς, subaudi vel adde οὔσης. AUGER.

Παρακελευσμοῦ δ'] Rursus idem hic quoque videtur subesse vitium, eademque adhibenda medicina, ut pro δὲ subjiciatur τε. Declarat ipse, quid illo vocabulo παιᾶνος significatum ierit, scil. παρακελευσμοῦ τε ἀμφοτέραν καὶ κραυγῆς τῶν διαφθειρομένων. clamorem utrinque ad certaminis alacritatem accendentem, et lamentabiles cadentium voces. hæc duo appellat παιᾶνα. REISK.

Πολλὰ δ' ἀκοῦσαι] Opinor πολλῶν. MARKLAND. Markland vult πολλῶν δ' ἀκοῦσαι, sine dubio quod ὧν insequatur. Ergo etiam πολλῶν δ' ᾠήθησαν ἰδεῖν eadem de causa. Atqui hoc absurdum. Constat virum doctum festinantem aliquid humani passum esse, non animadvertentem πολλὰ ὧν idem esse atque πολλὰ τούτων, ἃ —. REISK.

Ποῖαι δ' οὐχ ἱκετεῖαι] Ποῖαι δ' οὐκ ἢ ἱκετεῖαι. CONT.

Θυσιῶν] Quas victimas nempe periclitantes diis a se offerendas vovebant, si ab ipsis e periculo erepti fuissent. REISK.

Ὑπὲρ τοῦ μεγέθους] Parum absum, ut hoc ὑπὲρ pro scholio habeam lectoris alicujus, admonere tironem volentis, in dictione ἐλεεῖν τινά τινος subaudiri ὑπὲρ vel χάριν vel ἕνεκα, vel tale quid. Possis item suspicari post proximum κινδύνου deesse ἀγωνιῶντας. quo admisso, ὑπὲρ tenebit locum. IDEM.

Ἠγάσθη] Τῆς τῶν τετελευτηκότων ἀγασθέντα ἀρετῆς. Demosth. Orat. Funeb. TAYLOR.

Ἢ πολὺ πλεῖστον] Defendi possit hæc lectio e p. 208. ult. si ἢ pro *profecto* accipiatur. Ego vero nullus dubito Lysiam etiam hic pro more suo dixisse, una litera minus, ἧπου πλεῖστον. REISK. Hic ἢ, *sane, profecto*. AUGER.

104 τὰς ναῦς δ' [1]ἐμβάντες, τὰς δ' αὐτῶν ψυχὰς ὀλίγας οὔσας
ἀντιτάξαντες τῷ πλήθει τῷ τῆς Ἀσίας. ἐπέδειξαν δὲ [2]καὶ
πᾶσιν ἀνθρώποις, νικήσαντες τῇ ναυμαχίᾳ, ὅτι κρεῖττον μετ'
105 ὀλίγων ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας κινδυνεύειν ἢ μετὰ πολλῶν
βασιλευομένων ὑπὲρ τῆς αὐτῶν δουλείας. πλεῖστα δὲ καὶ 30
κάλλιστα ἐκεῖνοι ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας συνεβάλοντο, στρατηγὸν μὲν Θεμιστοκλέα, ἱκανώτατον εἰπεῖν καὶ γνῶναι καὶ πρᾶξαι, ναῦς δὲ πλείους τῶν ἄλλων ἁπάντων συμμάχων, ἄνδρας δ' ἐμπειροτάτους. καίτοι τίνες ἂν τούτοις τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἤρισαν γνώμῃ καὶ πλήθει καὶ ἀρετῇ; ὥστε δικαίως μὲν [3]ἀναμφισβήτητα τἀριστεῖα τῆς ναυμαχίας ἔλαβον παρὰ τῆς Ἑλλάδος, εἰκότως δὲ τὴν εὐτυ- 35
χίαν ὁμονοοῦσαν τοῖς κινδύνοις ἐκτήσαντο, γνησίαν δὲ καὶ
106 αὐτόχθονα τοῖς ἐκ τῆς Ἀσίας βαρβάροις τὴν αὐτῶν ἀρετὴν
ἐπεδείξαντο.

θ'. Ἐν μὲν οὖν τῇ ναυμαχίᾳ τοιούτους αὑτοὺς παρασχόντες καὶ πολὺ πλεῖστον τῶν κινδύνων μετασχόντες τῇ

[1] ἐσβάντες T. R. A. [2] καὶ om. T.
[3] ἀναμφισβητήτως ἀριστεῖα T.

Ἐσβάντες] Perinde, erit, quoad Atticismum, si cum editis ἐσβάντες, aut cum Baroc. et Coisl. 2. [et Aug.] ἐμβάντες legamus. Ἐσβαίνω εἰς τὴν ναῦν, καὶ ἐμβαίνω εἰς τὴν ναῦν, ἀμφότερα γὰρ Θευκυδίδης λέγει. Magister. Taylor. Ita supra: εἰς τὰς ναῦς εἰσβάντες. Usitatius tamen ἐμβάντες. supra: εἰς τὰς τριήρεις ἐμβήσονται: et, εἰς τὴν θάλασσαν οὐκ ἐμβαίνοντες. Matt. IX. 1. Καὶ ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον. et ita XIV. 22. et Luc. V. 3. Demosthenes Philipp. I. εἰς ταύτας (τριήρεις) αὐτοῖς ἐμβᾶσι. et adv. Polyclem: ὁ δὲ στρατηγὸς ἐμβαίνειν με ἐκέλευεν εἰς τὴν ναῦν. quod eadem Oratione vocat, εἰς τὴν ναῦν ἀναβαίνειν. Thucydides tamen passim, et Xenophon, priori forma utuntur. Markland.

Κρεῖττον] Pro δουλείας in fine commatis δουλεύειν præferunt ex nostris duo, Baroc. sc. et Coisl. 2. Movent, sed nihil promovent. Δουλεύειν item Philelph. cujus versio parum idcirco sapit. Tu vero sapere aude. Κρεῖττον μετ' ὀλίγων ὑπὲρ τῆς αὐτῶν ἐλευθερίας κινδυνεύειν, ἢ μετὰ πολλῶν βασιλευομένων ὑπὲρ τῆς ἑτέρων δουλείας. Taylor. Sophistam si judicamus, diligenter orationis membra membris quæque suis comparasse, atque ita ex adverso opposuisse, ut vocabulo cuique par suum e regione responderet, nulli dubitabimus, vocabulo βασιλευομένων hic deesse par ex adverso, e. c. αὐτονομουμένων, vel δημοκρατουμένων, vel εὐνομουμένων, vel simile quidpiam. Pari modo κοινῆς vel ἑτέρων deerit ante voc. ἐλευθερίας. Ergone dicemus Sophistam sic dedisse: κρεῖττον μετ' ὀλίγων αὐτονομουμένων ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἐλευθερίας κινδυνεύειν, ἢ μετὰ πολλῶν βασιλευομένων ὑπὲρ τῆς αὐτῶν δουλείας; Sed nescio, an putidum sit, ut Sophistæ ita λεπτολογεῖν, ita critico sic ad vivum secare. Reisk.

Καίτοι] Non convenit huic loco. docet enim et confirmat præmissa. melius conveniat, ni fallor, καὶ γάρ τοι. etenim. Idem. Et Auger.

Δικαίως μὲν ἀναμφισβητήτως] Forte καὶ inserendum post μέν. Markland.

Ἀναμφ. ἀριστεῖα] Baroc. videtur legisse ἀναμφισβήτητα, quod strenue commendo. Taylor. Sine dubio fuit in Barocc. quo usus est Taylor, idem, quod in Augustano reperi. scil. ἀναμφισβήτητ' ἀριστεῖα. e quo effeci ἀναμφισβήτητα τἀριστεῖα. Reisk.

Ὁμονοοῦσαν] Suspicor de ὁμολογοῦσαν. felicitatem magnitudini periculorum a se exantlatorum respondentem. De εὐ-

ἰδίᾳ ἀρετῇ κοινὴν τὴν ἐλευθερίαν [1] καὶ τοῖς ἄλλοις ἐκτήσαντο· ὕστερον δὲ Πελοποννησίων διατειχιζόντων τὸν Ἰσθμὸν, καὶ
40 ἀγαπώντων μὲν τῇ σωτηρίᾳ, νομιζόντων δ' ἀπηλλάχθαι τοῦ κατὰ θάλατταν κινδύνου, καὶ διανοουμένων τοὺς ἄλλους Ἕλληνας περιιδεῖν ὑπὸ τοῖς βαρβάροις γενομένους, ὀργισθέντες Ἀθηναῖοι συνεβούλευον αὐτοῖς, εἰ ταύτην τὴν γνώμην ἔξουσιν, περὶ ἅπασαν τὴν Πελοπόννησον τεῖχος περιβαλεῖν. εἰ γὰρ αὐτοὶ [2] ὑπὸ Ἑλλήνων προδιδόμενοι μετὰ τῶν βαρβάρων ἔσονται, οὔτ' ἐκείνοις δεήσειν χιλίων νεῶν 107
195. 1 οὔτε τούτους ὠφελήσειν τὸ ἐν Ἰσθμῷ τεῖχος· ἀκινδύνως γὰρ ἔσεσθαι τὴν τῆς [3] θαλάττης ἀρχὴν τοῦ βασιλέως. διδασκόμενοι δὲ καὶ νομίζοντες αὐτοὶ μὲν ἄδικά τε ποιεῖν καὶ κακῶς βουλεύεσθαι, Ἀθηναίους δὲ δίκαιά τε λέγειν καὶ τὰ βέλτιστα αὐτοῖς παραινεῖν, ἐβοήθησαν εἰς Πλαταιάς· ἀποδράντων δὲ ὑπὸ νύκτα τῶν πλείστων συμμάχων ἐκ τῶν τά-
5 ξεων διὰ τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων, Λακεδαιμόνιοι μὲν καὶ [4] Τεγεᾶται τοὺς βαρβάρους ἐτρέψαντο, Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Πλαταιεῖς πάντας τοὺς Ἕλληνας ἐνίκων μαχόμενοι τοὺς ἀπογόνταις τῆς ἐλευθερίας καὶ ὑπομείναντας τὴν δουλείαν. ἐν ἐκείνῃ δὲ τῇ ἡμέρᾳ καλλίστην τελευτὴν τοῖς προτέροις κινδύνοις ἐπιθέντες, βέβαιον μὲν τὴν ἐλευθερίαν τῇ Εὐρώπῃ κατειργάσαντο, ἐν ἅπασι δὲ τοῖς κινδύνοις δόντες ἔλεγχον
10 τῆς ἑαυτῶν ἀρετῆς, καὶ μόνοι καὶ μεθ' ἑτέρων, καὶ πεζομαχοῦντες καὶ ναυμαχοῦντες, καὶ πρὸς [5] τοὺς βαρβάρους καὶ πρὸς τοὺς Ἕλληνας, ὑπὸ πάντων ἠξιώθησαν, καὶ μεθ' ὧν ἐκινδύνευον καὶ πρὸς οὓς ἐπολέμουν, ἡγεμόνες γενέσθαι τῆς Ἑλλάδος.

[1] καὶ om. T. A. [2] ὑπὸ τῶν Ἑλ. A. [3] θαλάσσης T. R. A. [4] Τεγεάται T. A. [5] τοὺς om. T.

τυχίαν, an potius εὐψυχίαν sit, aliis relinquo judicandum. Idem.

Ὕστερον] Atqui Peloponnesios hoc ante Salaminiam pugnam agitasse constat ex Herodoto. Idem.

Ἀγαπώντων μὲν τῇ σωτηρίᾳ] Scribo, τῇ ἑαυτῶν (vel αὐτῶν) σωτηρίᾳ: ex sensu, et Isocrate p. 116. Πελοποννησίων μὲν διατειχιζόντων τὸν Ἰσθμὸν, καὶ ζητούντων ἰδίαν αὐτοῖς σωτηρίαν. Markland. Addi αὐτῶν, quod vult Marklandus, nil opus est. Sæpe locorum Lysias brevitati studens, hoc pronomen omittit, ut p. 190. ult. ubi pariter Markland αὐτῶν insertum ibat. possit etiam locus alter eadem p. 192. 3. τοῖς ἔργοις huc trahi. Reisk. τῇ σωτηρίᾳ adde vel subaudi ἑαυτῶν. Auger.

Ἔξουσιν] Fort. ἔξωσιν. Taylor.

Ὑπὸ Ἑλλήνων] Malim articulum τῶν interponi. Reisk.

Ἐκείνοις] Redit ad Persas, ut τούτοις ad Lacedæmonios, qui præ cæteris appellatione τῶν Ἑλλήνων versu proximo modo appellati sunt. Idem.

Ἀκινδύνως] *Sine prælio.* κίνδυνος enim *prælium, pugnæ conflictus*, passim in hac Oratione. Markland.

Διδασκ. δὲ] Malim δή. Reisk. Auger.

ί. Ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ Ἑλληνικοῦ πολέμου καταστάν-
108 τος, διὰ ζῆλον τῶν γεγενημένων καὶ φθόνον τῶν πεπραγμέ-
νων, μέγα μὲν ἅπαντες φρονοῦντες, μικρῶν δ' ἐγκλημάτων
ἕκαστοι [1] δέομενοι, ναυμαχίας Ἀθηναίοις πρὸς Αἰγινήτας 15
καὶ τοὺς ἐκείνων συμμάχους γενομένης, ἑβδομήκοντα τριή-
ρεις αὐτῶν ἐλάμβανον. πολιορκούντων δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν
109 χρόνον Αἴγυπτόν τε καὶ Αἴγιναν, καὶ τῆς ἡλικίας ἀπούσης
ἔν τε ταῖς ναυσὶ καὶ ἐν τῷ πεζῷ στρατεύματι, Κορίνθιοι
καὶ οἱ ἐκείνων σύμμαχοι, ἡγούμενοι ἢ εἰς ἔρημον τὴν χώραν
ἐμβαλεῖν ἢ ἐξ Αἰγίνης ἄξειν τὸ στρατόπεδον, ἐξελθόντες
πανδημεὶ Γεράνειαν κατέλαβον. Ἀθηναῖοι δὲ, τῶν μὲν 20

[1] δέομενοι ἐκινήθησαν· ναυμαχίας δὲ Ἀθ. Α.

Ὑστέρῳ] Ita malim, quam ἑτέρῳ cod. Baroc. cujus margo lectionem antiquam servat. TAYLOR.

Καταστάντος] Ἐπιστάντος. CONT.

Ζῆλον] Ζῆλος, hic est magnifica prædicatio rerum gestarum, ut φθόνος invidia est e fortibus factis emolumentisque inde partis contracta. REISK.

Τῶν πεπραγμένων] Post τῶν πεπραγμένων videtur συνεῤῥάγησαν, aut simile quid deesse. quod si verum est, erit in continenti post ναυμαχίας addendum δέ. IDEM.

Μέγα μὲν] Non a me impetrabis, ut hæc confitear sana esse atque integra. Ἐλάμβανον, inquis. Quine? Anne ἅπαντες? Nam hoc præcedit. Anne ἕκαστοι? Nam et hoc quoque. Num Lacedæmonii? Num Athenienses? Num Æginetæ? Novi quidem fuisse Athenienses, attamen eam gratiam debeo Historicis, non loco desperatissimo. V. Thucyd. I. 105. TAYLOR. In ambiguo quidem relictum est sine definitione, utri cepissent, Athenienses an Æginetæ; verumtamen sponte sua elucescit, vocabulum hoc ad eos pertinere, quorum in laudibus prædicandis tota versatur oratio. REISK.

Ἐλάμβανον] Np. οἱ Ἀθηναῖοι. deinde, πολιορκούντων, sc. τῶν Ἀθηναίων. πολιορκούντων — Αἴγυπτον, i. e. πολεμούντων ἐν Αἰγύπτῳ. AUGER.

Αἴγυπτον] Scil. hariolandum est, si Diis placet, et pro Αἴγυπτον revocandum nescio quod Αἴδηψον. Marg. Steph. Hic sc. perturbat omnia. Historiam ipsam tangit Thucyd. l. proxime citato. Τὰ δὲ ἄκρα τῆς Γερανείας κατέλαβον, καὶ ἐς τὴν Μεγαρίδα κατέβησαν — νομίζοντες ἀδυνάτους ἔσεσθαι Ἀθηναίους βοηθεῖν τοῖς Μεγαρεῦσιν ἔν τε Αἰγίνῃ ἀπούσης στρατιᾶς πολλῆς καὶ ἐν Αἰγύπτῳ· ἦν δὲ καὶ βοηθῶσιν ἀπ' Αἰγίνης ἀναστήσεσθαι αὐτούς. Pro deridiculo est istud, quod modo a prima manu Cod. Baroc. profectum est: Καὶ τῆς Κιλικίας ἀπάσης. TAYLOR.

Ἄξειν] Malim ἀπάξειν. REISK.

Πανδημεὶ γέραν εἶ κατέλαβον] Lego Γεγανεῖαν κατέλαβον. Est autem Γερανεῖα mons et angustiæ, per quas Corintho Athenas itur. PALMER.

Γεράνειαν] Ita o. l. s. præter Aldinos, qui nihil hic nisi sordes et impuritatem ipsam nobis obtrudunt. Veram lectionem monente præterea Palmer. in Exercit. vocemque hanc ex Lysiæ Orat. Funebri laudante Harpocratione. (Cujus in editis male Γερανία. Cod. Reg. Cant. MS. Γεράνεια sine litura.) Meminere Thucyd. sæpe, Pausan. in Attic., Lucian. Icaro-Menipp., Plin. VII. 4., Plutarch. in Cleom., Scylax., Steph. Byzant., Etym. M., Phavorin. etc. TAYLOR. Γερανείαν, vel Γεγανίαν. CONT.

Γεράνειαν κατέλαβον. Ἀθηναῖοι δὲ etc.] Sic distingue. Cæterum pro Γεράνειαν Harpocration scribit Γεγανίαν. Thucydides Γεράνειαν, loco mox citando. Paulo ante, pro Αἴγυπτον Stephanus conjicit Αἴδηψον. Recte habet Αἴγυπτον. Thucydides I. 105. Edit. Oxon. in hac ipsa historia, iisdem pæne verbis utitur: ἔν τε Αἰγίνῃ ἀπούσης στρατιᾶς πολλῆς, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ. Vide segm. 104. unde disces, qua de causa in *Ægypto* tunc versabatur Atheniensium exercitus. Si vero Ægyptus, tota *Regio*, minus proprie dici possit πολιορκεῖσθαι (quæ res, opinor, Stephanum movit), forte legi potest, πολεμούντων — Αἰγύπτῳ τε καὶ Αἰγίνῃ. Cum autem dicit Lysias εἰς ἔρημον τὴν χώραν, intellige Μεγαρικήν, in qua *Geranea* erat; non Ἀττικήν. MANNERT.

ἀπόντων τῶν δ' ἐγγὺς ὄντων, οὐδένα ἐτόλμησαν μεταπέμ- 110
ψασθαι· ταῖς δ' αὐτῶν ψυχαῖς πιστεύσαντες καὶ τῶν
ἐπιόντων κατάφρονήσαντες οἱ γεραίτεροι καὶ οἱ τῆς ἡλι-
κίας ἐντὸς γεγονότες ἠξίουν αὐτοὶ μόνοι τὸν κίνδυνον ποιή- 111
σασθαι, οἱ μὲν ἐμπειρίᾳ τὴν ἀρετὴν, οἱ δὲ φύσει κεκτημένοι,
καὶ οἱ μὲν αὐτοὶ πολλαχοῦ ἀγαθοὶ γεγενημένοι, οἱ δὲ ἐκεί-
25 νους μιμούμενοι, τῶν μὲν πρεσβυτέρων ἄρχειν ἐπισταμένων,
τῶν δὲ νεωτέρων τὸ ἐπιταττόμενον ποιεῖν δυναμένων· Μυ-
ρωνίδου [1]στρατηγοῦντος ἀπαντήσαντες αὐτοὶ εἰς τὴν Με-
γαρικὴν ἐνίκων μαχόμενοι ἅπασαν τὴν δύναμιν τὴν ἐκείνων
τοῖς ἤδη ἀπειρηκόσι καὶ τοῖς οὕτω δυναμένοις, [2]τοὺς εἰς
τὴν σφετέραν ἐμβαλεῖν ἀξιώσαντας εἰς τὴν ἀλλοτρίαν 112
ἀπαντήσαντες, τρόπαιον δὲ στήσαντες καλλίστου μὲν αὐ-

[1] Στρατηγοῦντος οὖν Μυρωνίδου A.

[2] πρὸς τοὺς A.

Ἀπόντων] Rerum gestarum si pateretur veritas, magis utique conveniret τῶν μὲν οὐ πόῤῥω ἀπόντων, quamvis alia pars civium haud procul abesset, alia esset in propinquo, tamen a se non impetrabant, ut eorum quemquam arcesserent. Optime sibi sententia sic constaret. verum obstat, quod dixi, historica fides. Ægyptus enim ab Attica procul abest. Ergone pro ἀπόντων leg. erit ἐπανιόντων. quamvis alteri jam reditum in patriam pararent, vel in reditu essent. Vulgatam si tenebimus, id quod fieri par est in loco dubio, vel sic tamen πόῤῥω abesse videtur, contrarium alteri opposito ἐγγὺς, et sententia tamen claudicabit. dedignabantur quenquam arcessere, tam eorum, qui procul, quam qui prope abessent. In quo parum salis est. Reisk.

Ἡλικίας ἐντὸς γεγονότες] Quasi hæc verba designassent Adultos, ἐν ἡλικίᾳ constitutos, in ætate στρατευσίμῳ, quod est præter mentem auctoris, bonus scriba in una Cod. nobis propinavit ἡλικίας οὐκ ἐντὸς γεγονότες, Infra ætatem militarem [*under age.* in edit. min.], οἱ νεώτατοι, ut Thucyd. loco toties laudato: Τῶν δὲ ἐκ τῆς πόλεως ὑπολοίπων οἵ τε πρεσβύτατοι καὶ οἱ νεώτατοι ἀφικνοῦνται ἐς τὰ Μέγαρα, Μυρωνίδου στρατηγοῦντος. Atqui hi ipsissimi sunt οἱ ἡλικίας ἐντὸς γεγονότες. Ἐντὸς *Infra*, non *Intra*. Zenob. Cent. III. 79. ἐντὸς ἑβδόμης] Ἀπείρατο Ἀθήνησι (lege στρατιὰν) ἐξάγειν πρὸ τῆς τοῦ μηνὸς ἑβδόμης. Atque eodem pacto Plato, si fides habenda sit Lexicographis, dixit ἐντὸς τριάκοντα ἐτῶν γεγονὼς de eo, qui nondum attigit tricesimum annum ætatis. [*under thirty.* in edit. min.] Taylor. οἱ τῆς ἡλικίας ἐντὸς γεγονότες recte redditur *impuberes*, aut *ætate nondum maturi*. tres erant ætates pænes Græcos. ἡ ἡλικία, vel οἱ ἐν ἡλικίᾳ, ætatem militarem agentes, tum οἱ ἐκτὸς ἡλικίας, ea ætate jam defuncti et emeriti. denique οἱ ἐντὸς ἡλικίας, intra vel infra justam militiæ ætatem constituti, qui eam nondum attigissent. Dio Cass. p. 182. 38. ἐντὸς τῶν Ἀλπέων ἐμένομεν. ad Alpes non accessimus, eas non superavimus. p. 232. 41. ἐντὸς τοῦ Τίγριδος. antequam ad Tigridem perveniatur. item p. 757. 12. Reisk.

Πολλαχοῦ ἀγαθοὶ] Ἀγαθοὶ πολλαχοῦ. Cont.

Μυρωνίδου στρατηγοῦντος etc.] Constructioni et perspicuitati melius consuletur ita: Μυρωνίδου οὖν στρατηγοῦντος etc. Istud οὖν amissum fuisse videtur in præcedente syllaba. De re, vide Thucydidem loco citato. Markland. et *in Edit. min.* Taylor. Plena h. l. et integra est oratio. ἐνίκων aptum est e καὶ proximo superiori, in illis καὶ οἱ μὲν αὐτοὶ πολλαχοῦ. Reisk.

Αὐτοὶ] Id est, ipsi soli, a nemine sublevati. Idem.

Τοῖς] Id est, διὰ τῶν, per eos, qui partim jam fessi ætate et viribus exinaniti essent. Idem.

Τοὺς ἀξιώσαντας ἀπαντήσαντες] Puto non esse Græcum. Scribo: Πρὸς τοὺς εἰς τὴν σφετέραν ἐμβαλεῖν ἀξιώσαντας — ἀπαντήσαντες. Ælianus V. H. VIII. 12. sensu diverso, eadem tamen Constructione: ἀπήντησε πρὸς τοῦτον αὐτοῦ τὸν λόγον ὁ Δημοχάρης. Markland. et *in Edit. min.* Taylor. Est epexegesis superiorum, et hi accusativi τοὺς ἀξιώσαντας apti sunt ex

τοῖς ἔργου, αἰσχίστου δὲ τοῖς πολεμίοις, οἱ μὲν οὐκ ἔτι 30
τοῖς σώμασιν, οἱ δ' οὔπω δυνάμενοι, ταῖς δὲ ψυχαῖς ἀμ-
φότεροι κρείττους γενόμενοι, μετὰ καλλίστης δόξης εἰς τὴν
αὐτῶν ἀπελθόντες, οἱ μὲν πάλιν ἐπαιδεύοντο, οἱ δὲ περὶ
τῶν λοιπῶν ἐβουλεύοντο.

ιά. Καθ' ἕκαστον μὲν οὖν οὐ ῥάδιον τὰ ὑπὸ πολλῶν κιν-
δυνευθέντα ὑφ' ἑνὸς ῥηθῆναι, οὐδὲ τὰ ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ
113 πραχθέντα ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ δηλωθῆναι. τίς γὰρ ἂν ἢ χρόνος 35
ἢ λόγος ἢ ῥήτωρ ἱκανὸς γένοιτο μηνῦσαι τὴν τῶν ἐνθάδε
κειμένων ἀνδρῶν ἀρετήν; μετὰ πλείστων γὰρ πόνων καὶ
φανερωτάτων ἀγώνων καὶ καλλίστων κινδύνων ἐλευθέραν
μὲν ἐποίησαν τὴν Ἑλλάδα, μεγίστην δ' ἀπέδειξαν τὴν
ἑαυτῶν πατρίδα, ἑβδομήκοντα μὲν ἔτη τῆς θαλάττης
ἄρξαντες, ἀστασιάστους δὲ παρασχόντες τοὺς συμμάχους,
οὐ τοῖς ὀλίγοις τοὺς πολλοὺς δουλεύειν ἀξιώσαντες, ἀλλὰ
τὸ ἴσον ἔχειν ἅπαντας ἀναγκάσαντες, οὐδὲ τοὺς συμμά- 40
χους ἀσθενεῖς ποιοῦντες, ἀλλὰ κἀκείνους ἰσχυροὺς καθι-
στάντες, καὶ τὴν αὐτῶν δύναμιν τοσαύτην ἐπιδείξαντες,
ὥςθ' ὁ μέγας βασιλεὺς οὐκ ἔτι τῶν ἀλλοτρίων ἐπεθύμει,
114 ἀλλ' ἐδίδου τῶν ἑαυτοῦ καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ἐφοβεῖτο. καὶ

eodem ἐνίκων, e quo aptum quoque est τὴν ἐκείνων δύναμιν. Nihil hic neque deest, neque alias corruptum est h. l. noli a Marklando moveri. Reisk.

Ἔργου] Construe cum τρόπαιον quod præcessit. Auger.

Κρείττους] Potest pro simplici ἀγαθοὶ accipi. Sæpe Atticis βελτίων et κρείττων idem valet, atque vir fortis et strenuus, item probus et honestus, ut e contrario χείρων ipsis est, homo nequam, impurus, consceleratus, idem qui nobis *ein Schelm*. Videtur tamen h. l. utique vim comparativi obtinere. quod si est, necessario erit ἑαυτῶν addendum. fortiores, quam ipsi aut alias essent, aut per ætatem moresque esse possent. Idem.

Εἰς τὴν αὐτῶν ἀπελθόντες, — περὶ τῶν λοιπῶν ἐβουλεύοντο] Isocrates Paneg. p. 116. οἴκαδε καταπλεύσαντες, οὕτως ἐβουλεύσαντο περὶ τῶν λοιπῶν. Markland.

Τῶν λοιπῶν] Videtur h. l. a masculino οἱ λοιποὶ potius, quam a neutro τὰ λοιπὰ, repetendum esse. prospiciebant sapientia suorum consiliorum saluti reliquorum civium. Reisk.

Κινδυνευθέντα] Sunt res cum periculo capitis magnaque contentione corporis peractæ. Idem.

Ἐδίδου] Ἐδείδε περὶ τῶν ἑαυτοῦ. Schott. O nares vere parasiticas, quem vere arbitror posse ex ipsa "flamma petere cibum!" Quasi in neglecto auctore adeo rarescerent nævi, ut necesse haberes ingenio materiam quærere etiam in ejus integritate! Exspectamus, cum eo sis acumine, quam mox ostendas, quantum pateat inter ἐδείδε et ἐφοβεῖτο. Deinde autem restat hic nodus secundus: si nec *aliena* appetebat, pro *suis* vero pertimuit, quænam erant illa λοιπὰ περὶ ὧν ἐφοβεῖτο? En cumulum insipientiæ! Sed cumulatiorem dixeris. Δείδω cum suo παρατατικῷ diu est, quod insolescebant, cum Δέδοικα et Ἐδεδοίκειν in eorum vices successere. Ἐδεδοίκειν, Ἐδεδίειν, Ἐπεφρίκειν, Ἐπεπείθειν. Παρατατικῶν ταῦτα σημασίαν ἔχουσιν· ἐπειδὴ καὶ οἱ τούτων παρακείμενοι ἀντὶ ἐνεστώτων λαμβάνονται. T. Magister. Ἴσθι δὲ, ὅτι ἐστὶ ῥήματα, ἐν οἷς τῶν παρακειμένων λαμβανομένων ἀντὶ ἐνεστώτων, οἷον Δέδοικα, Δέδορκα, Πέφρικα, οἱ τούτων ὑπερσυντελικοὶ ἀντὶ παραδοχῆς (f. ἀντιπαραδοχῆς) τῶν παρατατικῶν ἀξιοῦνται. Ἐδεδοίκειν, καὶ Ἐπεπείθειν καὶ Ἐπεφρίκειν. Moschop. in Lexic. Atque ita Demo-

οὔτε τριήρεις ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ ἐκ τῆς Ἀσίας ἔπλευσαν, οὔτε τύραννος ἐν τοῖς Ἕλλησι κατέστη, οὔτε Ἑλληνὶς πό-
196. 1 λις ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἠνδραποδίσθη· τοσαύτην σωφροσύνην καὶ δέος ἡ τούτων ἀρετὴ πᾶσιν ἀνθρώποις παρεῖχεν. ὧν ἕνεκα [1]δεῖ μόνους καὶ προστάτας τῶν Ἑλλήνων καὶ 115
ἡγεμόνας τῶν πόλεων [2]γίγνεσθαι.

ιϛ'. Ἐπέδειξαν δὲ καὶ ἐν ταῖς δυστυχίαις τὴν ἑαυτῶν ἀρετήν. ἀπολομένων γὰρ τῶν νεῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ, εἴτε
5 ἡγεμόνος κακίᾳ εἴτε θεῶν διανοίᾳ, καὶ συμφορᾶς ἐκείνης μεγίστης γενομένης καὶ ἡμῖν τοῖς δυστυχήσασι καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν, ἐδήλωσαν οὐ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον ὅτι ἡ τῆς πόλεως δύναμις τῆς Ἑλλάδος ἦν σωτηρία. ἑτέρων γὰρ ἡγεμόνων γενομένων, ἐνίκησαν μὲν ναυμαχοῦντες τοὺς 116
Ἕλληνας οἱ πρότερον εἰς τὴν [3]θάλατταν οὐκ ἐμβαίνοντες, ἔπλευσαν δ' εἰς τὴν Εὐρώπην, [4]δουλεύουσι δὲ πόλεις τῶν

[1] ἔδει A. [2] γενέσθαι A. [3] θάλασσαν T. R. A. [4] ἐδούλευον A.

sthenes: Εἰ γὰρ ἐκεῖνον αὐτὸς ἐτίμα καὶ ἐδεδίει, κἂν τούτους αὐτὸν ἠξίου: Orat. adv. Conon. Lysias quoque: Ὥστε οὐκ ἐδεδίεσαν βασανισθῆναι. Orat. c. Agorat. Non memini me vidisse sententiam alteram concinnam et pulcherrimam ab imperito homine magis funestari. TAYLOR. Schottus legit, ἔδειδε περὶ τῶν ἑαυτοῦ. quod miror, cum verba proxime sequentia sint, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ἐφοβεῖτο. Neque Lysias, neque forte quisquam alius, scripsisset ἔδειδε, sed potius δέδοικε vel ἐδεδίει. Recte habet ἐδίδου τῶν ἑαυτοῦ: idem quod ἐκ τῶν, vel ἀπὸ τῶν, vel τι τῶν ἑαυτοῦ. Gorgias p. 188. ἀλλὰ διελὼν τοῦ τείχους, *partem muri*. Andocides de Myster. p. 17. λήψεται τῶν κοινῶν χρημάτων, *accipiet* aliquid *ex pecunia publica*. Passim in Evangeliis hæc forma occurrit. Matt. XXIII. 34. καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε καὶ σταυρώσετε, id est, τινὰς ἐξ αὐτῶν. MARKLAND.

Δεῖ — γίγνεσθαι] Lego, ἔδει γενέσθαι. Loquitur enim de *Majoribus* eorum, et de rebus *præteritis*, et factis ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ. MARKLAND. Marklandi ἔδει si probatur, quod mihi quoque in mentem venerat, necesse erit, ut γενέσθαι quoque legatur. REISK.

Ἀπολλυμένων] In pugna scilicet ad Αἰγὸς ποταμοὺς, de qua Xenophon et alii. PALMER. Lege cum Coisl. 2. et Baroc. ἀπολομένων. N. c. Nicomach. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπολομένων τῶν νεῶν ἡ μετάστασις ἐπράττετο, κ. τ. λ. TAYLOR.

Ἡγεμόνος] Ἡγεμόνων. CONT.

Ἐδήλωσεν] Lege cum Ioann. ἐδήλωσαν. TAYLOR. Scribo, ἐδήλωσαν. Sequitur: ἑτέρων γὰρ ἡγεμόνων γενομένων, etc. Totum hunc locum more suo exscribit Isocrates Paneg. p. 127. μετὰ γὰρ τὴν ἐν Ἑλλησπόντῳ γενομένην ἀτυχίαν, ἑτέρων ἡγεμόνων καταστάντων, ἐνίκησαν μὲν οἱ βάρβαροι ναυμαχοῦντες, etc. MARKLAND. In Augustano, quem ad Tayloranam contuli, prælegente hanc uxore, pro certo haud dixerim, aurisne me fefellerit, an mens, an in eo idem exaratum sit, quod Taylor dedit, ἐδήλωσαν in plurali. Quicquid ejus est, illinc nihil differentiæ annotavi. Vulgatam ἐδήλωσεν ego equidem haud spernerem. referri enim commode posse videtur ad αὕτη ἡ συμφορὰ, hæc calamitas planum fecit. Interim quod Taylor semel constituit, id ita maneto, per me licet. REISK.

Ἔπλευσαν] Hunc locum horridum licet, et hiulcum obstinate tamen defendunt o. l. s. TAYLOR.

Δουλεύουσι] Inter aoristos præmissos et perfectum insequens interceptum præsens, haud satis huc convenire videtur, melius ἐδούλευον. aut, si δουλεύουσαι suspiceris hic leg. esse, deerit ἔστενον vel simile quid pone Ἑλλήνων. REISK.

Ἑλλήνων, τύραννοι δ' [1]ἐγκαθεστᾶσιν, οἱ μὲν μετὰ τὴν ἡμετέραν συμφορὰν, οἱ δὲ μετὰ τὴν νίκην τῶν βαρβάρων. ὥστ' 10
117 ἄξιον ἦν ἐπὶ τῷδε τῷ τάφῳ τότε κείρασθαι τῇ Ἑλλάδι καὶ πενθῆσαι τοὺς ἐνθάδε κειμένους, ὡς συγκαταθαπτομένης τῆς αὐτῶν ἐλευθερίας τῇ τούτων ἀρετῇ· ὡς δυστυχὴς μὲν ἡ Ἑλλὰς τοιούτων ἀνδρῶν ὀρφανὴ γενομένη, εὐτυχὴς δ' ὁ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς ἑτέρων ἡγεμόνων λαβόμενος· τῇ μὲν γὰρ τούτων στερηθείσῃ δουλεία περιέστηκε, τῷ δ' ἄλλων ἀρξάντων ζῆλος ἐγγίνεται τῆς τῶν προγόνων διανοίας. ἀλλὰ ταῦτα 15
118 μὲν ἐξήχθην ὑπὲρ πάσης ὀλοφύρασθαι τῆς Ἑλλάδος· ἐκείνων δὲ τῶν ἀνδρῶν ἄξιον καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ μεμνῆσθαι, οἳ, φεύγοντες τὴν δουλείαν καὶ περὶ τοῦ δικαίου μαχόμενοι καὶ ὑπὲρ τῆς δημοκρατίας στασιάσαντες, πάντας πολε-

[1] ἐγκαθιστᾶσιν T.

Τύραννοι] Τυράννους. WAKEFIELD.

Ὥστ' ἄξιον] Scholia MSS. in Æschin. quæ possideo, literato orbi, ubi tempus ad eam rem tulerit, destinata, ad illa c. Ctesiph. Οὐ γὰρ δεῖ ἐφ' οἷς ἡ πόλις ἐπένθησε καὶ ἐκείρατο, ἐπὶ τούτοις ἐμὲ στεφανοῦσθαι, hæc habet: Οἱ Ἕλληνες ἐν ταῖς εὐπραγίαις τὴν κόμην ἔτρεφον, ἐν δὲ ταῖς δυστυχίαις καὶ τῷ πένθει ἐκείραντο. Ὅμηρος αὐτοὺς πανταχοῦ καρκηκομόωντας καλεῖ. Ἀνάπαλιν δὲ Ἐπαμεινώνδας, Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν. [V. Pausan. in Bœotic. c. 15.] Λυσίας ἐν ἐπιταφίῳ τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς, Ὥστε ἄξιον ἦν ἐπὶ τῷδε τῷ τάφῳ τότε κείρασθαι τῇ Ἑλλάδι καὶ πενθῆσαι τοὺς ἐνθάδε κειμένους. Vides ne unum Iota hiscere. Non tamen, varia ut sint, credam alio digitum intendisse Aristot. Rhetoric. III. 10. Οἷον ἐν τῷ ἐπιταφίῳ, διότι ἄξιον ἦν ἐπὶ τῷ τάφῳ τῷ τῶν ἐν Σαλαμῖνι τελευτησάντων κείρασθαι τὴν Ἑλλάδα, ὡς συγκαταθαπτομένης τῇ ἀρετῇ αὐτῶν τῆς ἐλευθερίας. Noster autem τῷδε τῷ τάφῳ et τοὺς ἐνθάδε κειμένους propterea quod in Ceramico verba habuit communi illo sepulcreto omnium in bello cæsorum. TAYLOR.

Ἐπὶ τῷδε τῷ τάφῳ] In hoc Ceramico, ubi tum temporis, h. e. paulo post acceptam ad Ægospotamos cladem, per honorem cenotaphii tumulabantur in Hellesponto peremti. REISK.

Τῇ Ἑλλάδι] Τὴν Ἑλλάδα. CONT.

Αὐτῶν] Np. τῶν Ἑλλήνων, nam τῇ Ἑλλάδι quod præcessit idem valet ac τοῖς Ἕλλησι. AUGER.

Ὡς δυστυχὴς etc.] Lego, ὦ δυστυχὴς μὲν ἡ Ἑλλὰς etc. et ita Interpres: *O infelix Græcia* etc. Paulo ante, ὡς συγκαθαπτομένης etc. Placuit hoc Lycurgo, p. 154. συνετάφη γὰρ τοῖς τούτων σώμασιν ἡ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἐλευθερία. MARKLAND. Lege ὦ δυστυχὴς — *In Edit. min.* TAYLOR. Videtur ὡς bene habere. *quam infelix!* REISK. ὡς, *quia, etenim.* Deinde accipe γενομένη quasi legeretur ἐγένετο. δυστυχὴς γενομένη est nominativus quidam absolutus. AUGER.

Τῷ δὲ] Np. τῷ Περσῶν βασιλεῖ. mox ἐγγίνεται præsens pro præterito. IDEM.

Ἄλλων ἀρξάντων] *Postquam*, vel *quod* alii, Lacedæmonii puta, principatum Græciæ, suscepissent. REISK.

Τῶν προγόνων] Suorum puta, Darii atque Xerxis, consilia bellum Græcis inferendi. IDEM.

Τῆς τῶν προγόνων διανοίας] Ferri potest διανοίας. Exspectarem tamen ab Attico, Persis natura infestissimo, ἀνοίας, *vecordiæ:* ut supra de Amazonibus, καὶ δοῦναι δίκην τῆς ἀνοίας, ob factum simile, nempe, Atticæ invasionem. Demosthenes Orat. περὶ τῶν συμμορειῶν· εὔχεσθε δὲ πᾶσι τοῖς θεοῖς, τὴν αὐτὴν λαβεῖν παράνοιαν ἐκεῖνον, ἥνπερ ποτὲ τοὺς προγόνους αὐτοῦ. De Rege Persarum loquitur. MARKLAND.

Ἐξήχθην] Ad hæc, quæ videri possint ab hoc tempore locoque aliena, evectus, et ab impetu perturbatæ meæ mentis, cui resistere non poteram, adactus sum, ut evagarer, invitus et oblitus mei. REISK.

Πάντας] Post πάντας videtur τοὺς Πελοποιννησίους deesse. IDEM. πάντας intellige, et cives et exteros. AUGER.

μίους κεκτημένοι εἰς τὸν Πειραιᾶ κατῆλθον, οὐχ ὑπὸ νόμου
20 ἀναγκασθέντες, ἀλλ' ὑπὸ τῆς φύσεως πεισθέντες, καινοῖς
κινδύνοις τὴν παλαιὰν ἀρετὴν [1] τῶν προγόνων μιμησάμενοι,
ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς κοινὴν τὴν πόλιν καὶ τοῖς ἄλλοις κτη-
σάμενοι, θάνατον μετ' ἐλευθερίας αἱρούμενοι ἢ βίον μετὰ
δουλείας, [2] ὡς οὐχ ἧττον ταῖς συμφοραῖς αἰσχυνόμενοι ἢ
τοῖς ἐχθροῖς ὀργιζόμενοι, μᾶλλον βουληθέντες ἐν τῇ αὐτῶν
ἀποθνήσκειν ἢ ζῆν τὴν ἀλλοτρίαν οἰκοῦντες, συμμάχους
25 μὲν ὅρκους καὶ συνθήκας ἔχοντες, πολεμίους δὲ τοὺς πρότε-
ρον ὑπάρχοντας καὶ τοὺς πολίτας τοὺς ἑαυτῶν. ἀλλ' ὅμως 119
οὐ τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων φοβηθέντες, ἀλλ' ἐν τοῖς σώμα-
σι τοῖς ἑαυτῶν κινδυνεύσαντες, τρόπαιον μὲν τῶν πολεμίων
ἔστησαν, μάρτυρας δὲ τῆς αὐτῶν ἀρετῆς ἐγγὺς ὄντας τοῦδε
τοῦ μνήματος τοὺς Λακεδαιμονίων τάφους παρέχονται. καὶ
γάρ τοι [3] μεγάλην μὲν ἀντὶ μικρᾶς ἀπέδειξαν τὴν πόλιν,
ὁμονοοῦσαν δὲ ἀντὶ στασιαζούσης ἀπέφηναν, τείχη δὲ ἀντὶ
30 τῶν καθῃρημένων ἀνέστησαν. οἱ δὲ κατελθόντες αὐτῶν,
ἀδελφὰ τὰ βουλεύματα τοῖς ἔργοις τῶν ἐνθάδε κειμένων
ἐπιδεικνύντες, οὐκ ἐπὶ τιμωρίαν τῶν ἐχθρῶν ἀλλ' ἐπὶ σω-
τηρίαν τῆς πόλεως ἐτράποντο, καὶ, οὔτ' ἐλαττοῦσθαι δυ-
νάμενοι οὔτ' [4] αὐτοὶ πλέον ἔχειν δεόμενοι, τῆς μὲν αὐτῶν 120

[1] τῶν προγόνων ἀρετὴν T. R. A.
[2] ὡς om. T. R. A.
[3] καὶ μεγάλην R.
[4] αὖ A.

Αἱρούμενοι] Προαιρούμενοι, vel μᾶλλον αἱρούμενοι. CONT. Sub. μᾶλλον. AUGER.

Πολεμίους δὲ τοὺς πρότερον ὑπάρχοντας καὶ τοὺς etc.] Lege: τοὺς πρότερον φίλους ὑπάρχοντας, καὶ τοὺς πολίτας τοὺς ἑαυτῶν. Intelligit τοὺς ἄστεος. Vide Orat. XII. et XIII. MARKLAND. Bene habet vulgata. tametsi haud diffitebor, in usu magis esse, ut dicatur πολεμίους δὲ πρὸς τοῖς πρότερον ὑπάρχουσι, καὶ τοὺς πολίτας — verumtamen Lysiæ si placuit ita loqui, ut hic fecit, quis reprehendet? Marklandi rationem si probes, debebis etiam καὶ proximum delere, ut τοὺς πολίτας τοὺς ἑαυτῶν sit explicatio illorum τοὺς πρότερόν φίλους ὑπάρχοντας. Nam si diversi sunt hi vetusti Atheniensium amici ab ipsorum civibus, velim scire, qui fuerint. Novos ego equidem nullos novi inimicos Atheniensibus tum exstitisse, qui antea eorum amici fuissent. REISK.

Κινδυνεύσαντες] F. κίνδυνον θέντες. Alioqui vix erit Græcum, ni Græcum sit quod Hellenistæ scribant. TAYLOR. Aut ego non intelligo hanc Taylori orationem, aut ille sibi non constabat hæc scribens. Ergone κινδυνεύειν ἐν τῷ ἑαυτοῦ σώματι Græcum non erit, κίνδυνον τιθέναι erit? Ubi mens ei erat? IDEM.

Παρέχονται] Præsens pro præterito. AUGER.

Καὶ οὔτε ἐλαττοῦσθαι δυνάμενοι, οὔτ' αὐτοὶ πλέον ἔχειν δεόμενοι etc.] Vox αὐτοὶ, in ultimo membro sententiæ, monstrat oppositum deesse in priori. Scripturam Lysiæ, nisi fallor, restitui; καὶ οὔτε ἐλαττοῦσθαι τοὺς ἑτέρους διανοούμενοι, οὔτ' αὐτοὶ πλέον ἔχειν δεόμενοι, etc. *et neque in animo habentes, ut* CÆTERI *inferioris essent conditionis, neque ut* IPSI *superioris*, etc. Isocrates Paneg. p. 151. *quis nescit ea esse* προστάγματα (jussa) τὰ τοὺς ἑτέρους ἐλαττοῦντα παρὰ τὸ δίκαιον; Xenophon Ἑλλην. I. p. 439. C. de Alcibiade: ὑπάρχειν μὲν γὰρ ἐκ τοῦ δήμου, ἑαυτῷ μέν, τῶν τε ἡλικιωτῶν πλέον ἔχειν, καὶ τῶν πρεσβυτέρων μὴ ἐλαττοῦσθαι. Mox, scribe εἰς τὴν αὐτῶν, non αὐτῶν, *in patriam suam*: ut su-

ἐλευθερίας καὶ τοῖς βουλομένοις δουλεύειν [1]μετέδοσαν, τῆς δ' ἐκείνων δουλείας αὐτοὶ μετέχειν οὐκ ἠξίωσαν. ἔργοις δὲ μεγίστοις καὶ καλλίστοις [2]ἀπελογήσαντο, ὅτι οὐ κακίᾳ 35 τῇ αὐτῶν οὐδ' ἀρετῇ τῶν πολεμίων πρότερον ἐδυστύχησεν ἡ πόλις· εἰ γὰρ στασιάσαντες πρὸς ἀλλήλους, βίᾳ παρόντων Πελοποννησίων καὶ τῶν ἄλλων ἐχθρῶν, εἰς τὴν αὐτῶν
121 οἷοί τε [3]ἐγένοντο κατελθεῖν, δῆλον ὅτι ῥᾳδίως ἂν ὁμονοοῦντες πολεμεῖν αὐτοῖς ἐδύναντο.

ιγ'. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν διὰ τοὺς ἐν Πειραιεῖ κινδύνους ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων ζηλοῦνται. ἄξιον δὲ καὶ τοὺς ξένους τοὺς 40 ἐνθάδε κειμένους ἐπαινέσαι, οἳ, τῷ πλήθει βοηθήσαντες καὶ περὶ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας μαχόμενοι, πατρίδα τὴν ἀρετὴν ἡγησάμενοι, τοιαύτην τοῦ βίου τελευτὴν ἐποιήσαντο· ἀνθ' ὧν ἡ πόλις αὐτοὺς καὶ ἐπένθησε καὶ ἔθαψε δημοσίᾳ, καὶ ἔδωκεν ἔχειν αὐτοῖς τὸν ἅπαντα χρόνον τὰς αὐτὰς τιμὰς τοῖς ἀστοῖς.

ιδ'. Οἱ δὲ νῦν θαπτόμενοι, βοηθήσαντες Κορινθίοις

[1] μετέδωκαν T. R. A. [2] ἀπελογίσαντο T. [3] ἐγίνοντο T. R. A.

pra, ἐν τῇ αὐτᾶν ἀποθνήσκειν. Vide init. fere Orationis. MARKLAND. et *in Edit. min.* TAYLOR. δυνάμενοι hic idem valet atque ὑπομένοντες vel ἀνεχόμενοι, haud sustinentes, haud valentes a se impetrare: ut sustinerent ab aliis jura sua minui, aut se lædi et opprimi. αὐτοὶ hic nihil aliud est, quam αὖ, rursus, ex altera parte. REISK. οὔτ' αὖ τὸ πλέον. WAKEFIELD.

Ἀπελογίσαντο] Testantur quidem pro ἀπελογήσαντο testes fide digni. Hic tamen eruditus lector receptam lectionem mecum defendet. TAYLOR. ἀπελογήσαντο. CONT. Dedi tamen ἀπελογήσαντο, ab infinitivo ἀπολογεῖσθαι, quod daturus eram etiam sine testibus illis, quos cum fide dignos haberet Taylor, tamen eorum in auctoritate esse recusavit, nescio cur. REISK. ἀπελογήσαντο. nam plerumque λόγοις apologiæ constant: hic ipsis *factis* apologiæ confiebant. *In Char. Aphrod.* l. viii. c. i. p. 649. D'ORVILLE.

Ξένους] Thebanos intelligit, qui exsulibus contra triginta Tyrannos opem ferebant. TAYLOR.

Πατρίδα] Πατρίδα τὴν ἀρετὴν ἡγεῖσθαι significat, existimare, ibi se domi esse, in patria versari, ubi locus virtuti sit aut suæ proferendæ, aut aliorum oppressæ relevandæ. REISK. Interpretor: patriam existimantes locum ubi virtuti ipsorum locus esset. AUGER.

Οἱ δὲ νῦν θαπτόμενοι] Militum mercede conductorum hoc primum in bello externo Athenienses opera utebantur. Unde τὸ ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ pene in proverbium abiit. Meminit Demosth. Philipp. 1. Ὅτι καὶ πρότερόν ποτ' ἀκούω ξενικὸν τρέφειν ἐν Κορίνθῳ τὴν πόλιν, οὗ Πολύστρατος ἡγεῖτο, καὶ Ἰφικράτης καὶ Χαβρίας, καὶ ἄλλοι τινές, καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς συστρατεύεσθαι· καὶ οἶδα ἀκούων, ὅτι Λακεδαιμονίους παρατασσομένους μεθ' ὑμῶν ἐνίκων οὗτοι οἱ ξένοι, καὶ ὑμεῖς μετ' ἐκείνων. Quibus confer, quæ habet Harpocr. in Ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ, et in Πολύστρατος. Et Ulpian. in novis σχ. ad l. Demosth. c. Τὸ δ' ἐν Κορίνθῳ Ξενικὸν οὐχ οὗτος τρέφει; Aristoph. Plut. 173. Ubi consulenda sunt potius, quam credenda, quæ habet σχ. Ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Πλούτῳ, στράτευμα μισθοφορικὸν, ὃ συνεστήσατο πρῶτον ὁ Κόνων, παρέλαβε δὲ αὐτὸ Ἰφικράτης, ὕστερον καὶ Χαβρίας. ᾧ χρησάμενοι τὴν Λακεδαιμονίων μοῖραν κατέκοψαν, στρατηγοῦντος αὐτοῖς Ἰφικράτους καὶ Καλλίου. Moschop. π. σχεδ. p. 119. TAYLOR. θαπτόμενοι cohæret cum ἐπεδείξαντο. βοηθήσαντες idem valet atque διὰ τοῦ βοηθεῖν, vel ἐν τῷ βοηθῆσαι. οὐκ ἔχοντας idem est atque ὅτι οὐκ εἶχον. quasi dixisset: ἐβοήθησαν δὲ αὐτοῖς, ὅτι οὐκ εἶχον τὴν αὐτὴν γνώμην τοῖς Λακεδαιμονίοις. tum verba οἱ μὲν γὰρ ad [illegible] parenthetis sunt habenda.

197. 1 ὑπὸ παλαιῶν φίλων ἀδικουμένοις [1]καινοὶ σύμμαχοι γενό- 122
μενοι, οὐ τὴν αὐτὴν γνώμην Λακεδαιμονίοις ἔχοντες — οἱ
μὲν γὰρ τῶν ἀγαθῶν αὐτοῖς ἐφθόνουν, οἱ δὲ ἀδικουμένους
αὐτοὺς ἠλέουν, οὐ τῆς προτέρας ἔχθρας μεμνημένοι, ἀλλὰ
τὴν παροῦσαν φιλίαν περὶ πολλοῦ ποιούμενοι —, πᾶσιν 123
5 ἀνθρώποις φανερὰν τὴν αὐτῶν ἀρετὴν [2]ἐπεδείξαντο. ἐτόλ-
μησαν γὰρ, μεγάλην ποιοῦντες τὴν Ἑλλάδα, οὐ μόνον
[3]ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας κινδυνεύειν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῆς
τῶν πολεμίων ἐλευθερίας ἀποθνήσκειν· τοῖς γὰρ Λακεδαι-
μονίων συμμάχοις περὶ τῆς ἐκείνων ἐλευθερίας ἐμάχοντο.
νικήσαντες μὲν γὰρ [4]ἐκείνους τῶν αὐτῶν ἠξίουν, δυστυχή-
σαντες δὲ βέβαιον τὴν δουλείαν τοῖς ἐν τῇ Πελοποννήσῳ
κατέλιπον.

ιέ. Ἐκείνοις μὲν οὖν οὕτω διακειμένοις ὁ βίος οἰκτρὸς 124
10 καὶ ὁ θάνατος εὐκτός· οὗτοι δὲ καὶ ζῶντες καὶ ἀποθανόν-
τες ζηλωτοὶ, παιδευθέντες μὲν ἐν τοῖς τῶν προγόνων ἀγα-

[1] κοινοὶ T. [2] ἐπιδείξαντες T. [3] περὶ T.
[4] ἐκείνους ἂν τῶν αὐτῶν ἑαυτοῖς ἠξίουν A.

Quapropter ea signis quoque parentheseos inclusi. Omnia sic inter se apta et connexa sunt, ut bene secum constent. Reisk.

Κοινοὶ] Fortasse oppositio postulat ut legamus καινοί. *In Edit. min.* Taylor. Pro κοινοὶ vulgatorum librorum dedi de meo καινοὶ, *vetustos* amicos *novis* sociis opponit sophista, per totam hanc orationem lusus verborum, vitrea fracta, spargens. Lacedæmonii, Corinthiorum veteres amici, nunc inimici sunt, Athenienses, olim inimici, nunc socii. de ipsis enim Atheniensibus, non de militibus eorum mercenariis, id quod Taylor perperam autumavit, hic agit orator. nullos Corinthiis miserant Athenienses milites mercenarios, sed ipsi venerant. Reisk. Vid. Taylor. Lect. Lysiæ. c. 4.

Μεμνημένοι] Id est, διότι τῆς προτέρας ἔχθρας οὐκ ἐμέμνηντο, ἀλλὰ τὴν παροῦσαν τῶν Κορινθίων πρὸς αὐτοὺς φιλίαν περὶ πολλοῦ ἐποιοῦντο. quippe qui, vel, propterea quod pristinæ suæ cum Corinthiis simultatis non jam amplius meminissent, sed præsentem amicitiam magni facerent. Reisk.

Τὴν αὐτῶν ἀρετὴν ἐπιδείξαντες] Nullus est præcedentis sententiæ exitus. Lego, ἐπεδείξαντο. Orat. XVIII. φανερὰν ἐπεδείξατο τὴν εὔνοιαν. Vide quæ notavi ad Orat. XII. Quæ vero præcedunt, corrupta sunt et male distincta. Scribe: οὐ τὴν αὐτὴν γνώμην Λακεδαιμονίοις ἔχοντες (οἱ μὲν γὰρ τῶν ἀγαθῶν αὐτοῖς ἐφθόνουν, οἱ δὲ ἀδικουμένους αὐτοὺς ἠλέουν) οὔτε (non οὐ) τῆς προτέρας ἔχθρας μεμνημένοι, — ἐπεδείξαντο. Markland. ἐπεδείξαντο. Cont. Marklandum exscribit Taylorus *in Edit. min.*

Περὶ τῆς αὐτῶν σωτηρίας κινδυνεύειν] MS. ὑπὲρ, quod rectius puto. Sic infra: ὑπὲρ μεγίστων καὶ καλλίστων κινδυνεύσαντες. Supra tamen dixit, περὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν μαχόμενοι. Utrovis modo interdum recte dicitur: interdum cum Distinctione. Vide ad Orat. III. Mox, legendum puto, βέβαιον ἂν τὴν δουλείαν κατέλιπον, *reliquissent.* Vulgo deest ἄν. Markland.

Ἐκείνοις] Np. τοῖς Πελοποννησίοις. Auger.

Οὗτοι] Scil. οἱ τελευτήσαντες Ἀθηναῖοι. deinde ζηλωτοὶ, sub. εἰσὶ, vel ἦσαν. Idem.

Παιδευθέντες μὲν ἐν τοῖς τῶν προγόνων ἀγαθοῖς] Mallem, ταῖς ἀρεταῖς. quas voces alibi sæpe confusas scio. Orat. XIV. τὰς τῶν προγόνων ἀρετάς. Et XXX. init. ἀποφαίνοντες δὲ τὰς τῶν προγόνων ἀρετάς. Markland. et *in Edit. min.* Taylor. Bene habet ἀγαθοῖς. τὰ τῶν προγόνων ἀγαθὰ sunt majorum non modo præclaræ res gestæ, sed etiam honesta instituta, id omne, quod Latini *decora* et *ornamenta* appellant. quo pertinent sapienter dicta, fortiter facta, solerter et salutariter instituta, disciplinæ pueriles etc. quæcunque civitatem exteris amabilem una admirabi-

θοῖς, ἄνδρες δὲ γενόμενοι τήν τ' ἐκείνων δόξαν διασώσαντες καὶ τὴν αὑτῶν ἀρετὴν ἐπιδείξαντες. πολλῶν μὲν γὰρ καὶ καλῶν αἴτιοι γεγένηνται τῇ ἑαυτῶν πατρίδι, ἐπηνώρθωσαν δὲ τὰ ὑφ' ἑτέρων δυστυχηθέντα, πόρρω δ' ἀπὸ τῆς αὑτῶν τὸν πόλεμον κατέστησαν. ἐτελεύτησαν δὲ τὸν βίον, ὥςπερ χρὴ τοὺς ἀγαθοὺς ἀποθνήσκειν, τῇ μὲν πατρίδι τὰ τροφεῖα ἀποδόντες, τοῖς δὲ θρέψασι λύπας καταλιπόντες. ὥςτε ἄξιον τοῖς ζῶσι τούτους ποθεῖν καὶ σφᾶς αὐτοὺς ὀλοφύρεσθαι καὶ τοὺς προσήκοντας αὐτῶν ἐλεεῖν τοῦ ἐπιλοίπου βίου. τίς γὰρ αὐτοῖς ἔτι ἡδονὴ καταλείπεται, τοιούτων ἀνδρῶν θαπτομένων, οἵ, πάντα περὶ ἐλάττονος τῆς ἀρετῆς ἡγούμενοι, αὐτοὺς μὲν ἀπεστέρησαν βίου, χήρας δὲ γυναῖκας ἐποίησαν, ὀρφανοὺς δὲ τοὺς αὑτῶν παῖδας ἀπέλιπον, ἐρήμους δ' ἀδελφοὺς καὶ πατέρας καὶ μητέρας κατέστησαν; πολλῶν δὲ καὶ δεινῶν ὑπαρχόντων, τοὺς μὲν παῖδας αὐτῶν ζηλῶ, ὅτι νεώτεροί εἰσιν ἢ ὥςτε εἰδέναι οἵων πατέρων ἐστέρηνται· ἐξ ὧν δ' οὗτοι γεγόνασιν, οἰκτείρω, ὅτι πρεσβύτεροι ἢ ὥςτε ἐπιλαθέσθαι τῆς δυστυχίας τῆς ἑαυτῶν. τί γὰρ ἂν τούτων ἀνιαρώτερον γένοιτο, ἢ τεκεῖν μὲν καὶ θρέψαι [1] καὶ θάψαι τοὺς αὑτῶν, ἐν δὲ τῷ γήρᾳ ἀδυνάτους μὲν εἶναι τῷ σώματι, πασῶν δ' ἀπεστερημένους τῶν ἐλπίδων ἀφίλους καὶ ἄπορους γεγονέναι, ὑπὸ δὲ τῶν αὐτῶν πρότερον ζηλοῦσθαι καὶ νῦν ἐλεεῖσθαι, ποθεινότερον δ'

[1] καὶ θάψαι om. A.

lemque, et formidabilem reddunt. Reisk. *In praeclaris majorum institutis.* Auger. Rescribo: ἐν ταῖς τ. π. ἀγαγαῖς. Wakefield.

Ὑφ' ἑτέρων] Intelligo ὑπὸ συμμάχων. Auger.

Ὥςτε ἄξιον τοῖς ζῶσι τούτους ποθεῖν] Scribo, πενθεῖν. Eadem sententia infra: ἄξιον ἦν τοῖς ζῶσι τὸν ἅπαντα χρόνον πενθεῖν τοὺς τεθνεῶτας. Et supra: ὥςτε ἄξιον ἦν ἐπὶ τῷδε τῷ τάφῳ τότε κείρασθαι τῇ Ἑλλάδι, καὶ πενθῆσαι τοὺς ἐνθάδε κειμένους. Probum est ποθεῖν, suo loco: sed hic non videtur satis exprimere. Markland. et *in Edit. min.* Taylor.

Αὐτῶν] Αὐτοῖς Ioann. Cant. Baroc. uti modo: Τίνας δ' ἂν τῶν ζώντων δικαιότερον περὶ πολλοῦ ποιοίμεθα ἢ τοὺς τούτοις προσήκοντας. sed nihil mutandum. Dicitur enim οὐ μόνον οἱ προσήκοντες τούτῳ, ἀλλὰ καὶ οἱ προσήκοντες τούτου. T. Magister. Ita fere in Orat. superiore, Σώστρατος ἦν μοι ἐπιτήδειος: In inferiore, τινὰς τῶν τούτου ἐπιτηδείων. Taylor.

Τούταν] Codices si τούτοις dent, haud repudiem. Verumtamen vulgata quoque bene habet. τούταν redit ad insequentia, quæ significant et copiosius exponunt, quid hoc vocabulo τούταν complexus sit orator. ἢ τεκεῖν idem est, ac si dixisset: δηλονότι τοῦ τεκεῖν μὲν καὶ θρέψαι —. Reisk. ἀνιαρώτερον τούτων explico: luctuosius his quæ dicentur, his quæ sequuntur. Auger.

Καὶ θάψαι] Malim hæc duo vocabula abesse, ut sententiæ officientia, et quæ facillime e proximis καὶ θρέψαι nasci potuerint, quibus sunt sono simillima. Nam sepultos ab ejusmodi miseris parentibus esse liberos, satis indicant insequentia, πασῶν δ' ἀπεστερημένους τῶν ἐλπίδων. Reisk.

αὐτοῖς εἶναι τὸν θάνατον τοῦ βίου; ὅσῳ γὰρ ἄνδρες ἀμείνους ἦσαν, τοσούτῳ τοῖς καταλειπομένοις τὸ πένθος μεῖζον. πῶς δ' αὐτοὺς χρὴ λῆξαι τῆς λύπης; πότερον ἐν ταῖς τῆς πόλεως συμφοραῖς; ἀλλὰ τότε [1]αὐτῶν εἰκὸς καὶ τοὺς 127
30 ἄλλους μεμνῆσθαι. ἀλλ' ἐν ταῖς εὐτυχίαις ταῖς κοιναῖς; ἀλλ' ἱκανὸν λυπῆσαι, τῶν μὲν σφετέρων τέκνων τεπελευτηκότων, τῶν δὲ ζώντων ἀπολαυόντων τῆς τούτων ἀρετῆς. ἀλλ' ἐν τοῖς ἰδίοις κινδύνοις, ὅταν ὁρῶσι τοὺς μὲν πρότερον ὄντας φίλους φεύγοντας τὴν αὐτῶν ἀπορίαν, τοὺς δ' ἐχθροὺς μέγα φρονοῦντας ἐπὶ ταῖς δυστυχίαις ταῖς [2]τούτων; μόνην
35 δ' ἄν μοι δοκοῦμεν ταύτην τοῖς ἐνθάδε κειμένοις ἀποδοῦναι χάριν, εἰ τοὺς μὲν τοκέας αὐτῶν ὁμοίως ὥσπερ ἐκεῖνοι περὶ πολλοῦ ποιοίμεθα, τοὺς δὲ παῖδας οὕτως ἀσπαζοίμεθα ὥσπερ αὐτοὶ πατέρες ὄντες, ταῖς δὲ γυναιξὶν εἰ τοιούτους βοηθοὺς ἡμᾶς αὐτοὺς παρέχοιμεν οἱοίπερ ἐκεῖνοι ζῶντες ἦσαν. τίνας γὰρ ἂν εἰκότως μᾶλλον τιμῶμεν τῶν ἐνθάδε 128

[1] αὐτοὺς εἰκὸς καὶ τῶν ἰδίων μεμνῆσθαι A. [2] αὐτῶν A.

Ὅσῳ γὰρ ἄνδρες ἀμείνους ἦσαν, τοσούτῳ τοῖς καταλειπομένοις πένθος μεῖζον] Loquitur de *vita functis*. sed verbis præcedentibus agit de *parentibus* eorum, ποθεινότερον δ' αὐτοῖς εἶναι τὸν θάνατον τοῦ βίου; unde sine dubio hic legendum: ὅσῳ γὰρ ἄνδρες ἀμείνους ἐκεῖνοι ἦσαν, τοσούτῳ etc. sc. *mortui*. Perspicuitas et recta scribendi ratio hoc poscit. Deinde: πῶς δ' αὐτοὺς χρὴ etc. Sensus videtur postulare πότε, *quando*. Vide, quæ sequuntur. Sed forte nihil mutandum. Demosth. Philipp. I. πῶς οὖν ταῦτα παύσεται; cui quæstioni respondet: ὅταν ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, etc. MARKLAND. πότε. CONT. Ad hunc locum quæ Marklandus annotavit, acute sunt illa quidem excogitata, probemque ipse, si Lysias sic reliquisset. Sed ecquis unus omnium mortalium tam diligens, tam attentus ipse sibi, tam cautus atque circumspectus in dicendo atque scribendo est, quis ita plane de lectorum auditorumve desperat ingenio, ut nihil relinquat ipsis cogitatione inveniendum atque supplendum; præsertim ubi res ipsa cuique viam ad veram sententiam monstret, ut hic loci. Ecquis enim est, quem nexus orationis et rerum hic traditarum natura non doceat, ad quos verbum ἦσαν referatur. Nimis hoc est ad vivum resecare. Denique si vitium hoc est orationis, debebat jam aliquoties notatum esse. REISK. ἦσαν, np. οἱ τελευτήσαντες. AUGER.

Αὐτῶν] Bene si habet hæc lectio, necesse est, ut αὐτῶν redeat ad parentes liberis orbos. Consentaneum est, ut alii ipsos quoque commemorent, nominatim appellantes hic verbis. Hic et ille quoque filium amisit. id quod eos audientes non potest non vulnerare. Verumtamen aliena hæc videtur ab oratoris mente hæc sententia, et istæc potius requiri: ἀλλὰ τότε αὐτοὺς εἰκὸς καὶ τῶν ἰδίων μεμνῆσθαι. atqui recordantes publica mala, ut sua quoque privata recordentur, necesse est. Nisi hæc est loci sententia: Consentaneum est alios horum mala esse recordaturos, quanto itaque magis hi ipsi malorum suorum erunt memores. REISK.

Ἱκανὸν λυπῆσαι] Nullus dubito lacunam hic subesse. REISK. Pro ἱκανὸν forsan legendum ἱκανοὶ, nisi mavis intelligere ἱκανὸν quasi legeretur πρόσῃκον, tuncque ad λυπῆσαι subaudire αὐτοὺς μᾶλλον, et ἐστὶ ad ἱκανόν. AUGER.

Μόνοι δ' ἄν μοι] Μόνην δέ μοι. TAYLOR.

Δοκοῦμεν] Δοκοῖμεν. SCALIG.

Ὥσπερ αὐτοὶ πατέρες] Scribe αὐτοὶ, *nosmet ipsi*. MARKLAND. et *in Edit. min.* TAYLOR.

Τίνας γὰρ ἂν] Cultello Marklandiano ad vivum resecare si velimus, necesse sit, ut τῶν τετελευτηκότων hic desit, quippe oppositum τῶν ζώντων. Verum sic grassari si

κειμένων; τίνας δ' ἂν τῶν ζώντων δικαιότερον περὶ πολλοῦ ποιοίμεθα ἢ τοὺς τούτοις προσήκοντας, οἳ τῆς μὲν τούτων ἀρετῆς τὸ ἴσον τοῖς ἄλλοις ἀπέλαυσαν, ἀποθανόντων δὲ 40 μόνοι γηησίως τῆς δυστυχίας μετέχουσιν.

ις'. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ τοιαῦτα ὀλοφύρεσθαι. οὐ γὰρ ἐλανθάνομεν ἡμᾶς αὐτοὺς [1] ἅπαξ ὄντες θνητοί· ὥστε 129 τί δεῖ, ἃ πάλαι προσεδοκῶμεν πείσεσθαι, ὑπὲρ τούτων νῦν ἄχθεσθαι, ἢ λίαν οὕτω βαρέως φέρειν ἐπὶ ταῖς τῆς φύσεως συμφοραῖς, ἐπισταμένους ὅτι ὁ θάνατος κοινὸς καὶ τοῖς χειρίστοις καὶ τοῖς βελτίστοις; οὔτε γὰρ τοὺς 198. 1 πονηροὺς ὑπερορᾷ, οὔτε τοὺς ἀγαθοὺς θαυμάζει, ἀλλ' ἴσον ἑαυτὸν παρέχει πᾶσιν. εἰ μὲν γὰρ οἷόν τε ἦν τοῖς τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ κινδύνους διαφυγοῦσιν ἀθανάτους εἶναι τὸν λοι- 130 πὸν χρόνον, ἄξιον ἦν τοῖς ζῶσι τὸν ἅπαντα χρόνον πενθεῖν τοὺς τεθνεῶτας· νῦν δὲ ἥ τε φύσις καὶ νόσων ἥττων καὶ γήρως, ὅ τε δαίμων ὁ τὴν ἡμετέραν μοῖραν εἰληχὼς ἀπαραί- 5 τητος. ὥστε προσήκει τούτους εὐδαιμονεστάτους ἡγεῖσθαι, οἵτινες ὑπὲρ μεγίστων καὶ καλλίστων [2] κινδυνεύοντες οὕτως

[1] ἅπαξ om. T. A. ἅπαξ ἡμᾶς αὐτοὺς R. [2] κινδυνεύσαντες T.

juvet, nec totus Lysias prorsus recoquendus sit. Reisk.

Δ' ἂν] Malim hic loci αὖ, *rursus, e contrario.* Idem.

Οἳ τῆς μὲν τούτων ἀρετῆς τὸ ἴσον τοῖς ἄλλοις ἀπέλαυσαν, ἀποθανόντων δὲ etc.] Obvia emendatio, τῆς μὲν ζώντων ἀρετῆς· cui opponitur in altero membro, ἀποθανόντων δέ. Markland. et *in Edit. min.* Taylor. τούτων bene habet. non in hoc, et in ἀποθανόντων inest vis antitheti, sed in ἴσον et μόνοι. virtutis e liberis efflorescentis fructum parentes non soli, sed æquata cum aliis civibus portione perceperunt, illa virtute ad alios quoque cives universos redundante; luctum autem, si verum volumus, parentes soli tolerant. Reisk. τούτων, et τούτοις, refertur ad bellatores. Auger.

Ἐλανθάνομεν] Ἐλανθάνομεν ἅπαξ cum Cod. Steph. Codd. nostri [et Aug.] præter Coislinianos: Ita tamen, ut in Baroc. deleat manus secunda. Taylor.

Οὐ γὰρ ἐλανθάνομεν ἡμᾶς αὐτοὺς ὄντας θνητοί] Stephanus ὄντες θνητοί, vel ὄντας θνητούς. utrovis modo recte. Mihi tamen magis placeret, οὐ γὰρ λανθάνομεν ἡμᾶς αὐτοὶ ὄντες θνητοί, *ipsi enim non ignoramus nos esse mortales.* Markland.

Ἐλανθάνομεν ἡμᾶς] Interposui ἅπαξ. *semel, citius tardius.* aut pro ἅπαξ ἁπλῶς, *certo certius sine dubitatione, aut exceptione.* αὐτοὺς bene habet, item ἐλανθάνομεν. Non enim est existimandum esse vestrum quemquam, quem ad hoc diei fugerit se mortalem esse, donec id nunc a me disceret. Toup ad Suidam t. II. p. 124. vult ἐλάνθανον μὲν ἡμᾶς αὐτοὶ ὄντες θνητοί. quam suspicionem ego hic non ut dignam commemoratu refero, neque enim est. Reisk.

Ἀθανάτους εἶναι] Opinor ἀθανάτοις, propter præcedens τοῖς διαφυγοῦσιν. Orat. XXXIII. οὐδενὶ μᾶλλον προσήκειν ἑτέρῳ εἰς τοὺς παῖδας ἐπιτρόπῳ γενέσθαι. Isocrates Paneg. p. 124. οὐδεμίαν δὲ ἀπολιπόντες ὑπερβολὴν τοῖς αὖθις βουλομένοις γεγενῆσθαι πονηροῖς. Exempla ubique. Si retineas ἀθανάτους, intelligendum erit αὐτούς. Vide ad Orat. XIX. Markland.

Ἥττων] Ad ἥττων et ἀπαραίτητος sub. ἐστί. Auger.

Κινδυνεύσαντες] Κινδυνεύοντες Baroc. Potior omnino lectio, si me audias. Taylor. Dedi κινδυνεύοντες, id est, ἐν τῷ κινδυνεύειν. Reisk.

τὸν βίον ἐτελεύτησαν, οὐκ ἐπιτρέψαντες περὶ αὐτῶν τῇ τύχῃ, οὐδ' ἀναμείναντες τὸν αὐτόματον θάνατον, ἀλλ' ἐκλεξάμενοι τὸν κάλλιστον. [1]καὶ γάρ τοι ἀγήρατοι μὲν αὐτῶν αἱ μνῆμαι, ζηλωταὶ [2]δὲ ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων αἱ
10 τιμαί· οἱ πενθοῦνται μὲν διὰ τὴν φύσιν ὡς θνητοί, ὑμνοῦν- 131
ται δὲ ὡς ἀθάνατοι διὰ τὴν ἀρετήν. καὶ γάρ τοι θάπτον-
ται δημοσίᾳ, καὶ ἀγῶνες τίθενται ἐπ' αὐτοῖς ῥώμης καὶ
σοφίας καὶ πλούτου, ὡς ἀξίους ὄντας τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ
τετελευτηκότας ταῖς αὐταῖς τιμαῖς καὶ τοὺς ἀθανάτους τι-
μᾶσθαι. ἐγὼ μὲν οὖν αὐτοὺς καὶ μακαρίζω τοῦ θανάτου
καὶ ζηλῶ, καὶ μόνοις τούτοις ἀνθρώπων οἶμαι κρεῖττον εἶναι 132
15 γενέσθαι, οἵτινες, ἐπειδὴ θνητῶν σωμάτων ἔτυχον, ἀθά-
νατον μνήμην διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν κατέλιπον· ὅμως δ' ἀνάγκη τοῖς ἀρχαίοις ἔθεσι χρῆσθαι, καὶ θεραπεύοντας τὸν πάτριον νόμον ὀλοφύρεσθαι τοὺς θαπτομένους.

[1] καίτοι γὰρ T. A. καὶ τοίγαρ R.

[2] δὲ αὐτῶν ὑπὸ T. δὲ [αὐτῶν] ὑπὸ R.

Περὶ αὐτῶν] Τὰ περὶ αὐτῶν. CONT.

Καίτοι γὰρ ἀγήρατοι] Scribo, καὶ γάρ τοι, *itaque*, vel *etenim*, ut paulo post, καὶ τοίγαρ θάπτονται δημοσίᾳ. et supra, καὶ γάρ τοι μεγάλην μὲν — ἀπέδειξαν τὴν πόλιν. *etenim magnam* etc. Aliud est καίτοι γὰρ, scil. *tametsi enim*. MARKLAND. Scribe καὶ γάρ τοι. Quod aliud longe est. *In Edit. min.* TAYLOR. Distinxi vocabula sic: καὶ τοί γαρ. Novitatem particulæ τοίγαρ si quis sit, qui miretur, eum recordari velim,, τοιγαροῦν et τοιγάρτοι sæpissime frequentari. quæ si offensione carent, quid est, quod τοίγαρ improbetur? REISK.

Καὶ ἀγῶνες τίθενται ἐπ' αὐτοῖς ῥώμης καὶ σοφίας καὶ πλούτου] Sic Orat. XXXIII. init. ἀγῶνα μὲν σωμάτων ἐποίησε (sc. Ἡρακλῆς), φιλοτιμίαν δὲ πλούτῳ (f. πλούτου), γνώμης δ' ἐπίδειξιν. Hinc sua sumpsit Isocrates Orat. de Bigis, p. 696. καὶ τοὺς Ἕλληνας; (ὁρᾶν) ἐπιδείξεις ἐν αὐτῇ ποιουμένους πλούτου, καὶ ῥώμης, καὶ παιδεύσεως. MARKLAND.

Ὡς ἀξίους ὄντας τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότας etc.] Recte: pro ἀξίων ὄντων τῶν τετελευτηκότων. Quod Atticis frequentissimum est. Isocrates Paneg. p. 100. ὥσπερ οὐ μετὰ τῶν ἐπαινεῖν βουλομένων ἡμᾶς τοὺς λόγους ὄντας τοὺς τοιούτους, id est, τῶν λόγων ὄντων: *quasi ejusmodi sermones non faciant cum iis, qui nos laudare volunt!* Sic Actor. XXVI. 3. μάλιστα γνώστην ὄντα σε, absolute, pro γνώστου ὄντος σοῦ. MOX: ἀθάνατον μνήμην διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν κατέλιπον. Hæc quoque habet Isocrates, et quæ præcedunt: καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, τὰ μὲν σώματα ταῖς τῆς φύσεως ἀνάγκαις ἀπέδοσαν, τῆς δ' ἀρετῆς ἀθάνατον τὴν μνήμην κατέλιπον. de *Semideis* loquitur. MARKLAND. Vid. Ind. Attic. in *Accusativo*.

Τιμαῖς καὶ τοὺς ἀθανάτους] Τιμαῖς ταῖς ἀθανάταις. CONT.

Ζηλῶ] Post ζηλῶ videtur τῆς ζωῆς aut τῆς τύχης deesse. requiritur enim oppositum τοῦ θανάτου. REISK. Ad τοῦ θανάτου sub. ἕνεκα. AUGER.

Αὐτῶν] Potest conjungi vel cum μνήμην vel cum ἀρετήν. IDEM.

Θαπτομένους] Sic peregimus orationem summorum utriusque ævi virorum prædicationibus nobilitatam; non carentem illam utique suis luminibus. Verumtamen hodie si quis hoc modo parentet, ecquis ferat oratorem, nedum ut probet, ut laudet? Ego equidem contemnam et rideam antithetis, sæpe illis quæsitis et frigidis, obtundentem, loco parum convenientia disputantem, oblitum opportunorum atque necessariorum. videte modo. Laudationem memoriæ civium consecratam eorum, quorum alii in bello cum XXXtyrannis, pro libertate patriæ restituenda dimicantes occubuissent, alii pro libertate Corinthiis vindicanda (inscriptionis enim brevitas, a Lysia certe non profectæ, sed a grammaticis, argumento est angustior; formulam elogii decebat hanc ferme esse: *laudatio conditorum in Ceramico*), illam igitur laudationem consumit orator

in prædicandis majorum factis a prima stirpe reipublicæ repetitis. Locos nobiles, istiusque coronæ audientia dignos, et inculcatu adeo necessarios, de caritate patriæ, de dignitate virtutis pro patria contendentis ipsamque mortem oppetentis, de excellentia famæ honestis artibus partæ, similesque alios locos ex hujusmodi argumento efflorescentes, vix perstringit; quibus in locis alius orator copiis philosophiæ instructus exsultasset. Verum laborant hoc vitio, quod nobis quidem vitium videtur, non Lysias modo, sed etiam Demosthenes, cæterique omnes oratores Græci, qui orationes ejusmodi seu funebres seu panegyricas conscripserunt: non errore judicii sui decepti; melius enim videntur eloquentiæ veræ præcepta finesque novisse; neque ex severitate philosophica judicandi, sed hactenus ferendi et excusandi, quod auribus non possent non servire populi vani, laudum avidi, participare suam inertiam et ignaviam fortia majorum facta existimantis, aut volentis certe, minus præceptorum subtilitate atque jejunitate doceri, quam exemplorum ignibus admotis ad virtutem accendi. Nullum adspernatur sapiens telum, quo virtutem dormientem excitet. ipsa vanitate haud dedignatur in loco uti, dummodo pungat, eoque, quo vult, perveniat. Reisk.

ΛΥΣΙΟΥ

ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΠΡΟΣ ΣΙΜΩΝΑ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Lege τραύματος ἐκ προνοίας quicunque mortem meditans civem Atheniensem vulnerabat, causam dixit coram Senatu Areopagitico, et δίξας ἀδικεῖν exsulabat, bonis publicatis. Orta inter Simonem et τὸν ἀπολογούμενον rixa de puero cæditur Simo, in jus vocat.
100. 39 α΄. ΘΑΥΜΑΣΤΟΝ γε, ὦ βουλή, τὸ διαμάχεσθαι περὶ 164
τούτου, ὡς οὐκ ἐγένοντο ἡμῖν διαλλαγαί· καὶ τὸ μὲν
ζεῦγος καὶ τὰ ἀνδράποδα, καὶ ὅσα ἐξ ἀγροῦ κατὰ 165
τὴν ἀντίδοσιν [1] ἔλαβε, μὴ ἂν δύνασθαι ἀρνηθῆναι ὡς οὐκ

[1] ἔλαβεν T. A. ἔλαβον R.

ΠΕΡΙ ΟΥ ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΟΝ] Multis modis mihi videtur hæc declamatiuncula in umbra Scholæ μελετᾶσθαι, ad imaginem superioris orationis elaborata, cui deinde ob argumenti affinitatem in scriptis Codd. ut fieri solet, perpetuo adhæsit, Περὶ οὗ καὶ πρὸς ὃν ἄδηλον. Caius et Titius erant sequioris ævi oblectamenta, non ejus, quod Lysiam tulit, viris literisque incitatissimi. Fieri nihilominus potuit, ut Librarius ob auctorum in hac causa ignorationem, addo etiam orationis portentosam depravitatem, ita ἐπιγραφὴν olim concinnare poterat. Περὶ οὗ καὶ πρὸς ὃν ἄδηλον. Valesius ad Harpocr. v. Ἀπολαχεῖν conjecit Orationem habitam fuisse κατὰ Ποσειδίππου, ficulneo nimis argumento innisus. Utcunque tamen id sit, hodie habemus imperfectam. TAYLOR. Post voc. προνοίας in titulo videtur deesse ἄδηλον. REISK. Quod totum interpretare: *incertum est de quo et adversus quem agatur.* Apparet et hoc esse scholium librarii alicujus, qui voluit indicare ignota esse actoris et rei nomina. AUGER. Post ON in titulo notat Contius λόγος ἀκέφαλος.

Ὦ βουλή] Alloquitur senatum Areopagiticum. REISK.

Τὸ διαμάχεσθαι] Hic videtur non solummodo τουτονὶ, *hunc*, sed etiam nomen actoris, quod ignotum est, fortassis tamen est Ποσειδίππου, interponendum esse. Nam hæc est, non actio, sed defensio. IDEM. Post διαμάχεσθαι videtur desiderari vel τουτονὶ, *istum*, i. e. eum contra quem lis agitur, vel nomen actoris quod ignotum est. AUGER.

Ἔλαβον] Cum Scaligero lego ἔλαβεν. Ratio elucescet ex historia, quam vide in hypothesi. TAYLOR. Non satis habuit Taylor hanc novam lectionem ἔλαβεν commendare, sed etiam ipse in textum immisit, ejecta vetusta proba et ab omnibus libris confirmata lectione, non animadvertens, insequente consonante, saltim ἔλαβε dandum fuisse. Verum hoc leve est. Gravius hoc, quod hæc nova lectio rei gestæ adversatur. Revocavi ergo vete-

166 [1] ἀπέδωκε, φανερῶς δὲ περὶ [2] πάντων διαλελυμένον ἀρνεῖσθαι
τὰ περὶ τῆς ἀνθρώπου, μὴ κοινῇ ἡμᾶς χρῆσθαι συγχωρῆσαι.
καὶ τὴν μὲν ἀντίδοσιν δι' ἐκείνην φανερὸς ἐστι ποιησάμενος,
168 τὴν δ' αἰτίαν δι' ἣν ἀπέδωκεν ἃ ἔλαβεν, οὐκ ἂν ἄλλην ἔχοι 101. 1

[1] * ἀπέδωκα R.

[2] τούτων T. R. A.

rem lectionem ἔλαβον, quæ est prima persona singularis. *quæ ego ex illius fundo ceperam atque abstuleram.* Reisk.

Ἀπέδωκα] Sic, in prima persona singul. dedi de meo. libri omnes reliqui dant in tertia persona, ἀπέδωκε. *infitiari nequit, me illi reddidisse omnia, quæ ex ejus re rustica vel familiari abstulissem.* ἀρνεῖσθαι ὡς οὐκ ἀποδέδωκα est idem atque φάσκειν ὅτι οὐκ ἀποδέδωκα, *affirmare me non reddidisse.* negativa particula post verbum ἀρνεῖσθαι iterari solet. Idem.

Περὶ τούτων] Περὶ πάντων. Coisl. Quod multo melius. Taylor. περὶ πάντων. Cont.

Μὴ κοινῇ ὑμᾶς etc.] Lego: ἀρνεῖσθαι, — μηδὲ κοινῇ ἡμᾶς χρῆσθαι συγχωρῆσαι: *negare, neque concedere nos ea communiter uti.* Constructio hoc postulat. Markland. Μὴ bene habet. Constructio hæc est: ἀρνεῖσθαι μὴ συγχωρῆσαι ἡμᾶς χρῆσθαι τῇ ἀνθρώπῳ κοινῇ. *infitiari nos unquam consensisse in usum illius ancillæ communem.* Reisk.

Ὑμᾶς] (Sic vulgo.) Restituimus ἡμᾶς cum Scalig. Odiosa segnities, quæ tam crassum errorem nobis reservavit expiandum. Taylor.

Καὶ τὴν μὲν ἀντίδοσιν κ. τ. λ.] Gravissimum comma, et *tribus Anticyris* vix *sanabile!* Ex istis vulgatorum librorum φανερῶς ἐστὶ ποιησάμενος, quis non protinus exclamabat, vindicate aliquis actutum hæc in Barbariem, quam decet, καὶ εἰς ἄλα λύματα βάλλε. Sed utcunque emendari possunt levi opera. Quo pacto, admoneris ex sequentibus. Ἵν' ὑμῖν φανερὸς ἐγένετο ἐμοὶ διηλλαγμένος. Noster post paucissima: Διότι φανερός ἐστιν ἐγκαλέσας οὐδέποτ' ἀργύριον. Id. c. Sim. φανερὸς εἶ δαπανηθείς. Isæus de Dicæog. hæred. Et eadem ratione, Isocr. de permutat. ἐδήλωσαν δ' οὕτω διακείμενοι. Herodot. Erat. 21. Ἀθηναῖοι — δῆλον ἐποίησαν ὑπεραχθεσθέντες. Id. ibid. 74. Μετὰ δὲ ταῦτα Κλεομένεα ἐπαΐστον γενόμενον κακοτεχνήσαντα ἐς Δημάρητον, δεῖμα ἔλαβε Σπαρτιητέων. et eodem spiritu: καὶ δὴ καὶ ἐς Νάναχριν πόλιν πρόθυμος ἦν τῶν Ἀρκάδων τοὺς προεστῶτας ἀγινέων. Æsch. π. τῆς παραπρεσϐ. Edit. Steph. p. 33. Ἐνταῦθα ἤδη καὶ παντελῶς ἐξιστάμενος αὐτοῦ καταφανὴς ἦν. Xenoph. ἀναβασ. l. 2. fin. στέργων δὲ φανερὸς μὲν ἦν οὐδένα, ὅτῳ δὲ φαίη φίλος εἶναι, τούτῳ ἔνδηλος ἦν ἐπιβουλεύων. Plutarch. in Pericl. Γενέσθαι πάντων ἐπιφανέστατος ἀφειδήσας τοῦ σώματος. Insigniter omnium maxime Demosth. c. Mid. Οὐ μόνον δήπου τοῦ μὴ μετ' ὀργῆς ἀπέχει, ἀλλὰ καὶ βεβουλευμένος ὁ τοιοῦτος ὑϐρίζων ἐστὶν ἤδη φανερός. Expedivimus Græca. Quid restat? γρῖφος. Sphinx ipsa. Age, divina. Civis Atheniensis æger animi et dimidiatæ Veneris impatiens, scortum, quod deamavit, maluit solus in somnis amplecti; atque, ut erat ingeniosus amor, tale aliquid commentum comminiscitur, quo posset tam pretiosa supellex in ejus domum tota transire. Facta est utrinque agrorum, servitutum etc. permutatio. Constat. Non negat. Τὴν ἀντίδοσιν δι' ἐκείνην φανερός (ut monui) ἐστι ποιησάμενος. Jam vero βουλόμενος τἀληθῆ λέγειν (audis veritatem veritate veriorem) τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἀπέδωκεν ἃ (sic vulg.) ἔλαϐεν, permutationis sc. reciprocæ, οὐκ ἂν ἄλλην ἔχοι εἰπεῖν ἢ ὅτι οἱ φίλοι περὶ πάντων ἡμᾶς τούτων συνήλλαξαν. Superest ut complanem: Τὴν μὲν ἀντίδοσιν δι' ἐκείνην φανερός ἐστι ποιησάμενος, τὴν δ' αἰτίαν, δι' ἣν ἀπέδωκεν ἃ ἔλαϐεν, οὐκ ἂν ἄλλην ἔχοι εἰπεῖν κ. τ. λ. Supra: Ὅσα ἐξ ἀγροῦ κατὰ τὴν ἀντίδοσιν ἔλαϐεν (nunc saltem deprehendis necessitatem istius etiam correctionis) μὴ ἂν δύνασθαι ἀρνηθῆναι ὡς οὐκ ἀπέδωκε. Taylor. Lege: φανερός ἐστι ποιησάμενος· *patet eum fecisse.* Sic paulo post: φανερὸς ἐγένετο ἐμοὶ διηλλαγμένος. Isæus de Hæred. Dicæogenis, p. 55. εἰς τοὺς φίλους φανερὸς εἶ δαπανηθεὶς οὐδέν, *patet te in amicos nihil impendisse:* ita bene emendavit Stephanus, pro φανερῶς. Centies in Libris commutantur ο et ω. unde puto Matthæum scripsisse οὕτως, ubi nunc legitur οὗτος, cap. V. 19. ὃς δ' ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ οὕτως, μέγας κληθήσεται etc. præcessit enim, καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται etc. cui respondet altera pars sententiæ. ut enim ibi διδάξῃ οὕτω, ita hic διδάξῃ οὕτως: et ut illic ἐλάχιστος κληθήσεται, ita hic μέγας κληθήσεται. Markland.

Ἀπέδωκεν, ἃ ἔλαϐεν] Ergo etiam is, cum quo et in quem hic agitur (fac Posidippum esse), in rus defensoris impressione facta, res ejus pari modo abstulerat, atque defensor actoris. Reisk.

εἰπεῖν — βουλόμενος τἀληθῆ λέγειν — ἢ ὅτι οἱ φίλοι περὶ πάντων ἡμᾶς τούτων συνήλλαξαν. ἐβουλόμην δ' ἂν μὴ ἀπολαχεῖν αὐτὸν κριτὴν Διονυσίοις, ἵν' ὑμῖν φανερὸς ἐγένε- 169
το ἐμοὶ διηλλαγμένος, κρίνας τὴν ἐμὴν φυλὴν νικᾶν· νῦν δὲ
5 ἔγραψε [1] μὲν ταῦτα εἰς τὸ γραμματεῖον, ἀπέλαχε δέ. καὶ ὅτι ἀληθῆ ταῦτα λέγω, Φιλῖνος καὶ Διοκλῆς ἴσασιν· ἀλλ' οὐκ ἔστ' αὐτοῖς μαρτυρῆσαι μὴ διομοσαμένοις περὶ τῆς αἰ-
τίας [2] ἧ ἐγὼ [3] φεύγω, ἐπεὶ σαφῶς ἔγνωτ' ἂν ὅτι ἡμεῖς 170
ἥμεν αὐτὸν οἱ κριτὴν ἐμβαλόντες, καὶ ἡμῶν εἵνεκα ἐκαθέζετο. Ἀλλ' ἦν, εἰ βούλεται, ἐχθρός· δίδωμι γὰρ αὐτῷ

[1] μὲν τὸ ὄνομα A. [2] ἧς A. [3] φεύγω. T. R. A.

Ἀπολαχεῖν] Locus hic in Lysiacorum difficillimis. Aut sententia caret ἀπολαχεῖν, sive id est, quod vult Taylor, sive id, quod Harpocratio majori cum auctoritate, tum veritate vult. Ille vult esse, *sorte carere, a sorte non renunciari.* hic contra, *a sorte ad munus aliquod designari, eique præfici.* Aut locus in mendo cubat, et desunt nonnulla. Aut denique, si nihil hic deest, quod aio, recteque se omnia habent, necesse est, ut ἀπολαχεῖν h. l. significet, *sententia sua causam alicui abjudicare.* quod si admittitur, liquida et expedita sunt h. l. omnia, et hæc est sententia: Vellem illum, judicem in Dionysiis cum ageret, tribui meæ victoriam non abjudicasse, quo victoria tribui meæ adjudicanda testatum fecisset, inter nos gratiam esse reconciliatam, quemadmodum etiam se, si sors sibi secunda eveniret, judicaturum esse tabulis ea de re conscriptis spoponderat, antequam a sorte ad judicandum admitteretur. Verum postmodum fidem datam fefellit, aliique alicui tribui victoriam adjudicavit, nostræ abjudicavit, quo facto animum adhuc infestum prodidit. Ad proximum κριτὴν subauditur ὄντα vel λαχόντα. REISK. Contius interpretatur ἀπολαχεῖν κριτὴν, ut ego interpretatus sum, *per sortem non obtinuisse ut foret judex.* Juxta Harpocrationem ἀπολαχεῖν sumitur pro simplici λαχεῖν in Antiphonte, Aristophane, et apud Lysiam κατὰ Ποσιδίππου. Sed quum hic ἀπολαχεῖν non videtur sumendum esse pro simplici λαχεῖν, videtur hanc orationem non eandem esse ac illum κατὰ Ποσιδίππου. AUGER.

Διονυσίοις] Dionysia, festa in honorem Bacchi: nam Διόνυσος erat Bacchi cognomen. IDEM.

Ἵν' ὑμῖν κ. τ. λ.] Fugitivam particulam ἂν reduci moneo, quam, tametsi non video ejus necessitatis, ut locus sine ea plane constare nequiverit, necessariam tamen, ex hoc loco post cognatum sonitum facile excidere posse arbitror: ἵν' ἂν ὑμῖν φανερὸς ἐγένετο. TAYLOR.

Ἵν' ὑμῖν φανερὸς ἐγένετο etc.] Non opus est, ut legamus γένοιτο. vide ad Orat. primam. Cæterum hæc et quæ sequuntur obscuriora sunt, et depravata: præsertim ista, αὐτὸν οἱ κριτὴν ἐμβαλόντες: quæ mihi mera ænigmata sunt. Mox, pro ἀποκτενῶν, scribe ἀποκτενῶν, *occisurus.* MARKLAND.

Ταῦτα] Video nonnullis placere τοὔνομα. *Nomen* inter competitores referre. N. c. Agoratum: ὡς Ἀθηναῖος τοὔνομα ἐπιγραφόμενος. Omnino consulendus locus Arriani in Epictet. I. 19. Σήμερόν τις ὑπὲρ ἱερωσύνης ἐλάλει μοι τοῦ Αὐγούστου. Λέγω αὐτῷ, Ἄνθρωπε ἄφες τὸ πρᾶγμα. Δαπανήσεις πολλὰ εἰς οὐδέν. Ἀλλ' οἱ τὰς φωνὰς (Casaub. in notis MSS. φορμούλας vel φόρμας) φησὶ γράφοντες, γράψουσι τὸ ἐμὸν ὄνομα. De ludis Nicopolensibus. TAYLOR.

Ἢ ἐγὼ φεύγω] Emendo cum Scaligero, Περὶ τῆς αἰτίας, ἧς ἐγὼ φεύγω. Et punctum post διομοσαμένοις adjeci. TAYLOR. ἧς. CONT. Aut ἧς, aut potius ἣν est legendum. REISK.

Αὐτὸν οἱ] Sine οἱ Scal. Recte Coisl. ut extulimus: ὅτι ἡμεῖς ἥμεν αὐτὸν οἱ κριτὴν ἐμβαλόντες. Vitiose Ald. ἐμβάλλεντες, quod confixit quoque idem Scal. TAYLOR. ὅτι ἡμεῖς ἥμεν οἱ αὐτὸν κριτὴν ἐμβαλόντες, vel λαβόντες. CONT. Trajectio est Atticis haud infrequens, pro οἱ αὐτόν. *nos fuisse, qui operam dedissemus, ut nomen ejus inter sortientes referretur.* REISK.

Ἐκαθέζετο] Ἀλλὰ τοῖς μὲν μουσικοῖς κριταὶ καθῆνται· τοῖς δὲ γυμνικοῖς ἐφεστᾶσι βραβευταί. Poll. III. 30. Adde Lucian. in Hermotimo. TAYLOR. Ad ἐκαθέζετο adde vel subaudi ἄν. AUGER.

τοῦτο· οὐδὲν γὰρ διαφέρει. οὐκοῦν ἦλθον [1]αὐτὸς αὐτὸν [2]ἀποκτενῶν, ὡς οὗτός φησι, καὶ βίᾳ εἰς τὴν οἰκίαν εἰσῆλθον. διὰ τί οὖν οὐκ ἀπέκτεινα, ὑποχείριον λαβὼν τὸ σῶμα, 10 καὶ τοσοῦτον κρατήσας ὥστε καὶ τὴν ἄνθρωπον λαβεῖν; φρασάτω πρὸς ὑμᾶς. ἀλλ' οὐκ ἔχει εἰπεῖν. καὶ μὴν οὐδείς γε ὑμῶν ἀγνοεῖ ὅτι θᾶττον ἂν ἐγχειριδίῳ πληγεὶς ἀπέθανεν, ἢ πυξ παιόμενος. φαίνεται τοίνυν οὐδ' αὐτὸς αἰτιώμενος τοιοῦτόν τι ἔχοντας ἡμᾶς ἐλθεῖν, ἀλλ' ὀστράκῳ φησὶ πληγῆναι. καίτοι φανερὸν ἤδη ἐξ ὧν εἴρηκεν, ὅτι οὐ πρόνοια
171 γεγένηται. οὐ γὰρ [3]ἂν οὕτως ἤλθομεν, ἀδήλου ὄντος εἰ 15 παρὰ τούτῳ εὑρήσομεν ὄστρακον ἢ οὕτως αὐτὸν ἀποκτενοῦμεν, ἀλλ' οἴκοθεν ἔχοντες ἂν ἐβαδίζομεν. νῦν δ' ὁμολογούμεθα πρὸς παῖδας καὶ αὐλητρίδας καὶ [4]μετ' οἴνου ἐλθόντες. ὥστε πῶς ταῦτ' ἔστι πρόνοια; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι οὐδαμῶς. Ἀλλ' οὗτος ἐναντίως τοῖς ἄλλοις δύσερώς ἐστι,

[1] [αὐτὸς] R. [2] ἀποκτενὰν T. R. A. [3] ἂν om. T. R. A. [4] μεστοὺς R.

Αὐτὸς] Videtur delendum, ut e proximo αὐτὸν natum. Reisk.

Πρόνοια] (sic vulg.) Lego πρόνοια in casu recto: Uti et in sequentibus. N. in superiori oratione: Καὶ ὡς τοῦτό ἐστιν ἡ πρόνοια. Taylor. Lege, πρόνοια, casu recto: et ita paulo infra, ὥστε πῶς ταῦτ' ἔστι πρόνοια, *itaque, quomodo hæc censeri possunt* πρόνοια, sive, *de industria?* Sic Æschines κατ. Κτησιφ. p. 55. οὐκ ἔστι ταῦτα ἀρχή. Noster Orat. III. καὶ ὡς τοῦτό ἐστιν ἡ πρόνοια. Iterum infra, hac pagina, ὅτι μὲν οὖν οὔτε πρόνοια (non προνοίᾳ) ἐγένετο, οὔτε ἀδικῶ τοῦτον — ἐπιδέδεικται. Ante quæ verba Schottus putat nonnulla desiderari, quod verum puto. Markland.

Οὕτως] *sic*, ut hic adstamus, coram judicio, sine armis, sine telis, sine instrumento cædis. Reisk.

Ἢ οὕτως] Nescio, quid sit, ni hoc modo reformes: καὶ οὕτως αὐτὸν ἀποκτενοῦμεν. [Marklandum exscribit in Edit. min.] Taylor. Forte: ὄστρακον, ἢ ὅτῳ αὐτὸν ἀποκτενοῦμεν. *testam, aut aliquid, quo eum occideremus.* Xenophon Cyropæd. VII. ἀμυνόμενος ὅτῳ ἐδύνατο. Cæterum omnia ab ἀδήλου usque ad ἀποκτενοῦμεν Parenthesi includenda sunt. Markland. οὕτως, *hoc modo*, lagena vini puta, testa perquam fragili et ad necem inferendam inhabili. bene habet hic locus. Reisk. Prius οὕτως significat *sic ut nunc sum*, i. e. inarmis; posterius, *testa armatus*. Auger.

Νῦν δ' ὁμολογούμεθα κ. τ. λ.] *Fatemur.* Heidius. Acute sane! Sequentia tolerari nullo pacto possunt. Attamen in Codd. obstinatum silentium. Procul dubio ita argumentum instituit Orator: *Palam est, atque etiam adversariis in confesso, nos comissatum ivisse*, non solum puerorum tibicinumque grege stipatos, *verum etiam bene madidos, ὥστε πῶς ταῦτ' ἔστι πρόνοια.* Taylor.

Μετ' οἴνου] Μεστοὺς οἴνου dedi de meo. *ad temulentos.* Reisk. Cont. μετ' οἴνον, et quidem soletur. Sed melius forsan legeretur juxta Reiskium μεστοὺς οἴνου. Auger.

Δύσερώς] Erudite explicat hanc vocem Heins. Lection. Theocritic. c. 4. consulendus omnimodo. Sed ista explicatio huic loco competere nequit. Addo neque ulla. Amor, neque *infelix* neque *nimius* sensum expediet. Legendum est δύσηρις. Vel si Attice mavis δύσηρις. V. Mœrin. Ælian. V. H. II. 21. Οὔτε γάρ εἰμι πρὸς αὐτὸν δύσερις οὔτε ἀγροικίᾳ πράττω τοῦτο. [*Hic autem homo contra quam alii perdite amantes, utrumque vult* etc. Si mavis δύσερις, vertas *præter cæteros contentiosus.* In Edit. min.] Taylor. Vide de hac voce doctiss. Jungermannum ad Polluc. VI. 42. Markland. Rem turpem qui amat, vitiosam, amore indignam, quam alii detestaturi sint, is est δύσερως. tum, qui in rem a se amatam insumere nolit. Amoris enim est, in rem, quam amplexus sit, erogare, neque sumptibus parcere. Est hoc quoque miseri et pravi amoris, atque occœcati, quod ancillam ad tormenta tradere recusaret eam, per cujus

καὶ ἀμφότερα βούλεται, τό τε ἀργύριον μὴ ἀποδοῦναι καὶ 172
20 τὴν ἀνθρωπον ἔχειν. εἶτα ὑπὸ τῆς ἀνθρώπου [1] παρωξυμμένος ὀξύχειρ λίαν καὶ πάροινός ἐστιν· ἀνάγκη δὲ ἀμύνασθαι. ἡ δὲ ποτὲ μὲν ἐμὲ περὶ πολλοῦ, ποτὲ δὲ τοῦτόν φησι ποιεῖσθαι, βουλομένη ὑπ' ἀμφοτέρων ἐρᾶσθαι. καὶ ἐγὼ μὲν καὶ ἐξ ἀρχῆς εὐκόλως εἶχον, καὶ νῦν ἔτι ἔχω· ὁ δ' εἰς τοῦτο βαρυδαιμονίας ἥκει, ὥστε οὐκ αἰσχύνεται [2] τραύματ' ὀνομάζων τὰ ὑπώπια, καὶ ἐν κλίνῃ περιφερόμενος, καὶ
25 δεινῶς προσποιούμενος διακεῖσθαι ἕνεκα [3] πόρνης ἀνθρώπου, ἣν ἔξεστιν αὐτῷ ἀναμφισβητήτως ἔχειν ἐμοὶ ἀποδόντι τἀργύριον. καὶ φησὶ μὲν δεινῶς ἐπιβουλευθῆναι καὶ πρὸς ἅπανθ' ἡμῖν ἀμφισβητεῖ, ἐξὸν δ' ἐκ τῆς ἀνθρώπου βασα- 173
νισθείσης τὸν ἔλεγχον ποιήσασθαι οὐκ ἠθέλησεν· ἢ πρῶτον μὲν τοῦτ' ἂν κατεῖπε, πότερα κοινὴ ἡμῖν ἦν ἢ ἰδία τούτου, καὶ πότερα τὸ ἥμισυ τοῦ ἀργυρίου ἐγὼ συνεβαλό-
30 μην ἢ οὗτος ἅπαν ἔδωκε, καὶ εἰ διηλλαγμένοι ἢ ἔτι ἐχθροὶ ἦμεν, ἔτι δὲ εἰ μεταπεμφθέντες ἤλθομεν ἢ οὐδενὸς καλέσαντος, καὶ εἰ οὗτος ἦρχε χειρῶν ἀδίκων ἢ ἐγὼ πρότερος τοῦτον ἐπάταξα. τούτων καθ' ἓν ἕκαστον καὶ τῶν ἄλλων οὐδὲν ἦν ὅ τι οὐ ῥᾴδιον [4] αὐτῇ τοῖς τε ἄλλοις ἐμφανὲς καὶ τούτοις ποιῆσαι.

β'. Ὅτι μὲν οὖν οὔτε πρόνοια ἐγένετο οὔτε ἀδικῶ τοῦτον, ὦ βουλή, ἐκ τοσούτων τεκμηρίων καὶ μαρτυριῶν ὑμῖν
35 ἐπιδέδεικται· ἀξιῶ δ' ὅσον ἂν ἐγένετο σημεῖον τούτῳ πρὸς τὸ δοκεῖν ἀληθῆ λέγειν φυγόντος ἐμοῦ τὴν βάσανον, τοσ-

[1] παρωξυμένος T. A.
[2] τραῦμά γε T. A. τραῦμά τε R.
[3] πόρνης ἕνεκ' R.
[4] αὐτῇ om. T. A.

testimonium consequi posset hoc, ut causam vinceret, periculoque judicii liberaretur. Reisk.

Ἀργύριον] Pretium meretricis a lenone emptæ. Idem.

Βαρυδαιμονίας] Βαρυθυμίας, Schott. Infeliciter pro more. Taylor.

Ἢ πρῶτον μὲν τοῦτ' ἂν κατεῖπε] Lego cum Schotto ἤ. Taylor. Lege: ἡ (sc. ἄνθρωπος, serva) κατείπῃ. quæ dicat. Markland. ἤ. Cont. Debebat insequi δεύτερον δὲ — τρίτον δὲ — τέταρτον. verum non semper tam diligentes sunt auctores, ut puncta quæque annumerent. relinquunt ista sæpe lectoribus supplenda. Iterata καὶ insequentia vicem gerunt dictionum ἔπειτα, μετὰ ταῦτα, etc. Reisk.

Ἦρχε] Ἤρξε. Cont.

Ῥᾴδιον αὐτῇ] Hoc αὐτῇ de meo addidi. facile huic fœminæ, ancillæ, erat, et singula ista, quæ modo commemoravi, quæstionis capita, et reliquorum ad hanc causam pertinentium nihil non planum facere, aliisque omnibus, et his ipsis adversariis meis. Reisk. Ad ῥᾴδιον adde vel subaudi αὐτῇ. Auger.

Ὅτι μὲν οὖν] Desiderari nonnulla arbitratur Schottus. Ego potius aliquid ab initio. Taylor.

Ἐκ τοσούτων τεκμηρίων καὶ μαρτυριῶν] Ubi sint tot ac tanta argumenta et testimonia, nullibi comparet; unde conjicias totam orationem ad nos non pervenisse. Auger.

174 οὗτον ἐμοὶ τεκμήριον γενέσθαι ὅτι οὐ ψεύδομαι, διότι οὗτος οὐκ ἠθέλησεν ἐκ τῆς ἀνθρώπου ποιήσασθαι τὸν ἔλεγχον, καὶ μὴ τοσοῦτον ἰσχῦσαι τοὺς τούτου λόγους, ὅτι φησὶν αὐτὴν ἐλευθέραν εἶναι· ὁμοίως γὰρ προσήκει κἀμοὶ τῆς ἐλευθερίας, τὸ ἴσον καταθέντι ἀργύριον. ἀλλὰ ψεύδεται,
175 καὶ οὐκ ἀληθῆ λέγει. ἢ δεινόν γε· [1] εἰ εἰς μὲν λύσιν τοῦ σώματος ἔδωκα τὸ ἀργύριον [2] ἐκ τῶν πολεμίων, ἐξῆν ἄν μοι χρῆσθαι αὐτῇ ὅ τι ἐβουλόμην, κινδυνεύοντι δέ μοι περὶ τῆς πατρίδος οὐδὲ πυθέσθαι παρ' αὐτῆς τἀληθῆ ἐκγενήσεται περὶ ὧν εἰς τὴν κρίσιν καθέστηκα. καὶ μὲν δὴ πολὺ ἂν δικαιότερον ἐπὶ ταύτῃ τῇ αἰτίᾳ βασανισθείη ἢ ἐπὶ τῇ ἐκ τῶν πολεμίων λύσει πραθείη, ὅσῳ παρὰ μὲν ἐκείνων βουλο-

[1] εἰ om. A. [2] ἐκ τῶν πολεμίων, εἰ ἔδωκα τὸ ἀργύριον, ἐξῆν A.

Τοσοῦτον ἰσχῦσαι] *tantum valere*, ut scil. me condemnetis, aut, quantum adversarius meus vult. Reisk.

Προσήκει κἀμοὶ τῆς ἐλευθερίας] Mallem, τὸ τῆς ἐλευθερίας, *quod de Libertate* ejus *dicitur*: negotium istud Libertatis ejus. Lucian. in Prom. es in verb. p. 18. Τὸ γὰρ τῆς κλεπτικῆς (καὶ γὰρ κλεπτικὸς ὁ θεὸς) ἄπαγε· τοῦτο μόνον etc. Ita legendum, non κλεπτικῆς ὁ θεὸς, *furax enim est ille Deus*, scil. Prometheus, qui *Deus* erat. vide p. 177. et 179. in Dialogo cognomine, et Æschylum in Prometheo Vincto. Sic et Matt. XXI. 21. οὐ μόνον τὸ τῆς συκῆς ποιήσετε. *non solum, quod ad ficulneam attinet, facietis.* Obscure vulgata, *de ficulnea.* Sensus est: *quod ficulneæ accidit.* Markland. Ad me quoque pertinet ejus libertas, in arbitrio meo quoque situm est, serva sit an libera. Partem pretii a me in eam erogatam, si ei remitto, sinoque liberam esse, erit; sin autem recuso, serva erit, ut est. Locus hic bene habet, προσήκει μοί τινος bene Græcum est. Reisk.

Ἀλλὰ ψεύδεται, καὶ οὐκ ἀληθῆ λέγει] Hinc videmus non novum fuisse, nec politissimis Græcorum incognitum loquendi genus, quo utitur Ioannes 1 Epist. II. 4. ψεύστης ἐστὶ, καὶ ἐν τούτῳ ἡ ἀλήθεια οὐκ ἔστιν. Vide et cap. I. 6. Sic et Orat. XIII. ἐβούλοντο οὖν ἄκοντα δοκεῖν αὐτὸν, καὶ μὴ ἑκόντα, μηνύειν. Markland.

Ἢ δεινόν γε] Excidit particula ὅτι. Tu fac reducem. Ἢ δεινόν γε, εἰ, ὅτι εἰς μὲν λύσιν — ἐξῆν ἄν μοι χρῆσθαι κ. τ. λ. [F. εἰ ἦς εἰς &c. *In Edit. min.*] Taylor. ἐξεῖναι et mox ἐκγενήσεσθαι. *Ad Char. Aphrod.* l. iii. c. vii. p. 321. D'Orville.

Εἰ εἰς μὲν λύσιν etc.] Si verba attente legas, videbis aliquid sensui deesse. Lego: εἰ ἦς εἰς μὲν λύσιν τοῦ σώματος. Amittebatur ἦς in sequente εἰς. Markland. Contius censet vel transponendum esse ἐκ τῶν πολεμίων, ut ego transposui; vel delendum. Auger. Locus hic planus et sanus est. Vellem Lysiæ omnes alios locos, omniumque auctorum tam sanos et tam expeditos esse, atque hic est. Ad ἢ δεινόν γε subauditur εἴη. *foret utique indignum.* Tria hæc verba sententia sunt per se subsistens, absoluta et perfecta, quiete quadam spiritus, vestigio veluti suo insistentis, ab insequentibus separanda. Novam ordiuntur sententiam istæc: εἰ μὲν εἰς λύσιν — Ejusmodi intercisa et abrupta oratio mirifice decet indignantes atque stomachantes. Scatet Demosthenes, cum aliis oratoribus Græcis, ejusmodi exemplis. v. Nostri p. 104. 31. et 117. 19. ed. Steph. Reisk.

Πραθείη] Ita Coisl. Scal. Steph. προθείη Ald. Quæ sequuntur, si sana sint, eas habent argutias, disputandique subtilitatem, cui me imparem esse assequendæ lubens prædicem. In fine commatis, ubi se ipsam prodit corruptela, legere mavult Steph. ἐκβαλεῖν αὐτὸν πειρῶνται. Mecum dispice, quod submonuit vir sollertissimus, nostra tamen prædicatione major. ἀλλ' ἐκ τῆς πατρίδος ἐκβαλεῖν σπουδὴν ποιοῦνται. Nostræ sit laudis ingeniosissimæ conjecturæ fidem adstruere. Τούτου δὲ εἵνεκα τούτους σπουδὴν ἐποιήσατο Λεωνίδης μούνους Ἑλλήναν παραλαβεῖν, ὅτι κ. τ. λ. Herodot. Polymn. 205. Id. Cl. 4. Τὸ μὲν νῦν ἁρπάζειν γυναῖκας ἀνδρῶν ἀδίκων νομίζειν ἔργον εἶναι. Τὸ δὲ ἁρπασθεισέων σπουδὴν ποιήσασθαι τιμωρέειν, ἀνοήτων. Et Pausan. Attic. c. 4. Δελφοὺς διαρπάσαι μάλιστα εἶχεν σπουδήν. [Pro αὐτὸν legas σπουδὴν, et vide ad locum ipsum atque in

102. 1 μένων ἀπολῦσαι ἔστι καὶ ἄλλοθεν εὐπορήσαντι κομισθῆναι, 176
ἐπὶ δὲ τοῖς ἐχθροῖς γενόμενον οὐ δυνατόν· οὐ γὰρ ἀργύριον 177
λαβεῖν προθυμοῦνται, ἀλλ' ἐκ τῆς πατρίδος ἐκβαλεῖν [1] αὐτὸν ποιοῦνται. ὥςθ' ὑμῖν προσήκει μὴ ἀποδέχεσθαι αὐτοῦ διὰ τοῦτο οὐκ ἀξιοῦντος βασανισθῆναι τὴν ἄνθρωπον, ὅτι αὐτὴν ἐλευθέραν ἐσκήπτετο εἶναι, ἀλλὰ πολὺ
5 μᾶλλον συκοφαντίαν καταγινώσκειν, ὅτι παραλιπὼν ἔλεγχον οὕτως ἀκριβῆ ἐξαπατήσειν ὑμᾶς ῥᾳδίως ᾠήθη. οὐ γὰρ δή που τήν γε τούτου πρόκλησιν πιστοτέραν ὑμᾶς νομίζειν δεῖ τῆς ἡμετέρας, ἐφ' οἷς τοὺς αὐτοῦ οἰκέτας ἠξίου βασα- 178
νίζεσθαι. ἃ μὲν γὰρ ἐκεῖνοι ἤδεσαν, ἐλθόντας ἡμᾶς ὡς τοῦ-

[1] ἐμαυτὸν περὶ πλείστου ποιοῦνται A.

Lect. Lysiac. c. 4. exeunte, quo pacto fidem istius emendationis confirmavimus. *In Edit. min.*] TAYLOR. πραθείν et πειρῶνται. CONT. Quam ut ea vendatur, si necesse sit, aliaque nulla pateat via mei ex hostium captivitate redimendi. REISK.

Ἄλλοθεν] *Alio quocunque modo*, non per ancillæ venditionem. possis enim, etsi ancillam haud vendas, libertatem tamen recuperare, prece, gratia, voluntate ipsorum hostium, pecunia quoquo tandem modo comparata, aut corrogata, aut donata tibi, aut mutuo sumta, quo minus necesse habeas ancillam vendere. IDEM.

Κομισθῆναι] Simplex bene si habet, idem valet atque compositum ἀνακομισθῆναι, id est, κατέρχεσθαι, *domum, in patriam redire*. REISK. κομισθῆναι hic idem valet atque ἀνακομισθῆναι, subaudi εἰς τὴν πατρίδα. AUGER.

Γενόμενον, οὐ δυνατὸν] Lege, γενομένην (scil. αὐτὴν) οὐ δυνατὸν, nempe κομισθῆναι, *recipere*. Dicit: ab *Hostibus* quovis alio tempore captiva, data pecunia, redimi potuisset; ab *inimicis*, non item: non enim *pecuniam* inimici, sed *exsilium* et exitium Adversarii sui expetunt. Pro ἄλλοθεν lego ἄλλοτε, *alio tempore*: argumentatione, si recte capio, hunc sensum postulante. Attente legas totum Enthymema, ab istis ἢ δεινόν γε, ad hunc locum; et videbis Exemplum acuminis ejusmodi, quod longe abest ab *Subtilitate* ista, quam in Lysia mirati sunt Veteres. MARKLAND. *Sin autem ego semel potestati meorum inimicorum permissus fuero, fieri nequit*, ut patriam recuperem. nam in οὐ δυνατὸν subauditur a communi ἀνακομισθῆναι, vel κατέρχεσθαι. REISK. Sub. κομισθῆναι. AUGER.

Αὐτὸν ποιοῦνται] Interponendum videtur περὶ παντὸς, aut περὶ πλείστου, aut περούργου. *rebus aliis anteponunt omnibus*, aut *hoc unum omni vi contendunt, ut ipsum temet e patria exterminent*. opponuntur hic inter se αὐτὸν, id est, σεαυτὸν, *temet ipsum*, et ἀργύριον, *pecuniam tuam*. pecunia tua haud moventur: at temet ipsum laborant patria evertere. REISK.

Μὴ ἀποδέχεσθαι κ. τ. λ.] Μὴ ἀποδέχεσθαι τοὺς λόγους αὐτοῦ. SCAL. Infra modo: Οὔκουν δεῖ ὑμᾶς, τηλικούτου ὄντος τοῦ κινδύνου, ῥᾳδίως ἀποδέχεσθαι τοὺς τούτου λόγους. TAYLOR. Bene habet αὐτοῦ. subauditur τὸν λόγον. perinde usurpatur ἀποδέχεσθαί τινος atque τινα, et λόγον τινός. REISK. Adde vel subaudi τὸν λόγον. AUGER.

Τούτων πρόκλησιν] MS. τούτου: quod omnino verum est, vel propter istud, quod sequitur, τοὺς αὐτοῦ οἰκέτας. MARKLAND. τούτου. CONT.

Ἐφ' οἷς] Fort. ἐφ' ἧς. TAYLOR. ἐφ' ἧς. CONT. Non hic vitium, sed in proximo est; id quod statim demonstrabimus. ἐφ' οἷς bene habet, idemque est, atque ἐπὶ τούτοις, ἐπὶ οἷς. Super iisdem capitibus hanc ancillam per tormenta interrogari, super quibus ille servos suos obtulit quæsitioni per tormenta. Hæc est sententia loci. Unde constat post ἠξίου deesse ταύτην. Nostra sponsio, πρόκλησις, vel provocatio, hæc erat, βασανίζεσθαι τὴν ἄνθρωπον ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, ἐφ' οἷς οὗτος ἠξίου τοὺς οἰκέτας βασανίζεσθαι. Rogat judices, ut hanc sponsionem suam ne patiantur sibi minus probari, quam sponsionem adversarii. REISK. i. e. ἐπὶ τοῖς, ἐπὶ οἷς, *ideo quod*. AUGER.

Ἐλθόντας ἡμᾶς] Hæc est superenarratio illorum, quæ modo dixerat, ἃ μὲν γὰρ ἐκεῖνοι ἤδεσαν. nam quæ illi (servi puta) norant, ea ipsi nos fatemur; ut proinde tormentis opus nihil sit, ad ea explorandum, quæ nemo infitiatur. Ecquid autem servi tandem norant? Scilicet ἐλθόντας ἡμᾶς, id est, ὅτι ἤλθομεν ὡς τοῦτον, *norant nos ad hunc venisse*. nil aliud. REISK.

τον, καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν· εἰ δὲ μεταπεμφθέντες ἢ μὴ,
καὶ πότερον [1]πρότερον ἐπλήγην ἢ ἐπάταξα, ἐκείνη μᾶλλον
179 ἂν ᾔδει. ἔτι δὲ τοὺς μὲν τούτου οἰκέτας, ἰδίους ὄντας τού- 10
του, εἰ ἐβασανίζομεν, [2]ἀνοήτως [3]ἄν τι τούτῳ χαριζόμενοι
καὶ παρὰ τὴν ἀλήθειαν ἐμοῦ κατεψεύσαντο· [4]αὕτη δὲ
ὑπῆρχε κοινὴ, ὁμοίως ἀμφοτέρων ἀργύριον κατατεθεικό-
των, καὶ μάλιστα [5]ᾔδει. διὰ ταύτην ἅπαντα τὰ πρα-
180 χθέντα ἡμῖν γεγένηται, καὶ οὐ λήσει [6]οὐδὲν αὐτήν. καίτοι
ἔγωγ' οὐκ ἴσον εἶχον βασανισθείσης, ἀλλ' ἀπεκινδύνευον

[1] πρότερος R. A. [2] εἰκότως A. [3] ἂν ἢ τούτῳ T. [4] αὐτὴ T. A.
[5] ἤδη διὰ ταύτην T. A. ᾔδει, ὅτι διὰ ταύτην R.
[6] οὐδὲν ἐν ταύτῃ. ἔγωγ' ἂν ἴσον T. οὐδὲν ἐν ταύτῃ. ἐγώ τ' ἄνισον R. οὐδὲν ἐν ταύτῃ. ἔγωγ' ἂν ἄνισον A.

Καὶ ἡμεῖς] Id est, ταῦτα καὶ ἡμεῖς. IDEM.

Μεταπεμφθέντες] Scil. a communi repete ἤλθομεν ὡς τοῦτον. IDEM.

Πότερον πρότερον] Sonat vitium. Lege: πότερον πρότερος ἐπλήγην ἢ ἐπάταξα. Supra: ἢ ἐγὼ πρότερος τοῦτον ἐπάταξα. Eadem depravatio init. Orat. VIII. MARKLAND. et *in Edit. min.* TAYLOR.

Ἂν ᾔδει] Bene si habet ἂν, debet ᾔδει accipi sic, ac si dixisset: διὰ τῆς ἐκείνης μηνύσεως ἐφανεροῦτο ἂν. constitisset per hujus ancillæ indicium. Sin autem ᾔδει solito modo etiam hic significat, *norat*, malim pro duobus vocabulis ἂν ᾔδει legi uno συνῄδει. *conscia erat.* REISK.

Ἀνοήτως] Silent Codd. Refinge tamen: Ἀνοήτως ἂν ἢ τούτῳ χαριζόμενοι — ἐμοῦ κατεψεύσαντο. Ne minimo aliquando intervallo in MSS. distant τι et η. ut notum est tractantibus. Repone mox αὕτη. [vel ἀνοήτως ἂν, ἢ τούτῳ, vel εἰκότως ἂν τι τούτῳ. *In Edit. min.*] TAYLOR. Vox ἀνοήτως sine dubio depravata est. Forte: εἰ ἐβασανίζομεν ἄν, εἰκότως ἄν τι — ἐμοῦ κατεψεύσαντο. *si quæstioni subjecissemus, probabile est eos, hujus* (domini sui) *gratia, quidvis in me, etiam præter veritatem, mentitos fuisse.* Nisi malis ἀπρονοήτως, *temere.* MARKLAND. Revocavi lectionem Aldinæ ἄν τι, pro ἂν ἢ, quod Taylori conjecturæ debetur. Cæterum facili opera locum hunc sanes, aut sic, ut pro τούτου εἰ legas uno vocabulo τουτουί. aut sic, ut ἐβασανίζομεν geminetur, ad hunc modum — τούτου, εἰ ἐβασανίζομεν, ἐβασανίζομεν ἂν ἀνοήτως, ἄν (id est, ἐάν) τι. *servos hujus, qui hujus proprii sunt, si torsissemus, torsissemus temere* (si scil. servamus ἀνοήτως, aut, si ἀνοήτως legimus, *in cassum,*) *si quid, in gratiam heri sui, meumque in damnum, mentiti fuissent.* REISK.

Κατατεθεικότων] Subaudi ὑπὲρ αὐτῆς. IDEM.

Ἤδη] Ἤδει (sic) Coisl. Pro sequentibus meam præstabo fidem: καὶ εὖ ᾔδει ὅτι οὐδὲ ἐκ ταύτης ἔγωγ' ἂν ἴσον εἶχον βασανισθείσης, ἀλλ' ἀπεκινδύνευον τοῦτο. TAYLOR. Dedi partim e libris, partim de meo, ᾔδει ὅτι διὰ ταύτην. Prius, scil. ᾔδει dant libri complures. ὅτι de meo addidi, vel potius jam Taylor viderat id addendum esse, tametsi a vera loci sententia quamplurimum is aberravit. Poterat etiam sine ὅτι locus sic emendari: ᾔδει — γεγενῆσθαι, καὶ οὐ λήσειν (in infinitivo). *norat* (adversarius puta meus) *propter hanc mulierem maxime nostras rixas exstitisse omnes, nihilque per eam mansurum esse occultum.* REISK.

Καὶ οὐ λήσει οὐδὲν ἐν ταύτῃ] Lege: καὶ οὐ λήθει οὐδὲν ταύτην: *et nihil hanc latet*, totam rem ab initio intelligit. Demosthenes de Fœd. cum Alex. οὐ γὰρ δὴ λέληθέ γε αὐτοὺς οὐδὲν τούτων. Sequitur: ἔγωγ' ἂν ἴσον εἶχον βασανισθείσης etc. contradicit sibi in verbis proxime sequentibus. Lege: ἴσον οὐκ εἶχον. Dicit: atque ego quidem, si ista quæstioni subjecta fuisset, adeo non æquam conditionem subiissem, ut in hac parte etiam periculum adiissem: multo enim pluris illum quam me ista facit: et tamen etc. Sic Orat. VII. τοῦ τοῖς νικήσασι τὸ ἴσον οὐκ εἴχετε. Ita et ibi legendum. vulgo deest οὐκ. MARKLAND. Subaudi βασανισθείσῃ. *in illa, ubi tormentis subjecta fuerit, nihil latebit*, h. e. omnia in lucem prodibunt, per ipsius confessionem tormentis expressam. totam illa rem patefaciet. Etiam hic locus bene habet. REISK. Ad ἐν ταύτῃ, sub. βασανισθείσῃ. AUGER.

Ἔγωγ' ἂν ἴσον εἶχον] Sic vulgati. Dedi de meo ἐγώ τ' ἄνισον εἶχον. *et ego impar essem habiturus*, h. e. conditione futurus fuissem iniquiore, quam ipse est. aut si ἂν malimus hic servari, sic erit leg. ἂν ἧσσον εἶχον, eadem manente sententia. REISK.

τοῦτο· πολὺ γὰρ περὶ πλείονος τοῦτον ἢ ἐμὲ φαίνεται ποι- 131
ησαμένη, καὶ μετὰ μὲν τούτου ἐμὲ ἠδικηκυῖα, μετ' ἐμοῦ δ' οὐδεπώποτε εἰς τοῦτον ἐξαμαρτοῦσα. ἀλλ' ὅμως ἐγὼ μὲν εἰς ταύτην κατέφυγον, οὗτος δὲ οὐκ ἐπίστευσεν αὐτῇ.

γ'. Οὐκοῦν δεῖ ὑμᾶς, ὦ βουλή, τηλικούτου ὄντος τοῦ κινδύνου, ῥᾳδίως ἀποδέχεσθαι τοὺς τούτου λόγους, ἀλλ' ἐνθυμουμένους ὅτι περὶ τῆς πατρίδος μοι καὶ τοῦ βίου ὁ
20 [1] ἀγών ἐστιν, ἐν ὑπολόγῳ ταύτας τὰς προκλήσεις [2] ποιεῖ- 132
σθαι. καὶ μὴ ζητεῖτε τούτων ἔτι μείζους πίστεις· οὐ γὰρ ἂν ἔχοιμι εἰπεῖν ἀλλ' ἢ ταύτας, ὡς οὐδὲν εἰς τοῦτον [3] προὐνοήθην. ἀγανακτῶ δ', ὦ βουλή, εἰ διὰ πόρνην καὶ δούλην ἄνθρωπον 133

[1] ἀγών. ἔστι μὲν ὑπὸ λόγῳ T. [2] ποιεῖσθαι, T. [3] προνοηθῆναι T. R. A.

Ἀλλ' ἐνθυμουμένους κ. τ. λ.] Vidit Steph. sententiæ minas, itaque ruituram sustentavit: Ἀλλ' ἐνθυμουμένους, ὅτι περὶ τῆς πατρίδος μοι καὶ τοῦ βίου ὁ ἀγὼν, ἔν τινι μὲν ὑπολόγῳ, ταύτας τὰς προκλήσεις ποιεῖσθαι, καὶ μὴ ζητεῖν τούτων ἔτι μείζους πίστεις. Mecum communicavit Vir laudatissimus: ὅτι περὶ τ. π. μ. κ. τ. βίου ὁ ἀγὼν ἕστηκεν, ὑπὸ λόγῳ τ. τ. π. π. Accurate, sed non ita, ut accuratius fieri non possit. Lego enim: Ἐνθυμουμένους, ὅτι περὶ τῆς πατρίδος μοι, καὶ τοῦ βίου ὁ ἀγὼν ἕστηκεν, ὑπόλογον [vel ὁ ἀγὼν ἐστιν, ἐν ὑπολόγῳ. *In Edit. min.*] ταύτας τὰς προκλήσεις ποιεῖσθαι. καὶ μὴ ζητεῖτε τούτων ἔτι μείζους πίστεις· οὐ γὰρ ἂν ἔχοιμι εἰπεῖν ἀλλ' ἢ ταύτας· ὡς οὐδὲν εἰς τοῦτον προνοηθῆναι. Dinarch. c. Demosth. Καὶ Τιμοθέῳ μὲν, ὦ Ἀθηναῖοι, Πελοπόννησον περιπλεύσαντι, καὶ τὴν ἐν Κερκύρᾳ ναυμαχίαν νικήσαντι τοὺς Λακεδαιμονίους, καὶ Κόνωνος υἱεῖ τοῦ τοὺς Ἕλληνας ἐλευθερώσαντος, καὶ Σάμον λαβόντος, καὶ ἑτέρας εἴκοσι πόλεις, οὐ ἐποιήσασθε ὑπόλογον, οὐδὲ τῆς τότε ἐνεστώσης κρίσεως, οὐδὲ τῶν ὅρκων, οὓς ὀμωμοκότες ἐφέρετε τὴν ψῆφον, ἀντηλλάξασθε τὰς εὐεργεσίας. Edit. Steph. p. 91. Ὑπόλογον. Λυσίας περὶ ἀμβλώσεως εἰ γνήσιος, οὐχ ὑπόλογον ὄντα, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἐν λόγῳ. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πυθέου· οὐδεὶς ὑπόλογος βουλῇ γέγονεν, ἀντὶ τοῦ, οὐδεμία παραίτησις. Harpocr. in v. De voce ὑπόλογον vide quæ diximus ad fragm. περὶ τῆς Ἀμβλώσεως. Quæ sequuntur ante finem orationis turbata sunt et fortasse imperfecta. TAYLOR. Sed minore mutatione, vel nulla potius, res geri potest, ita: — ὁ ἀγὼν ἐστιν, ἐν ὑπολόγῳ ταύτας τὰς προκλήσεις ποιεῖσθαι. καὶ μὴ ζητεῖτε τούτων ἔτι μείζους πίστεις (οὐ γὰρ ἂν ἔχοιμι εἰπεῖν ἀλλ' ἢ ταύτας) ὡς οὐδὲν εἰς τοῦτον προνοηθῆναι. Totam sententiam adduxi, prout distingui oportuit. De voce ὑπόλογος vide Harpocrationem. ἐν ὑπολόγῳ ποιεῖσθαι τοῦτο, vel ὑπόλογον ποιεῖσθαι τοῦτο, est, *hujus rei rationem habere*, fere cum significatione *excusationis* vel *absolutionis*. Vide nostrum Orat. XXX. ὑπολογίζεσθαι eodem sensu utitur Andocides Orat. κατὰ Ἀλκιβιάδου, p. 33. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ὑπελογίζοντο τὰς νίκας. quasi diceret, *non absolverunt eum propter victorias*. et Demosthenes alicubi de Corona: et Æschines adv. Ctesiph. p. 82. νεωστὶ γεγενημένων αὐτῷ τῶν εὐεργεσιῶν, ἃς οὐχ ὑπελογίζοντο οἱ δικασταί. de Thrasybulo, in causa quadam damnato. Dinarchus adv. Demosth. p. 91. Τιμοθέῳ οὐχ ἐποιήσασθε ὑπόλογον. *Timotheum non excusavitis*. Et ita p. 110. ubi hæc omnia repetit; et unde locus iste in Orat. adv. Demosth. emendari potest, pro αὐτὸς ἔφη, legendo, αὐτὸν Ἀριστοφῶν ἔφη. De voce πρόκλησις vide Pollucem VIII. 6. segm. 62. et Harpocrationem. MARKLAND.

Ὡς — προνοηθῆναι] Προενοήθην. CONT. Haud me fugit ὡς interdum cum infinitivo construi. Creberrime hoc schema Diodorus Siculus usurpat. Verum Atticis, si bene memini, haud est frequentatum. quare suspicor ὡς esse delendum, ut ex ας proximi vocabuli ταύτας natum. quod si tamen ὡς servetur, suspicer paulum quid deesse, ut integra sententia hunc ad modum procedat: ὡς εἰκός ἐστιν ἐμοὶ οὐδὲν εἰς τοῦτον προνοηθῆναι. *plane non esse consentaneum me vitæ ejus insidias comparasse.* REISK. Hic ὡς, si nihil desit, cum infinitivo construitur. Sed loco προνοηθῆναι malim προὐνοήθην. AUGER.

Καὶ δούλην] Καὶ διὰ δούλην Vind. quod si plane non contemnimus, sed putamus alicujus momenti esse, leg. erit: καὶ, νὴ Δία, δούλην. id quod docet sic dicere personam graviter stomachantis. REISK.

περὶ τῶν μεγίστων εἰς κίνδυνον καθέστηκα, τί κακὸν πώ-
ποτε τὴν πόλιν ἢ αὐτὸν τοῦτον εἰργασμένος, ἢ εἰς τίνα τῶν
πολιτῶν ὁτιοῦν ἐξαμαρτών; οὐδὲν γὰρ ἔμοιγέ ἐστι τοιοῦτον
πεπραγμένον, ἀλλὰ λόγῳ [1] τὸ τῶν πάντων κινδυνεύω πολὺ
134 μείζω συμφορὰν ἐμαυτῷ διὰ τούτους ἐπαγαγέσθαι. πρὸς 25
οὖν παίδων καὶ γυναικῶν καὶ θεῶν τῶν τόδε τὸ χωρίον
ἐχόντων ἱκετεύω ὑμᾶς καὶ ἀντιβολῶ, ἐλέησατέ με καὶ μὴ
περιίδητε ἐπὶ τούτῳ γενόμενον, μηδὲ ἀνηκέστῳ συμφορᾷ
περιβάλητε· οὐ γὰρ ἄξιος οὔτ' ἐγὼ φεύγειν τὴν ἐμαυτοῦ,
οὔτε οὗτος τοσαύτην δίκην παρ' ἐμοῦ λαβεῖν ὑπὲρ ὧν φησὶν
ἠδικῆσθαι, οὐκ ἠδικημένος.

[1] τῷ τῶν πασῶν A.

Ἀλλὰ λόγῳ κ. τ. λ.] Hæc profecto non sunt satis sana, sed levi opera restituenda. Adversarii invidiam, hujusque litis atrocitatem nihil mirum, si hominis bona ubique existimatio et summa, qua floruit, gratia sibi concitavit. Idque ab omnibus uno ore verum esse prædicatur. Ἀλλὰ λόγῳ τῷ τῶν πάντων κινδυνεύω πολὺ μείζω συμφορὰν ἐμαυτῷ διὰ τοῦτο ἐπαγαγέσθαι. TAYLOR. Corrupta hæc esse scio· sed non possum emendare. Nonnulla deesse existimo. MARKLAND. Non offendor illa dictione λόγῳ, τὸ τῶν πάντων. quæ bene habet. nisi quod sic distinguendum est, ut distinxi λόγῳ, τὸ τῶν πάντων. poterant quoque hæc tria vocabula τὸ τῶν πάντων parentheseos includi signis. Verum hoc leve et vix dignum commemoratu est. Post illa vero verba parum quid deesse mihi videtur. e. c. βραχέα (aut σμικρόν τι) ἡμαρτηκώς. *sed sola criminatione tenus peccati mediocris reus factus incidi in periculum cladis per hos,* vel *propter hos, mihi consciscendæ multo maxime.* Supplementum ejusmodi nisi admittas, in quo *crimen exiguum* commemoretur, non habebit πολὺ μείζω συμφορὰν quo referatur. Dicitur is λόγῳ ἡμαρτηκέναι, qui peccati alicujus verbis tantummodo insimulatur, non ἔργῳ convincitur, reapse id peccasse. λόγῳ idem est atque λόγῳ μόνῳ, aut ψιλῷ ῥήματι, cui opponitur ἔργον. In τὸ τῶν πάντων subauditur πρᾶγμα, vel ἔθος, vel ἔργον. id quod cujusvis est, aliquem meris verbis approbatione fideque rerum carentibus, insimulare, criminari. Nemo non hoc facit, aut potest facere, aut solet. Verum pauci suis criminationibus fidem adstruere aut norunt, aut curant. REISK. Locum obscurum et valde difficilem utcunque emendavi mutando τὸ in τῷ pro τινὶ, et πάντων in πασῶν ad quod subaudio συμφοραῖν. Hic supponendum, quod certe potest supponi, reum adversarios suos aliquibus dictis læsisse. AUGER. Reiskii interpretatio non magis intelligi potest quam contextus ipse. Equidem mihi videor facili emendatione sanitatem huic loco reddidisse; verba nempe male divisa sunt et hinc postea corrupta. Lysiam credo ita scripsisse: ἀλλ' ἀλογώτατον πάντων κινδυνεύω etc. sensus est: *nihil ego unquam neque in cives neque in patriam peccavi, sed iniquissime omnium jam in periculo sum, ne propter adversarium hunc meum et servam multo majoris mihi ipse auctor sim calamitatis, quam si patriæ maximum intulissem damnum.* πάντων superlativis additur ad majorem efficaciam: vid. v. 9. Aristoph. Av. 1530. Eccles. 1028. ut autem εὔλογον, *æquum, justum,* notat v. c. p. 115. 15. ed. Steph. et sæpe alibi, ita ἄλογον, *injustum, iniquum.* Thucyd. l. vi. c. 84. ὃν ἀλόγως ἡμᾶς φησὶ δουλωσαμένους τοὺς ἔνδαδε ἐλευθεροῦν. et c. 85. ἀνδρὶ δὲ τυράννῳ οὐδὲν ἄλογον ὅτι ξυμφέρον. SLUITER.

Τούτους] Cum contemtu et indignatione est pronunciandum. *propter hos,* ancillam puta, et ne illam quidem frugi, sed quæstum meretricium exercentem, ejusque herum, qui idem herus ejus et amicus atque defensor est. Cæterum nil video, quare Lysiæ abjudicari debeat hæc oratio, quæ ingenium ejus respiret. Cum superiori oratione commune nil habet, præter forum idem, causæque titulum, τραυμάτων ἐκ προνοίας. Ambæ in crimine cædis præmeditatæ versantur. reliqua omnia diversa sunt. REISK.

ΛΥΣΙΟΥ

ΥΠΕΡ ΚΑΛΛΙΟΥ ΙΕΡΟΣΥΛΙΑΣ

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Hujus δευτερολογίας argumenti adornandi potestatem nobis invidit temporis injuria. Ἱεροσυλίας agitur Callias, advena, uti videtur, non ille tunc temporis nomine satis celebris, Hipponici filius, (cujus genealogiam deducit Palmer. Exercit. p. 754.) Accusant Servi.

Pag. ed. H. Steph. — Pag. ed. Reisk.

102. 35 ΕΙ μὲν περὶ ἄλλου τινὸς ἢ τοῦ σώματος, ὦ ἄνδρες δικα- 185
σταί, Καλλίας ἠγωνίζετο, ἐξήρκει ἄν μοι καὶ τὰ παρὰ 186
τῶν ἄλλων εἰρημένα· νῦν δέ μοι δοκεῖ αἰσχρὸν εἶναι, κε-
λεύοντος καὶ δεομένου, καὶ φίλου ὄντος καὶ ἐμοὶ καὶ — ἕως
ἔζη — τῷ πατρὶ, καὶ πολλῶν συμβολαίων ἡμῖν πρὸς ἀλ-
40 λήλους γεγενημένων, μὴ βοηθῆσαι Καλλίᾳ τὰ δίκαια ὅπως
ἂν δύνωμαι. ἐνόμιζον μὲν οὖν οὕτω μετοικεῖν αὐτὸν ἐν ταύ-
τῃ τῇ πόλει, ὥστε πολὺ πρότερον ἀγαθοῦ τινὸς τεύξεσθαι
παρ' ὑμῶν ἢ ἐπὶ τοιαύταις αἰτίαις εἰς τοσοῦτον κίνδυνον
καταστήσεσθαι· νῦν δὲ οἱ ἐπιβουλεύοντες οὐχ ἧττον ἐπι-
κίνδυνον ποιοῦσι τὸν βίον τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσιν ἢ τοῖς πολ-
λῶν κακῶν αἰτίοις οὖσιν. ὑμᾶς δὲ ἄξιον μὴ τοὺς μὲν τῶν
103. 1 θεραπόντων λόγους πιστοὺς νομίζειν, τοὺς δὲ τούτων ἀπί-

ΑΠΟΛΟΓΙΑ] Oratiuncula hæc quominus integra habeatur, nil equidem video, quod intercedat. tametsi fieri possit, ut pars ejus, eaque nescio an haud mediocris interciderit. Neque hoc intelligo, quid auctorem elogii in suspicionem induxerit, hic causam sacrilegii agi. Vel solum illud, quod ipso in limine occurrit, τοῦ σώματος, alio vertere suspicionem debebat; Ergone sacrilegii rei venibant? atqui morte luebant. Sed capitis rei non ὑπὲρ τοῦ σώματος, sed περὶ τῆς ψυχῆς ἠγωνίζοντο. De corpore dicitur Atticis ille periclitari, de quo certatur, utrum servilis sit conditionis, an ingenuus. Denique aut hæc non est δευτερολογία, aut Taylor illi voci novam attribuit vim, qua mihi quidem nondum innotuit. δευτερολογία est, cum reus idem ad actoris secundam actionem respondet. Hæc autem oratio est advocati Calliam reum defendentis. Verum videtur Taylor hasce duas res, quæ diversæ sunt, rei defensionem posteriorem, cum ipse iterum pro sese dicit, cum intercessione amici ad patrocinandum advocati commiscuisse. Reisk. Post ΑΠΟΛΟΓΙΑ in titulo Contius notat λόγος ἀτελής. Auger.

Εἰρημένα] Subaudi ὑπὲρ αὐτοῦ. Reisk.

Τούτων ἀπίστους] *Horum*, np. patronorum Calliæ. Auger.

στους, ἐνθυμουμένους ὅτι Καλλίᾳ μὲν οὐδεὶς πώποτε οὔτ' ἰδιώτης ἐνεκάλεσεν οὔτε ἄρχων, οἰκῶν δ' ἐν ταύτῃ τῇ πόλει πολλὰ μὲν ἀγαθὰ ὑμᾶς ἐποίησεν, οὐδεμίαν δὲ σχὼν αἰτίαν εἰς τοῦτο τῆς ἡλικίας ἀφῖκται, οὗτοι δὲ ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ μεγάλα ἡμαρτηκότες καὶ πολλῶν κακῶν πεπειραμένοι, ὥςπερ ἀγαθοῦ τινὸς αἴτιοι γεγενημένοι περὶ ἐλευθερίας νυνὶ ποιοῦνται τοὺς λόγους. καὶ οὐ θαυμάζω· ἴσασι γὰρ ὅτι ἂν ψευδόμενοι ἐλεγχθῶσιν, οὐδὲν μεῖζον τῶν ὑπαρχόντων πείσονται, ἐὰν δὲ ὑμᾶς ἐξαπατήσωσι, τῶν παρόντων κακῶν
187 ἔσονται ἀπηλλαγμένοι. καίτοι τοὺς τοιούτους οὔτε κατηγόρους οὔτε μάρτυρας πιστοὺς χρὴ νομίζειν εἶναι, οἵτινες αὐτοὶ μεγάλα κερδαίνοντες περὶ ἑτέρων ποιοῦνται τοὺς λόγους, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ὅσοι τῷ δημοσίῳ βοηθοῦντες εἰς κινδύνους σφᾶς αὐτοὺς καθιστᾶσιν. ἄξιον δέ μοι δοκεῖ εἶναι οὐ τούτων ἴδιον ἡγεῖσθαι τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ κοινὸν ἁπάντων τῶν ἐν τῇ πόλει· οὐ γὰρ τούτοις μόνοις εἰσὶ θεράποντες, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οἳ πρὸς τὴν τούτων τύχην ἀποβλέποντες οὐκέτι σκέψονται, ὅ τι ἀγαθὸν εἰργασμένοι τοὺς δεσπότας ἐλεύθεροι γένοιντο, ἀλλ' ὅ τι ψεῦδος περὶ αὐτῶν [1] μηνύσαντες.

[1] μηνύσαντες * * * T.

Οὗτοι] Hic per οὗτοι designat orator servos qui Calliam herum suum testimoniis premebant. IDEM.

Κερδαίνοντες] In hac particula Orationis nihil notatu dignum, nisi quod pro κερδαίνοντες legendum videtur κερδανοῦντες, in Futuro. Cæterum τὸν ὑπὲρ Καλλίου citat Harpocration V. Τίμημα, sine ulla νοθείας suspicione; nulla tamen Ἱεροσυλίας mentione facta: adeo ut utrum hanc Orationem voluerit nec ne, non pro certo affirmari possit. Alius quoque κατὰ Καλλίου, Ὑβρεως, meminit Jul. Pollux III. 8. segm. 76. MARKLAND. Bene habet κερδαίνοντες. Marklandi conjectura κερδανοῦντες si probetur, etiam pro βοηθοῦντες legendum sit βοηθήσοντες. quod ne ipsi quidem illi visum fuit; nedum ut alii cuiquam in mentem veniat. REISK. Malim cum Marklando κερδανοῦντες. AUGER.

Τούτων ἴδιον] *Horum*, sc. Calliæ et aliorum qui sunt in eadem causa. Ad eosdem refer τούτοις. IDEM.

Τούτοις] Calliæ puta et advocatis ejus. vel universe inquilinis omnibus, cujusmodi Callias erat. REISK.

Τούτων] Utrorum, dominorum, an servorum? nam utrumque convenit. ego tamen servos potius hic arbitror designari. IDEM. Hic τούτων intelligo servorum Calliæ. AUGER.

Μηνύσαντες] Deesse aliquid huic orationi, an contra plenam esse, quis pro certo definierit. Utrumque incertum est, hoc certum, argumentis certis demonstrari non posse, μείουρον esse. Nihil ei ad perfectionem sententiæ deest. Et advocatorum (τῶν συνηγόρων) orationes intercessorias ad deprecandum pro reo compositas, breves fuisse, non credibile modo, sed certum adeo est. λείπει, quod hic in Aldina legitur, non ad hujus orationis finem, sed ad initium insequentis pertinet. Asteriscos itaque hinc detraxi. REISK. Ad λείπει quod Aldus, spatio vacuo interposito, habet post μηνύσαντες, Contius addit τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου τούτου. Equidem arbitror nihil deesse in hac oratione, ob rationes in versione mea Gallica allatas. AUGER.

I. OTT. SLUITERI

AD

ORATIONEM CONTRA ANDOCIDEM

PRÆFATIO.

ORATIONEM Andocideam *de Mysteriis* postquam percensuimus, haud abs re erit de Lysiæ Oratione *contra Andocidem*, quæ contraria illi vulgo habetur, nonnulla subjicere, ut, quæ ad illam causam pertineant, omnia uno quasi in conspectu ponamus. Priusquam vero ad criticas animadversiones progrediamur, de auctore hujus Orationis propius est videndum; quam Orationem simul ac legi, suspicatus sum non a Lysia esse scriptam; relectam sæpius illo prorsus indignam judicavi. Nam, sive in Lysiæ intueamur ingenium, sive hanc Orationem cum contraria Andocidis comparemus, in eam incidamus cogitationem necesse est, non illam a Lysia fuisse conscriptam, neque in fori lucem productam, sed in scholæ umbraculis ad formam Orationis forensis confictam, fœtumque Oratori temere suppositum. Est enim Lysias constanti veterum judicio habitus subtilis, acutus, tenuis, elegans, facetus, brevis, qui nihil habeat insolens neque ineptum, sordibus immunis, veritatis studiosus: in narratione præsertim concisus, neque rem verborum ampullis exornans; sed id, quod proposuerit, sensim efficiens et quasi furtim: "habet" denique, ut ait Quinctilianus (Inst. Or. l. IX. c. 4.) "maximam gratiam simplicis atque inaffectati coloris."

Harum vero virtutum quamnam in hac Oratione inesse dicamus? Subtilitatemne aut tenuitatem? At nusquam apparent. An simplicem Lysiæ narrationem veritatisque studium? Sed hæc quoque frustra quæras. Fictus hic Orator semper rem auget, declamat, nihil probat: in causa tam gravi neque Legem affert, neque testem producit, contra morem Lysiæ, qui, licet de rebus agat in vulgus notis, numquam tamen sine testimonii dictione rem peragit. Neque dicat quis non integram nobis Orationem superesse, sed tantummodo fragmentum: nihil enim præter exordium deesse videtur; cum narratio, quamvis alieno loco, brevissima, nullisque argumentis confirmata, exstet tamen et post multam declamationem sequatur

p. 105. v. 13. seqq. ed. Steph. Adeo autem hic perturbata sunt omnia, ut subinde nexus nullus neque cogitationum, neque orationis, appareat. Auctor hujus declamationis omnia permiscet, ordinis nullam habet rationem: largus est verbis locisque communibus, sententiarum et argumentorum parcus, ut sophistæ ornatum facile detegas. Sophistarum quippe est, dum veram causam negligunt, in locos communes evagari, qualis hic præsertim est locus *de ira Numinis et vindicta divina, quæ lento, sed certo, gradu impios consequatur:* is igitur locus a Pseudo-Lysia ad satietatem usque inculcatur. Neque enim subsistit in *ῥήσει* ista longiori p. 105. v. 6. *οὔτε γὰρ ὁ θεὸς παραχρῆμα κολάζει* cæt. quam tamen, quicunque Andocideam *de Mysteriis* legerit, facile videat ad verba Andocidis esse effictam, non autem scriptam ab Andocide defensionem (p. 18. v. 12.) ut Lysiacæ disputationi *de sera Numinis vindicta* responderet: longum igitur istum pannum Philosophum seu Ethicum consuisse declamatori non sufficit, sed in ira illa divina sæpius recoquenda genio indulget: *Ὁ θεὸς γὰρ λήθην ἔδωκεν·* — *Ἔφευγε μὲν τοὺς ἐνθάδε θεούς·* — *Ἃ τούτῳ ὁ θεὸς οὐκ ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐπινοεῖν δίδωσιν, ἀλλὰ τιμωρούμενος τῶν γεγενημένων ἀσεβημάτων·* — *Μὴ γὰρ οἴεσθε, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, εἰ ὑμεῖς βούλεσθε τὰ τούτῳ πεποιημένα ἐπιλαθέσθαι, καὶ τοὺς θεοὺς ἐπιλήσεσθαι·* — *Ὁ δὲ θεὸς ὑπῆγεν αὐτόν·* — *Πῶς οὐ θεῶν τις τὴν τούτου γνώμην διέφθειρεν;*—passim hæc per totam Orationem sparsa sunt. Nihil vero rhetorem magis sapit et declamatorem, quam injecta Diagoræ Melii mentio, p. 104. v. 39. ubi Andocides dicitur *Διαγόρου τοῦ Μηλίου ἀσεβέστερος*, hyperbolice adeo et per *αὔξησιν* sophisticam, ut, quod ei simile sit, in Lysiæ Orationibus non reperiatur.

Deinde quum Andocides in Oratione, quam huic dicunt contrariam, præsertim id agat, ut ostendat Isotimidis Psephisma ad se non pertinere, et abrogatum esse per Psephismata Patroclidis et Tisameni, Legemque *ἀμνηστείας*: tum vero se quoque contineri pactis post reditum populi initis, et jurejurando illis temporibus præstito, facile intelligitur, id fuisse caput accusationis, Andocidem psephismate Isotimidis arceri a templis, neque ad ipsum Decreta illa Patroclidis et Tisameni pertinere. Hic vero neque Psephismatis neque Legum illarum ulla mentio: pacta et jusjurandum leviter tanguntur, nec subtiliter de iis disputatur, ut solet Lysias, sed clamat homo et perorat.

Porro quis credat Oratorem tota antiquitate celebratissimum sæpius per ignorantiam in errores esse lapsum, aut sibi ipsum contraria dixisse? quod in hac Oratione sæpius factum esse videmus. Ita v. g. p. 104. v. 15. dicitur Andocides accusasse Aristippum, *φάσκων ἀσεβεῖν περὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν αὐτοῦ πατρῷον*; quasi Hermes ille a majoribus suis esset consecratus, quem constat fuisse dona-

rium Tribus Ægeidos: meritoque Palmerius Exerc. in A. Gr. p. 658. miratur, "Lysiam hoc loco non notavisse hominis vanitatem, si ea statua non fuit majorum suorum donarium, ut volunt Æschines et Plutarchus," aliique quos supra citavi. "Forte," addit, "id ignorabat, et sequebatur communem errorem." Tempore autem Lysiæ communis iste error seu vulgaris opinio nondum invaluerat, cum Hermes Andocidis ab ipso demum Oratore famam nomenque in historia acceperit; quoniam, cæteris Hermis truncatis, solus ille, qui prope januam Andocidis erat, integer manserat. Sed postea demum, cum rationem appellationis haud satis perspicerent vel ignorarent homines, *πατρῷον* Andocidi fuisse crediderunt. Inter eos, qui falsam opinionem sequebantur, Duris fuit, patria Samius, secta Peripateticus, teste Harpocratione v. *Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς*. Et hæc quidem res scriptæ Orationis ætatem non obscure indicare videtur, eam nempe, qua, ad exemplum Demetrii Phalerei, pro veris in foro causis, fictas in scholis agere, atque in umbra declamare cœperunt. Sed alios porro Rhetoris errores recenseamus. Pag. 105. v. 13. narrat Andocidem, quum esset accusatus de Hermis violatis, litem æstimasse vinculis, cum potuisset pecunia æstimare, et noluisse servum conscium tradere, sed curasse ut necaretur: quæ videtur enucleatius tradere Pseudo-Plutarchus in Vit. Andocid. ut monui Cap. 3.—Pag. 107. v. 17. seqq. dicitur Andocides nunquam militasse, qui classi præfuerit cum imperio. Ibid. v. 39. a sacerdotibus devotus fuisse perhibetur Andocides, de quo dixi Cap. 4. Hæc omnia ita et perturbata sunt et falsa, ut a Lysia proferri in judicio non potuerint. Neque vero errores tantum hæc Oratio complectitur, quorum unum vel alterum fortasse Lysiæ quis condonare possit, sed adeo sui oblitus est, qui illam conscripsit, ut sibi ipse interdum obloqueretur, prouti p. 105. v. 18. *καὶ ἐμήνυσε δεδεμένος κατὰ τῶν αὐτοῦ συγγενῶν καὶ φίλων, ἀδείας δοθείσης αὐτῷ, εἰ δόξειε τἀληθῆ μηνῦσαι. καὶ τίνα αὐτὸν δοκεῖτε ψυχὴν ἔχειν, ὁπότε τὰ μὲν ἔσχατα καὶ τὰ αἴσχιστα ἐποίει, μηνύων κατὰ τῶν ἑαυτοῦ φίλων, ἡ δὲ σωτηρία ἀφανὴς αὐτῷ; μετὰ δὲ ταῦτα — ἔδοξε τἀληθῆ μηνῦσαι, καὶ ἐλύθη.* Nonne igitur illi spes salutis erat, cui pœnæ immunitas erat promissa, si alios indicasset, et qui revera hoc facto pœnam effugit? de qua re conferri possunt, quæ dixi Cap. 3. Aliud exemplum addam p. 105. in fin. *τὸ δὲ τελευταῖον νῦν ἀφικόμενος εἰς τὴν πόλιν, δὶς ἐν τῷ αὐτῷ* (*ἐνιαυτῷ* non male inserit Reiske) *ἐνδέδεικται. καὶ τὸ μὲν σῶμα ἀεὶ ἐν δεσμοῖς ἔχει, ἡ δὲ οὐσία αὐτοῦ ἐλάττων ἐκ τῶν κινδύνων γίνεται. καὶ* (recte Marklandus *καίτοι*) *ὅταν τις τὸν αὐτοῦ βίον τοῖς ἐχθροῖς καὶ τοῖς συκοφάνταις διανέμει, τοῦτ' ἐστὶ τὸ [βιοῦν] τὸν βίον ἀβίωτον.* Contra vero p. 103. v. 28. p. 104. v. 4. seqq. p. 106. v. 7. seqq. dicit Andocidem jam pollere in Republica, in senatum venire, alios honorem petentes suo suffragio improbare,

et fortasse brevi Archontem fore; p. 107. v. 27. divitem esse Andocidem suisque bonis reipublicæ egestatem posse sublevare.

Præterea plures sunt in hac Oratione locutiones, quæ sophistam sapiant et a veteri simplicitate et Lysiæ more abhorreant: ut p. 105. v. 4. *ἀφικόμενος εἰς τὰ ἁμαρτήματα.* ibid. v. 24. *ἐξ ὅσου Ἀθηναῖοι ἀείμνηστοί εἰσι.* ibid. v. 36. *καταπλεύσας εἰς δημοκρατίαν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν.* cujusmodi locutionum nullum apud Lysiam exemplum inveni.

Denique cum tres fuerint accusatores Andocidis, Cephisus, Epichares et Melitus, a nullo eorum hæc Oratio dicta videtur: non a Cephisio, quoniam dicit Auctor Declamationis p. 106. in fin. *ἴσως οὖν καὶ Κηφισίου ἀντικατηγορήσει, καὶ ἕξει ὅ, τι λέγοι· τὰ γὰρ ἀληθῆ χρὴ λέγειν.* cæt. Quapropter inconsiderate fecit, qui et hæc de Cephisio dicat, et locum Andocidis p. 18. v. 1. *κατηγόρησαν δὲ μοῦ καὶ περὶ τῶν ναυκληριῶν καὶ περὶ τῆς ἐμπορίας, ὡς ἄρα θεοὶ διὰ τοῦτο μὲ ἐκ τῶν κινδύνων σώσαιεν, ἵνα ἐλθὼν δεῦρο (ὡς ἔοικεν) ὑπὸ Κηφισίου ἀπολοίμην·* ita in suam Orationem transtulerit p. 105. v. 2. *οὐ γὰρ ὡς δεδιὼς τὰ πεποιημένα, ἀλλ' ὡς θαῤῥῶν ναυκληρίᾳ ἐπιθέμενος, τὴν θάλατταν ἔπλει. ὁ δὲ θεὸς ὑπῆγεν αὐτὸν, ἵνα ἀφικόμενος εἰς τὰ ἁμαρτήματα ἐπὶ τῇ ἐμῇ φάσει* (ita lego) *δῴη δίκην*: quasi Oratio a Cephisio habita esset: Andocides enim ad quoddam Cephisii in Accusatione dictum de negotiationibus suis transmarinis manifesto respicit. Igitur Cephisius turpissimos mores ipse suos fassus sit, dixeritque *Κηφισίου ἀντικατηγορήσει.* Neque etiam ab Epichare pronunciata fuit hæc Oratio, quum dicat Andocides p. 13. v. 27. Epicharem impurum scortorum amorem sibi exprobrasse; cui ne simile quidem hic invenimus. Melito pessimo Sycophantæ Lysiam stilum venalem præbuisse, eo minus est credendum, quo minus is, qui poetica facultate se efferret, literarumque profiteretur scientiam et usum, qui in foro et accusationibus versaretur, aliena opera indigebat, ut reos, quibus male cuperet, scripta calumnia disperderet. Phileas hic in censum non venit, a quo accusatum Andocidem narrat Suidas v. *Φιλέας.* *Φιλέας*, inquit, *Ἀνδοκίδην ἱεροσυλίας ἐγράψατο· ὥσπερ οὐκ αὐτὸς ὢν ὁ τῆς θεοῦ τὸ γοργόνειον ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ὑφελόμενος.* Hæc quippe et longe alia res est, et unius Suidæ nititur auctoritate. Nusquam enim Phileæ mentionem facit Andocides, nedum ut accusatoris.

Si cui meam his argumentis sententiam minus probaverim, sed aliorum is auctoritatem desideret, hac quoque minime caremus. Nam et Ruhnkenius Hist. Crit. Or. Gr. p. 50. non germanam hanc Orationem judicavit, et dubitasse etiam Valckenaerium indicavit mihi Vir Clar. Ioannes Luzacius. Neque hi tantum viri eruditissimi, sed Grammatici quoque antiqui spuriam eam censuerunt. Certe Harpocration, qui tribus locis eam memorat, bis addit *εἰ*

γνήσιος: primum v. Καταπλῆξ — Λυσίας ἐν τῷ κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας (p. 107. v. 34.), εἰ γνήσιος ὁ λόγος: deinde v. φαρμακὸς — Λυσίας ἐν τῷ κατ' Ἀνδοκίδου ἀσιβείας (p. 108. v. 4.), εἰ γνήσιος: at v. Ῥόπτρον, (quod exstat initio fragmenti) nullam notam suspicionis addidit. Quis autem Declamationis auctor sit habendus, non est exploratum; neque de hac re certo ausim statuere. Non tamen illam ab æquali Andocidis esse scriptam ipse stilus et scribendi ratio docere videtur, quippe quæ multum abhorret ab antiqua illa Atticorum simplicitate et tenuitate; neque naturalem illum habet et Atticum colorem, sed nitorem quendam fucatum. Quapropter eam potius a rhetore vel sophista posterioris ætatis, quam ab æquali quodam Lysiæ profectam esse censeo: forte auctor ab ætate Demetrii Phalerei non longe fuit remotus. Probabile autem est, causam tam celebratam pulcherrimam rhetoribus præbuisse materiem, in qua sibi elaborandum putarent, fœtumque suum Lysiæ tribuerent, quem scirent Andocidis fuisse æqualem. Atque hinc factum esse existimo, ut plures Lysiæ nomine contra Andocidem Orationes olim exstiterint, quarum nullam tamen germanam habuit Harpocration: hic enim v. Πλειστηριάσαντες laudat Lysiam ἐν τῷ κατ' Ἀνδοκίδην, εἰ γνήσιος, et v. Ἐπίγυον ejusdem Orationem κατ' Ἀνδοκίδην ἀποστασίου, εἰ γνήσιος. Ex omnibus autem Oratoribus Atticis nullus fuit, cujus nomine ita abusi sint Rhetores, uti nomine Lysiæ. Hujus enim ex 425 Orationibus fere 200 ab antiquis habitæ sunt spuriæ: vid. Photius in Lysia (Cod. 261.) et Suidas v. Λυσίας· Facilius autem Lysiacam tenuitatem, quam aut numerum Isocratis aut vim dicendi Demostheneam imitari se posse illi confidebant: unde frequens ista ad Lysiæ Orationes Grammaticorum nota, εἰ γνήσιος.

Quamvis autem Lysiæ falso tribui credam hanc Orationem, haud tamen indigna est, in qua emendanda elaboremus. Nam multis etiamnum scatet nævis, quos alii nondum expurgasse videntur. Nonnulla etiam, quæ aliorum diligentiam fugerunt, ex Valckenaerianis depromemus. Sic ad ipsum initium Orationis notat Valckenaerius, Taylorum, qui in Lect. Lys. c. 8. nonnulla collegit de tristissima morte per inediam, omisisse tamen locum, quem Auctor Orationis expressit Thucydideum p. 205. v. 63. εἱλόμεθα ἂν πρό γε τούτου τῷ αἰσχίστῳ ὀλέθρῳ λιμῷ τελευτῆσαι. "Forsan et hic, inquit, posuerat αἰσχίστῳ pro ἀλγίστῳ, uti Lysias p. 247. v. 14. ἠναγκάζοντο αἰσχίστῳ καὶ ἀκλεεστάτῳ ὀλέθρῳ ἀπόλλυσθαι. Ita et Polyænus p. 77. v. 6. λιμῷ αἴσχιστα ἀλώσοιντο. Aliis tamen etiam θάνατος ille dicitur οἴκτιστος, locis quæ Taylorus designavit."

ΛΥΣΙΟΥ

ΚΑΤ' ΑΝΔΟΚΙΔΟΥ ΑΣΕΒΕΙΑΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Cautum erat Legg. Atticis, ne cui *ἀτίμῳ* liceret templa adire, aut rebus civilibus sese adjungere. Andocides, qui ob profanata Cereris Mysteria atque Hermas obmutilatos, *ἀτιμία* olim notabatur, ea lege se teneri noluit. Ei igitur Ἐνδείξεως scribitur dica. Quam cum agit Cephisius quidam, *δευτεραγωνιστεῖ* Orator præ manibus. Utrique adversariam et quidem luculentam orationem habuit Andocides, sub alieno tamen nomine, sc. *περὶ τῶν μυστηρίων* adhuc delitescentem. Non igitur utique periit ejus *περὶ τῆς ἐνδείξεως λόγος*, quam memorant Plutarchus in vita et Harpocrat. in *ζητητής*.

Acta est causa non diu post sublatos triginta viros, in Eleusinio, mense Boedromione, postridie sc. *τῶν μυστηρίων*, quo die pariter et loco voluit Solo quæstionem haberi, Rege referente, de iis qui in proximis Religionibus quidquam peccavissent.

Pag. ed. Reisk. — Pag. ed. H. Steph.

188 * * * ἔδησε τὸν ἵππον ἐκ τοῦ ῥόπτρου τοῦ ἱεροῦ ὡς 103. 17
190 ἀποδιδοὺς, τῇ δ' ἐπιούσῃ νυκτὶ ὑφείλετο. οὗτος οὖν ὁ ταῦ-

ΚΑΤ' ΑΝΔΟΚΙΔΟΥ] In Editt. vulgatis, Aldi puta Stephanique hærebat hoc fragmentum cum præcedenti, cum quo tamen nihil habet commune. *Resecavimus*, et ab initio *supplevimus*. Istius fidem faciunt multa: utriusque quæ sequuntur. *Λυσίας κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας.* Ἔδησε τὸν ἵππον ἐκ τοῦ ῥόπτρου τοῦ ἱεροῦ. Harpocr. in *ῥόπτρον*, et totidem syllabis ibidem ejus compilator Suidas. Ἀπὸ τοῦ ῥόπτρου, ὅπερ ἐστὶ κατὰ τοὺς παλαιοὺς πλῆγμα ἢ ῥόπαλον, ἢ καὶ ἄλλως πάγη, ῥομφαῖα, εἶδος ξίφους ἢ ἐπίσπαστρον. διὸ Λυσίας κρίκον θύρας αὐτὸ εἶναι δηλοῖ ἐν τῷ, Ἔδησε τὸν ἵππον ἐκ τοῦ ῥόπτρου τοῦ ἱεροῦ, κατὰ Ἀνδοκίδου ἐν τῷ περὶ ἀσεβείας τοῦτο εἰπών. Eustath. ad Il. A. Quem itidem verbum verbo exscripsit Phavorinus, nisi quod *ἐπίπαστρον* legat, quod emendari jubeo. Similiter Moschop. *περὶ σχεδ.* Καὶ ὁ κρίκος, ὡς παρὰ Λυσίᾳ, Ἔδησε τὸν ἵππον ἐκ τοῦ ῥόπτου (lege *ῥόπτρου*) τοῦ ἱεροῦ. In his mihi aliqua ex parte præcesserunt viri eruditi. V. Canter. Nov. Lect. VIII. 4., Maussac. ad Harpocr. l. c., Kuster. ad Suid. v. *φαρμακὸς*, et Palmer. Exerc. p. 657. Male Scalig. *Λυσίου κατ' Ἀνδοκίδου περὶ Ἑρμῶν ἀποκοπῆς. λείπει ἡ ἀρχή.* Quid Meursius interea? Exstat, inquit ille in Biblioth. Attica, *κατ' Ἀνδοκίδου ἱεροσυλίας* oratio (Personam videlicet ex hoc fragmento arripuit, crimen ex superiore). Alteram *κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας* intercidisse existimat, et, quod jure miireris, notitiam non aliunde, quam ex Suid. in v. *ῥόπτρον*, desumpsit. TAYLOR. Mutila est hæc oratio, et multa initio desunt. Adducebat orator, ut conjicere licet, multa exempla impiorum qui pœnas dederant, hicque narrationis historiæ alicujus finem habemus. Contius quoque novam incipit orationem cum hoc titulo ΚΑΤ' ΑΝΔΟΚΙΔΟΥ ΑΣΕΒΕΙΑΣ, et addit ex Harpocratione voces ἔδησε τὸν ἵππον. AUGER.

Ἐκ τοῦ ῥόπτρου] Tribus vocabulis hanc Orationem auxit Harpocration V. *ῥόπτρον*, Ἔδησε τὸν ἵππον ἐκ τοῦ ῥόπτρου τοῦ ἱεροῦ. Idem passim citat hunc *λόγον*, adjecto solenni isto, *εἰ γνήσιος*. Scripsit Lysias et alium *πρὸς Ἀνδοκίδην, Ἀποστασίου, εἰ γνήσιος*, Voce *Ἐπίγυον*. et simpliciter *κατ' Ἀνδοκίδου, εἰ γνήσιος*, V. *Πληστηριάσαντες*. Adeo ut tres esse possint contra Andocidem scriptæ Orationes. MARKLAND.

Ὑφείλετο] Mirarer, si ex loco laniato pessimeque excepto integram historiam simus exprompturi. At profecto ex Andocide *ἀπολογουμένῳ* tantundem. Huic enim criminationi videtur his verbis respondere: *Καὶ γὰρ ὁ λόγοι τῶν κατηγόρων ταῦτα τὰ δεινὰ, καὶ φρικώδη ἀνωρθίαζον, καὶ λόγους εἶπον, ὡς πρότερον ἑτέρων ἁμαρτόντων, καὶ ἀσεβησάντων περὶ τὼ θεὼ, οἷα ἕκαστος αὐτῶν ἔπαθε καὶ ἐτιμωρήθη.* Non multum abludit facinus, quod olim fecit Phileas

τα ποιήσας θανάτῳ τῷ ἀλγίστῳ ἀπώλετο, λιμῷ· πολλῶν
20 γὰρ καὶ ἀγαθῶν αὐτῷ ἐπὶ τὴν τράπεζαν παρατιθεμένων,
ὄζειν ἐδόκει τοῦ ἄρτου καὶ τῆς μάζης κάκιστον, καὶ οὐκ
ἠδύνατο ἐσθίειν. καὶ ταῦτα πολλοὶ ἡμῶν ἤκουον τοῦ ἱερο- 191
φάντου [1] λέγοντος. [2] ὅτι Ἀνδοκίδης μηνύων τοὺς αὐτοῦ συγ-
γενεῖς καὶ φίλους [3] ἀπώλλυε, φάσκων αὐτοὺς συνεργοὺς 192
εἶναι. δίκαιον οὖν μοι δοκεῖ εἶναι νῦν ἐπὶ τούτῳ τὰ τότε
λεχθέντα ἀναμνῆσαι, καὶ μὴ μόνον τοὺς τούτου φίλους ὑπὸ
25 τούτου καὶ τῶν τούτου λόγων ἀπόλλυσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐ-
τὸν τοῦτον ὑφ' [4] ἑτέρου. ἀδύνατον δὲ καὶ ὑμῖν ἐστὶ, περὶ

[1] λέγοντος, T.
[2] [ὅτι . . . . εἶναι.] A.
[3] ἀπολλύων T. R. ἀπώλλυ A.
[4] ἑαυτοῦ μηνυθῆναι. ἀδύν. A.

quidam. Certe tempora non abludunt. Ecce enim. Φιλέας Ἀνδοκίδην ἱεροσυλίας ἐγράψατο, ὥςπερ οὐκ αὐτὸς ὢν ὁ τῆς Θεοῦ τὸ Γοργόνειον ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ὑφελόμενος. Suid. in Φιλέας. Exspectatisne fide digniorem, qui hæc commemorat? Præstabo. Ὥςπερ ἂν εἴ τω Φρυνώνδας πανουργίαν ὀνειδίσειεν ἡ Φιλέας ὁ τὸ Γοργόνιον (corrige sodes) ὑφελόμενος. Isocr. c. Callimach. Ita enim credo legendum, non Φιλεργὸς, ut in hunc diem obtinuit sine alicujus naris offensione. TAYLOR.

Ὄζειν ἐδόκει τοῦ ἄρτου, καὶ τῆς μάζης κάκιστον] Lego, ἕκαστον, appositis huic Sacrilego (quem spectat hæc imperfecta historia) multis et exquisitis eduliis, *unumquodque eorum illi videbatur olere* (τοῦ ἄρτου) *panem istum, et* (τῆς μάζης) *mazam istam: neque edere potuit.* Unde colligere haud obscure datur, hunc hominem e Templo aliquo Cereris et Proserpinæ surripuisse *panes sacros*, et *sacram mazam:* fame vero divinitus immissa, pœnas dedisse ex ea parte, qua peccaverat. Cæterum ex Andocide de Myster. p. 5. ubi his respondet, discimus, plura hujusmodi *Impietatis* in Cererem et Proserpinam, et *pœnæ* exempla, ab Accusatoribus adducta fuisse. Unde liquet non pauca huic Orationi deesse. MARKLAND. Tantundem hic valet ὄζειν atque ἀπόζειν. bene habet hic locus. perinde est, ac si dixisset: ἀπὸ τοῦ ἄρτου καὶ τῆς μάζης ἐνόμιζεν ὄζειν κάκιστον, id est, ἀποφέρεσθαι ὀδμὴν κακίστην. *existimabat e pane et e maza odorem ad se afflare* vel *allabi teterrimum.* Veteres opinabantur et dictitabant, si qui in Cererem deliquissent, deam illos hac pœna ulcisci, ut furoris hoc genus illis injiceret, ut quicquid ciborum attingerent, id stercus oleret; quo fieret, ut in copiis alimentorum fame tamen perirent. Nota res est e Callimachi hymno in Cererem. Genus hoc morbi simile est hydrophobiæ. Credebatur quoque Ceres bulimiam injicere iis, quibus irata esset, ut quamvis multa vorarent, ad crepandum usque, tamen haud satiarentur. REISK. Interpretor: *ex pane et maza videbatur pessimus odor ipsi afflari.* AUGER.

Λέγοντος] Satis habent aures, neque aliquid amplius præstolantur. Cum vero mihi ingeras λέγοντος ταῦτα, atque etiam λέγοντος ταῦτα, ὅτι — fastidio. Tum autem, credo, πολυθρύλλητος ista historia de Andocidis indicio Hierophantam auctorem desiderabat! Punge cum Aldo post λέγοντος. et cetera mutila licet in fine, ut contemplanti videbitur, ita procedent: ὁ δὲ Ἀνδοκίδης κ. τ. λ. TAYLOR. Distinguo et lego: καὶ ταῦτα πολλοὶ ἡμῶν ἤκουον τοῦ ἱεροφάντου λέγοντος. ὁ δὲ Ἀνδοκίδης μηνύων τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς, καὶ φίλους ἀπώλλυεν, φάσκων αὐτοὺς συνεργοὺς εἶναι. Male legitur, ἀπολλύων pro ἀπώλλυεν. MARKLAND. L. ἀπώλλυεν. *In Edit. min.* TAYLOR. Post Ἀνδοκίδης add. ἔπαθε. CONT. Mutavi comma, quod in vulgatis libris pone λέγοντος conspicitur puncto, et particulæ ὅτι primam literam, quæ vulgo parva est, cum majore. Nova enim orditur sententia, vel potius novum hujus orationis excerptum. Solent auctores ejusmodi excerptorum singula excerpta a voc. ὅτι incipere. id quod vel e solo Photio constat. Et videntur hæc verba: ὅτι Ἀνδοκίδης μηνύων τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς, καὶ φίλους ἀπώλλυ (sic enim leg. esse suspicor pro ἀπολλύων) φάσκων συνεργοὺς εἶναι. non Lysiæ, sed lectoris alicujus esse, librariive, in memoriæ suæ gratiam ista in margine annotantis. Verba actoris ipsa, ni fallor, ab istis δίκαιον οὖν μοι δοκεῖ εἶναι incipiunt. REISK.

Ὑφ' ἑτέρου] Ipse sese, quisquis est hujus causæ actor, designat. IDEM.

τοιούτου πράγματος φέρουσι τὴν ψῆφον, ἢ κατελεῆσαι ἢ καταχαρίσασθαι Ἀνδοκίδῃ, ἐπισταμένοις ὅτι [1] ἐναργῶς

[1] ἐναργῶς περὶ τῶ A.

Ἢ κατελεῆσαι] Verbum κατελεεῖν mihi insolens accidit; et ne Græcum quidem erit, si existimemus cum dativo constructum esse, ut est proximum καταχαρίζεσθαι. quamquam nil necesse est ita existimare. Num ergo simplex ἐλεῆσαι hic præferemus? Idem.

Ὅτι ἐναργῶς κ. τ. λ.] Τιμωρεῖται Edit. pr. (cum qua etiam concordat Coisl.) unde Scal. nullo negotio: ὅτι ἐναργῶς τῷ θεῷ τούτῳ μέλει τιμωρεῖσθαι τοὺς ἀδικοῦντας. Schottus interea in nescio quo hiatu ingenio suo perfugium quærit. Quanquam non is sim, ut rem ita se posse habere sedulo et constanter pernegem, vocem tamen unam atque alteram, quæ certissimo interea cubant in mendo, utcunque de tota periodo statuatur, tam levi digito perstringi non oportuit. Τῷ θεῷ τούτῳ. Cuinam, cedo, et quarum Gentium? Cum in Eleusinio templo, atque adeo de Eleusiniis, de Cereris et Proserpinæ sacris agitur, dedit ille τὸ θεὸ τούτω. Quod si plura igitur non desiderentur, ita suadeo reponi: Ὅτι ἐναργῶς περὶ τὸ θεὸ τούτω τιμωρεῖσθε τοὺς ἀδικοῦντας. Ita Andoc. in orat. adversaria: Οὐδέ ἐστί μοι ἁμάρτημα περὶ τὸ θεὸ, οὔτε μεῖζον, οὔτε ἔλαττον οὐδέν. Et Plutarch. in Alcib. Εἰσήγγειλεν ἀδικεῖν περὶ τὸ θεὸ, τὴν Δήμητρα καὶ τὴν Κόρην. Est etiam fortasse, cui displiceat istud ἐναργῶς (mihi profecto non placeat sincere) quod ad Rhetorum officinam suo jure pertinere videatur. Ἔχει δὲ καὶ τὴν ἐνάργειαν πολλὴν ἡ Λυσίου λέξις. αὕτη δέ ἐστι δύναμίς τις ὑπὸ τὰς αἰσθήσεις ἄγουσα τὰ λεγόμενα. Dionys. Halic. de Lysic. Ὡς δ' ἕτερόν τι ἡ ῥητορικὴ φαντασία βούλεται, καὶ ἕτερον ἡ παρὰ ποιηταῖς, οὐκ ἂν λάθοι σε, οὐδ' ὅτι τῆς μὲν ἐν ποιήσει τέλος ἐστὶν ἔκπληξις, τῆς δ' ἐν λόγοις ἐνάργεια. Longin. c. 15. "Insequitur ἐνάργεια, quæ a Cicerone illustratio et evidentia nominatur, quæ non tam dicere videtur quam ostendere." Quintil. VI. 2. Add. VIII. 3. Cic. Acad. IV. 17. ἐνάργεια δ' ἡ τῶν λόγων λευκότης, καὶ φανότης· Ἐνάργεια δὲ (f. ἐνέργεια) καὶ ἡ ἐν τοῖς λόγοις ταχύτης. Etym. M. Ita enim fere Phavorin. Ἐνάργεια ἡ τῶν λόγων λευκότης ἢ φανότης· ἐνέργεια δὲ ἡ ἐν λόγοις ἀθρόα προσβολή. Invenitur tamen extra scholam, sed raro. Ita ἐναργὴς ὕβρις Demosth. c. Mid. p. 615. Et, ἐξελέγξεται ἐναργῶς. Id. ibid. p. 622. Istiusmodi, inquam, elegantioris stomachi propino: Ὅτι εὐαγὲς περὶ τὸ θεὸ τούτω τιμωρεῖσθαι τοὺς ἀδικοῦντας. Vel denique totum erit ita corrigendum ex monitu viri amicissimi, eleganter et ad ipsam Criticem. Cum olim Andocides suos cognatos, suos familiares supplicio tradidit in causa vix aliena, ἀδύνατον ὑμῖν ἐστὶ περὶ τοιούτου πράγματος φέρουσι τὴν ψῆφον ἢ κατελεῆσαι ἢ καταχαρίσασθαι Ἀνδοκίδῃ· ἐπισταμένοις, ὅτι ἐναργῶς περὶ τὸ θεὸ αὐτὸς τιμωρεῖται τοὺς ἀδικοῦντας· ἐλπίσαι οὖν χρὴ πάντα ἄνθρωπον αὗτα καὶ ἑαυτῷ καὶ ἑτέρῳ ἔσεσθαι. Taylor. Scribe, τὸ θεὸ τούτω, Dualiter, *has Deas:* nempe *Cererem et Proserpinam*, quæ vocabantur Τὼ Θεὼ, et quarum erant *Mysteria* hæc, in quæ Andocides ἠσεβηκέναι arguebatur. Pollux X. 24. segm. 97. ἐν δὲ ταῖς Ἀττικαῖς στήλαις, αἳ κεῖνται ἐν Ἐλευσῖνι, τὰ τῶν ἀσεβησάντων περὶ τὼ Θεὼ δημοσία περαθέντα ἀναγέγραπται. ubi pariter in MS. erat περὶ τῷ Θεῷ. Hoc etiam patet ex ipso Andocide de Myster. p. 5. ubi his respondet: οὐδέ ἐστί μοι ἁμάρτημα περὶ τὼ Θεώ. et mox, ἀσεβησάντων περὶ τὼ Θεώ. Vide cætera, quæ hæc Lysiæ maxime illustrabunt. Nihil deesse puto huic loco post ἀδικοῦντας. Suspectam tamen habeo vocem ἐναργῶς: sub qua latere puto aliquid ab Adjectivo ἐναγὴς, *piacularis, sacer*, sensu malo. quale esset, ἐναγῶν — μὴ τιμωρεῖσθαι. Markland. Recte videruntviri docti pro dativis singularis numeri τῷ θεῷ τούτῳ sufficiendos esse accusativos duales τὼ θεὼ τούτω. quorum in auctoritate fui. Cætera parum expediverunt. quod ipsis vitio si dem, inhumanus sim. ecquid enim ingenium humanum locos omnes veterum auctorum desperatos persanet, a face codicum Mstorum destitutum? Non commemorabo τιμωρεῖτε hic positum pro τιμωρεῖσθε me paulo ægrius ferre, quamquam exemplum est unum alterumve apud Lysiam verbi activi τιμωρεῖν in significatu *puniendi* usurpati. Possit igitur hactenus hic locus ferri, et τιμωρεῖτε accipi pro κολάζετε. ut sententia sit: *vos perspicue punire eos, si qui sint in hæc duo numina* (Cereris atque Proserpinæ) *injurii atque impii.* Non dissimulabo tamen mihi videri Lysiam sic dedisse: τὼ θεὼ τούτω τιμᾶτε κολάζοντες τοὺς ἀδικοῦντας (scil. αὐτώ). *qui sciatis, vos sine controversia* (vel *haud dubium*) *honorem habere his numinibus puniendo eos, si qui illas deas impietate violaverint.* ἐναργῶς τινὰ τιμᾷν, est, cum honorem illi habere, ut constet inter omnes, honorantem summa contentione id egisse, ut voluntatem suam eum honorandi, quem honorarit, proderet. Reisk.

[1] τῷ θεῷ τούτῳ [2] τιμωρεῖται τοὺς ἀδικοῦντας. ἐλπίσαι οὖν 193
χρὴ πάντα ἄνθρωπον [3] ὄντα καὶ ἑαυτῷ καὶ ἑτέρῳ ἔσεσθαι.

β'. Φέρε [4] γάρ, ἂν νυνὶ Ἀνδοκίδης ἀθῶος ἀπαλλαγῇ 196
ἡμῶν ἐκ τοῦδε τοῦ ἀγῶνος καὶ ἔλθῃ κληρωσόμενος τῶν ἐννέα
30 ἀρχόντων καὶ λάχῃ βασιλεύς, ἄλλο τι ἢ ὑπὲρ ἡμῶν καὶ
θυσιάσει καὶ εὐχὰς εὔξεται κατὰ τὰ πάτρια, τὰ μὲν ἐν

[1] τῷ θεῷ τούτῳ T.
[2] τιμωρεῖτε T. R. τιμωρεῖσθε A.
[3] ὄντινα καὶ A.
[4] δὴ A.

Τὼ θεὼ] Τὸ θεῖον. CONT.

Καὶ ἑαυτῷ καὶ ἑτέρῳ ἔσεσθαι] Sine sensu. Lego: καὶ ἑαυτοῦ καὶ ἑτέρων φείσεσθαι. *et sibi et aliis parsurum esse.* sequitur Ratio. Porro ἄνθρωπον ὄντα est, quod Latini dicunt *hominem natum.* MARKLAND. Non in his verbis, sed in voc. ὄντα videtur vitium inesse, pro quo videtur Lysias ὅντινα dedisse. Sententia hæc est: Existimare licet, qui sibi quisque penes se in sua conscientia et existimatione de se sit, eum penes alios quoque esse aliisque videri. Jam Andocides ipse sibi, (ait orator) impius videtur: impietatis enim ipse sese detulit in judicio. Necesse igitur est, ut aliis quoque Græcis impius habeatur. Qui autem convenit, qui sibique aliisque impius videatur, eum regem sacrorum consecrari, sacrisque faciundis præfici? Quid Græci de vobis cogitabunt, quo animo erga hanc civitatem, erga hæc sacra, erga hoc templum Eleusinium erunt, videntes in eo regnare hominem infamatæ impietatis? Potest etiam hæc sententia loco tribui: Quales vobismet ipsi vos videmini, tales Græcis quoque videbimini. Jam si conscii vobis sitis, vos pœnas debitas a violatoribus numinum repetisse, eoque diis honorem habuisse, fiet, ut aliis quoque pii et deorum studiosi videamini; eoque amabunt vos confluentque frequentes ad sacra vestra participandum. Sin autem impios ulcisci neglexeritis, ipsi vos quoque infamiam impietatis odiumque publicum vobis consciscetis; quo fiet, ut urbs hæc parum frequentetur ab exteris, ut pauci aut nulli sint posthac futuri, qui sacris Eleusiniis initiari velint. Idem est ac si dixisset: πάντα ἄνθρωπον ἔσεσθαι καὶ ἑτέρῳ (id est, δόξειν) τοιοῦτον, οἷός ἐστιν (id est, δοκεῖ) καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ. REISK. Totum locum sic intelligo: oportet igitur sperare omnem hominem futurum esse aliis qui erit et sibi. AUGER.

Ἄλλοτι ἢ] Divide, ἄλλο τί, sc. ποιήσει: *num quid aliud faciet, quam sacrificabit?* i. e. nonne sacrificabit? Sic Andocides de Myster. p. 15. εἰ γὰρ ἔθηκα, — ἄλλο τί (sc. ἐποίουν) ἢ αὐτὸς μὲν αὐτὸν ἀπώλλυον; *si enim posuissem — num quid aliud, quam me ipse perdidissem?* i. e. nonne me ipse perdidissem? Demosthenes in Mid. τοῦτον ἄλλο τί πλὴν ἀσεβεῖν φήσομεν; et in Aristocratem: ἄλλο τί ἢ δείσει; MARKLAND. Scribe ἄλλο τί ἢ ὑπὲρ etc. *In Edit. min.* TAYLOR.

Τὰ μὲν ἐν τῷ ἐνθάδε Ἐλευσῖνι, τὰ δὲ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ ἱερῷ] Hæc sonant vitium. Lege: τὰ μὲν ἐν τῷ ἐνθάδε Ἐλευσινίῳ, τὰ δὲ ἐν τῷ Ἐλευσίνιστ ἱερῷ. Fuit Athenis locus sacer, Eleusinium dictum, ut notum est ex Thucydide l. 2. ex ipso Lysia p. 107. ult. (Steph. sc. Edit.) ex Andocide infra p. 15. ex Plutarcho περὶ φυγῆς, ex Philostrato in Herode et aliis. Ubicunque ergo occurrit Ἐλευσίνιον, de loco, qui Athenis erat, intelligi debet, ubi etiam fiebant sacra Cereri, ut ex hoc loco colligitur. Aliud igitur fuit τὸ Ἐλευσίνιον, aliud τὸ Ἐλευσίνιστ ἱερόν. Illud Athenis erat, hoc vero Eleusine. PALMER. Neque nihil, neque omnia vidit Palmerius. Neque enim τὸ Ἐλευσίνιον ad eas ædes, quæ Athenis visebantur Acropoli subjectæ, necessitate quadam refertur, cum utraque et τὸ Ἐλευσίνιον et Ἐλευσὶς, obtinuit, ut dicatur. Ædes ipsas ais vocari Ἐλευσῖνα. Aio, et constanter. Plenus est Aristides in Orat. Elensin. unde illustrissima quæ sunt excerpam. Τίς γὰρ Ἑλλήνων ἢ τίς βαρβάρων οὕτω σκαιὸς ἢ ἀνήκοος, ἢ τίς οὕτω σφόδρα ἔξω τῆς γῆς ἢ θεῶν, ἢ συλλήβδην εἰπεῖν καλῶν ἀναίσθητος — ὅστις οὐ κοινόν τι τῆς γῆς τέμενος τὴν Ἐλευσῖνα ἡγεῖτο; et mox: Γενομένου δὲ τοῦ Μηδικοῦ στόλου — πολλὰ μὲν τῶν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἱερῶν ἐμπίπραται, τῇ δ' Ἐλευσῖνι τοσοῦτον περιῆν, ὥστ' οὐκ ἀπόξηντος μόνον, ὡς εἰπεῖν, διεγένετο, ἀλλὰ κ. τ. λ. Deinde: Πολέμου δὲ συμβάντος τοῖς Ἕλλησι, πρὸς ἀλλήλους — μόνον δὲ τρόπον γέ τινα Ἐλευσὶς ἠρέμει, καὶ οὔτε Βοιωτῶν ἵππος, οὔτε Λακεδαιμονίων καὶ Πελοποννησίων εἰσβολαὶ οὐ τοῦ περιβόλου προσήψαντο, οὐ τὸν νεὼν εἶδον

[1] τῷ ἐνθάδε Ἐλευσινίῳ, τὰ δὲ ἐν τῷ [2] Ἐλευσῖνι ἱερῷ, καὶ
199 τῆς ἑορτῆς ἐπιμελήσηται [3] ἐν τοῖς μυστηρίοις, ὅπως ἂν μηδεὶς ἀδικῇ μηδὲ ἀσεβῇ περὶ τὰ ἱερά; καὶ τίνα γνώμην οἴεσθε ἕξειν τοὺς μύστας τοὺς [4] ἀφικνουμένους, ἐπειδὰν

[1] τῇ ἐνθάδε Ἐλευσῖνι T. [2] Ἐλευσινίῳ T. [3] ἐν τοῖς om. T. R. A. [4] ἀφικομένους T. R. A.

ἑτέροις ἢ προσῆκεν ὀφθαλμοῖς. Demosth. quoque, sive quis alius, c. Neær. in fin. Ἄξιον δὲ καὶ κεῖνο ἐνθυμηθῆναι, ὅτι Ἀρχίαν τὸν ἱεροφάντην γενόμενον ἐξελεγχθέντα ἐν τῷ δικαστηρίῳ ἀσεβεῖν, θύοντα παρὰ τὰ πάτρια τὰς θυσίας, ἐκολάσατε ὑμεῖς, καὶ ἄλλα τε κατηγορήθη αὐτοῦ, καὶ ὅτι Σινώπῃ τῇ ἑταίρᾳ Ἀλώοις ἐπὶ τῆς ἐσχάρας τῆς ἐν τῇ αὐτῇ Ἐλευσῖνι προσαγούσῃ ἱερεῖον θύσειεν, οὐ νομίμου ὄντος ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ θύειν. Aristoph. Nub. 301.

Οὗ σέβας ἀῤῥήτων ἱερῶν, ἵνα
Μυστοδόκος δόμος
Ἐν τελεταῖς ἁγίαις ἀναδείκνυται.

σχ. ad loc. τὴν Ἐλευσῖνα λέγει· "Omitto *Eleusinem* sanctam illam et augustam,

Ubi initiantur gentes orarum ultimæ."

Cic. 1. de N. Deor. sub fin. Ita Phædra de Hippolyto,

"Tempore quo vobis inita est Cerealis *Eleusin*,
Gnossia me vellem detinuisset humus."

Ovid. Heroid. IV. 67. "Pinxit *in templo Eleusine* Phylarchum." Plin. N. Hist. XXXV. 11. Ἐτάφη δὲ [Isocrates] τελευτήσας λαμπρῶς — ἀνάκειται δὲ αὐτοῦ καὶ ἐν Ἐλευσῖνι εἰκὼν χαλκῆ, ἐπιγραφὴν ἔχουσα. Photius in vita. Has autem ædes distingui videmus eadem pariter ratione atque hic apud Lysiam: Τοὺς Ἀργείων νεκροὺς ἔθαψαν ἐν τῇ αὐτῶν Ἐλευσῖνι. N. Orat. Funeb. Στρατευσάμενοι ἐπὶ τοὺς Καδμείους ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκροὺς φαμὲν καὶ θάψαι τῆς ἡμετέρης ἐν Ἐλευσῖνι. Herodot. Calliop. 27. Τί δὲ Ἐριχθόνιος; οὐχὶ ἐν τῷ ναῷ τῆς Πολιάδος κεκήδευται; Ἴσμαρος δὲ Εὐμόλπου, καὶ Δαείρας οὐχὶ ἐν τῷ περιβόλῳ κεκήδευται τοῦ Ἐλευσινίου τοῦ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει, αἱ δὲ Κελεοῦ θυγατέρες ἐν Ἐλευσῖνι, τετάφαται; Euseb. Præp. Evang. l. 2. Recte igitur et sine mendo Arnob. adv. Gentes l. 6. p. 193. "In templo Minervæ, quod in arce Larissæ est, conditus scribitur atque indicatur Acrisius: Erichthonius Poliadis in fano: Dairus et Immarus fratres in *Eleusinis consepto, quod civitati subjectum est.*" Non, ut nonnulli male feriati, vel *Eleusinii* vel *Eleusinio*. Lego enim apud Lysiam: τὰ μὲν ἐν τῇ ἐνθάδε Ἐλευσῖνι, τὰ δὲ κ. τ. λ. Taylor. Aldus et Stephanus sic dederant, ut modo initio annotationis Palmerianæ relatum fuit. Taylorus illius lectionis nihil mutaverat aliud, nisi quod pro τῷ ἐνθάδε Ἐλευσῖνι dedit τῇ ἐνθάδε Ἐλευσῖνι. quo locus mihi visus non est persanatus. Ego reliquis omnibus immotis relictis ὦ solummodo aliam in sedem transtuli, hunc ad modum: τὰ μὲν ἐν τῷ ἐνθάδε Ἐλευσινίῳ, τὰ δ' ἐν τῷ Ἐλευσῖνι ἱερῷ. *alia in fano Cereris, Eleusinio dicto, quod hic in Urbe* (Athenis) *est; alia in altero illo Cereris fano, quod Eleusine est,* oppido illo agri nostri notissimo. Ἐλευσῖνι dicitur, pro *apud Eleusinem*, non Ἐλευσίνισι, ut Palmerius dedit, si unquam dedit. Ego vero illud malim operis typographicis imputare. Reisk.

Τὰ μὲν ἐν τῷ ἐνθάδε Ἐλευσῖνι, τὰ δὲ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ ἱερῷ] Egregia et vera est ad h. l. Valckenaerii animadversio, Taylori rationibus contraria. "Corrigendum videtur, inquit, vocibus transpositis: τὰ μὲν (sacra faciet vel vota Rex concipiet) ἐν τῷ ἐνθάδε Ἐλευσινίῳ ἱερῷ, τὰ δὲ ἐν Ἐλευσῖνι· καὶ τῆς ἑορτῆς ἐπιμελήσεται μυστηρίοις, ὅπως ἂν μηδεὶς — ἀσεβῇ περὶ τὰ ἱερά. Pæne verum vidit Palmerius: τὸ Ἐλευσίνιον Athenis erat arci subjectum. Ostendere nititur Taylorus, ædes ipsas dici Eleusina; frustra: in locis omnibus urbs ipsa Eleusis intelligi debet, ut apud Philostratum p. 545. med. Secundus τέθαπται πρὸς τῇ Ἐλευσῖνι. Egregius est Herodoti locus, quem advocat Taylorus, distinguentis τὸ Ἐλευσίνιον τὸ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει et Ἐλευσῖνα. Vel is ostendit urbem intelligi; neque enim in templo credibile sepultas Celei filias. Cæterum frustra vocem μυστηρίοις sollicitat Marklandus. — In Eleusinio Athenis, postridie festi, ἕδρα erat secundum Legem facienda; vid. Meursii Eleusin. p. 43. Andocides hic causam videtur dixisse; atque in Eleusinio quoque hujus Orationis, ni fallor, fingitur sedes: hinc ἐν τῷ ἐνθάδε Ἐλευσινίῳ." Sluiter.

Μυστηρίοις] I. e. *in die mysteriorum*. Taylor. Vox ἐπιμελήσεται requirit μυστηρίων. Markland. Bene habet. absolutus is dativus est, pro ἐν τοῖς μυστηρίοις. *mysteria* vel *sacra Cereris arcana cum aguntur*. Reisk.

ἴδωσι τὸν βασιλέα ὅστις ἐστὶ καὶ ἀναμνησθῶσι πάντα τὰ
35 ἠσεβημένα αὐτῷ, ἢ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, οἳ ἕνεκα ταύτης
τῆς [1] ἑορτῆς, ἢ θύειν εἰς ταύτην τὴν πανήγυριν βουλόμενοι ἢ 200
θεωρεῖν; οὐδὲ γὰρ ἀγνὼς ὁ Ἀνδοκίδης οὔτε τοῖς ἔξω οὔτε
τοῖς ἐνθάδε διὰ τὰ ἠσεβημένα. ἀναγκαίως γὰρ ἔχει ἀπὸ
τῶν πολὺ διαφερόντων ἢ κακῶν ἢ ἀγαθῶν ἔργων τοὺς ποιή-
σαντας γιγνώσκεσθαι. ἔπειτα δὲ καὶ διώχληκε πόλεις
πολλὰς ἐν τῇ ἀποδημίᾳ, Σικελίαν, Ἰταλίαν, Πελοπόννη- 201
40 σον, Θετταλίαν, Ἑλλήσποντον, Ἰωνίαν, Κύπρον· βασιλέας

[1] ἑορτῆς ἔρχονται δεῦρο, ἢ A.

Οἳ ἕνεκα ταύτης τῆς ἑορτῆς] Οἳ δεῦρο συνῆλθον ἕνεκα. CONT. Deesse videtur πάρεισιν, *adsunt*, post ἑορτῆς. Andocides p. 5. οἳ τῆς ἑορτῆς ἕνεκεν ἔρχονται δεῦρο, eodem sensu. MARKLAND. Post hoc vocabulum ex Andocidis loco a Marklando allato suppletum ego equidem iero δεῦρο ἔρχονται. Non omnes exteri, qui per dies majorum minorumve Mysteriorum Athenas convenirent, illuc eo conveniebant, quo sacris initiarentur, sed multi, ut votis a se conceptis exsolverentur hostias offerentes, alii, ut spectarent solummodo ritus et festivitates, publicaque hilaritate fruerentur. θύειν εἰς τὴν πανήγυριν est *hostiam mactare diei festi causa* [sic quoque Augerus], seu *quam ritus sit eo die mactari*, seu *quam tu voveris illo loco dieque festo, non alibi neque loci neque temporis, mactandam.* REISK.

Ἢ θύειν] In promtu esset, si res ita ferret, *fugitivum* aliquod verbum revocare ad sententiam sustentandam. proinde ut pariter cum Andocide dicat: ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων, οἳ τῆς ἑορτῆς ἕνεκεν ἔρχονται δεῦρο. p. 5. Credo tamen non aliquo *aufugit*, sed hic *latitat* post principia. Θύειν εἰς τὴν πανήγυριν nemo dixit. Immo nec θύειν de non initiatis. Atqui de his habetur sermo, τοὺς μύστας — ἢ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας. Et his ne limina quidem templi transire licuisse, notissima est religio. "Acarnanes duo Juvenes per initiorum dies *non initiati* templum Cereris imprudentes religionis cum cetera turba ingressi sunt. Facile eos sermo prodidit absurde quædam percunctantes: deductique ad Antistites templi, cum palam esset per errorem ingressos, tanquam ob infandum scelus *interfecti sunt.*" Liv. XXXI. 15. Refinge igitur: ἢ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, οἳ ἕνεκα ταύτης τῆς ἑορτῆς ἔλθωσιν εἰς ταύτην τὴν πανήγυριν, βουλόμενοι θεωρεῖν. TAYLOR.

Ἔπειτα δὲ] Nemini adhuc suboluit lacuna, quanquam istud ἔπειτα δὲ tam diserte flagitet cui innitatur. Credibile est id omne, quod Andocidi domi et in regionibus Atticæ conterminis παραγενόμηναι, in medio esse relictum. IDEM. Nihil hic deest ad efficiendum, at constet Andocidem nemini ignotum, sed clarissimi nominis hominem esse. quam ad rem Lysias gemino utitur argumento 1) Andocides insigne scelus commisit, facinorum autem enormitas non minus, quam splendor rerum præclare gestarum, hominum oculos in auctorem contorquet, sermonesque omnium ubique locorum de eo concitat, etiamsi domi maneat, neque usquam peregrinetur. Verum præterea quoque 2) multas adiit Andocides urbes, multas pervagatus est regiones, cum multis congressus est. REISK.

Διώχληκε πόλεις πολλὰς — Σικελίαν, Ἰταλίαν, Πελοπόννησον, etc.] Notandum vocem πόλις significare *totam regionem:* Siciliam enim, et Italiam, et Peloponnesum etc. vocat πόλεις. Et hinc conciliantur Marcus (V. 20.) et Lucas (VIII. 39.) in historia dæmoniaci Gadareni, a Jesu sanati. Marcus enim scribit: *et abiit, et cœpit prædicare* ἐν τῇ Δεκαπόλει, *quanta sibi fecisset Jesus.* Lucas vero: *et abiit,* καθ' ὅλην τὴν πόλιν, *prædicans* etc. Erudite vocat πόλιν, quod Marcus Δεκάπολιν, quæ regio erat, *decem* urbes comprehendens. majoris lucis gratia addidit ὅλην. Bene quoque Vulgat. Intepr. vertit, *per universam civitatem.* Vide doctiss. Davisium ad Cæsar. B. Gall. VII. 4. "expellit ex civitate." MARKLAND. *Multas civitates,* i. e. multas regiones. AUGER.

Βασιλέας πολλοὺς κεκολάκευκεν] Non satis exprimit vox κεκολάκευκεν. *adulatus est.* gravius aliquid de Andocide exspectandum erat. Scripsit opinor κεκάκωκεν, *damno affecit:* quod ποιεῖν κακὸν mox vocat. Sic τὸν δῆμον φαίνεται κακώσας. Orat. XIII. de Agorato: et alibi. MARKLAND.

πολλοὺς κεκολάκευκεν, [1] ᾧ ἂν συγγένηται, πλὴν τοῦ Συ-
202 ρακουσίου Διονυσίου. οὗτος δὲ ἢ πάντων εὐτυχέστατός ἐστιν ἢ [2] πλεῖστον γνώμῃ διαφέρει τῶν ἄλλων, ὃς μόνος τῶν συγγενομένων Ἀνδοκίδῃ οὐκ ἐξηπατήθη ὑπ' ἀνδρὸς τοιούτου, ὃς τέχνην ταύτην ἔχει, τοὺς μὲν ἐχθροὺς μηδὲν ποιεῖν κακόν, τοὺς δὲ φίλους ὅτι ἂν δύνηται κακόν. ὥστε μὰ

[1] οἷς A. [2] πλείστων T.

Ὧ ἂν] F. οἷς ἂν, vel οἷς αὐτός. CONT.

Συγγένηται] Malim συγγεγένηται. TAYLOR.

Πλείστων] Π. πλεῖστον. H. STEPHAN. Πλεῖστον dedi ex mente Stephani, pro πλείστων, quod est in omnibus olim vulgatis. quamquam suspicio penes me nata est, vocabulum hoc πλεῖστον posse hinc abesse, minus autem paulo post, ante secundum κακόν. si scilicet illud secundum κακὸν servandum censemus. Taylor enim id expunctum it. Posset ad hunc modum sic legi hic loci : γνώμῃ διαφέρει (sine πλεῖστον). et postmodum : ὅ,τι ἂν δύνηται πλεῖστον κακὸν, aut ὅτι πλεῖστον ἂν δύνηται κακόν. REISK.

Κακὸν] Dele meo judicio. Sic erit rotundius. TAYLOR.

Ὃς τέχνην — δύνηται κακὸν] Vocem κακὸν in fine sustulit Taylorus. Melius, me quidem judice, e medio eam tollebat Valckenaerius, scribens : τοὺς μὲν ἐχθροὺς μηδὲν ποιεῖν, τοὺς δὲ φίλους ὅ, τι ἂν δύνηται κακόν. SLUITER.

Ὥςτε μὰ τὸν Δία — λαθεῖν τοὺς Ἕλληνας] Duriuscula quidem hæc videntur; corrupta tamen dicere non ausim, cum sæpius οὐκ et οὐδὲν ita conjungantur: quo pacto vim habent vehementioris negationis, quale est illud Aristophanis in Pluto, v. 137.

Ὅτ' οὐδ' ἂν εἷς θύσειεν ἀνθρώπων ἔτι,
Οὐ ῥοῦν ἂν, οὐχὶ ψαιστὸν, οὐκ ἄλλ' οὐδέεν.

Demosthenes in Timocr. p. 765. 16. ed. Reisk. οὐκ ἂν ἔχοντες εἰπεῖν οὐδετέρου κοινὸν εὐεργέτημα οὐδέν : in Aristocr. p. 665. 17. οὐδὲ πρὸς δόξαν συμφέρει τῇ πόλει τοιοῦτον οὐδὲν ἐψηφισμένη φαίνεσθαι. Eleganti tamen conjectura hæc mutabat Valckenaerius : verba ejus hæc sunt. "MS. Coislin. αὐτό : scribatur ἀνδο. Facilis erit emendatio : οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν ὑμῖν Ἀνδοκίδῃ χαριζομένοις κ. τ. λ. Audaciora licent in mutilis et corruptissimis, qualis hæc certe est Oratio. Paulo post est, *non potestis simul uti Legibus patriis et Andocide*, νόμοις τοῖς πατρίοις καὶ Ἀνδοκίδῃ χρῆσθαι." Mox de audacia et impudentia Andocidis Athenas reversi ita loquitur Orator p. 264. v. 4. εἰς τοσοῦτο δὲ τόλμης ἀφῖκται, ὥςτε καὶ λέγει περὶ τοῦ νόμου, ὡς καθήρηται ὁ περὶ αὐτοῦ κείμενος, καὶ ἔξεστιν αὐτῷ ἤδη εἰσιέναι εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ εἰς τὰ ἱερὰ ἂν ἔτι καὶ νῦν Ἀθηναίων ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. De loco fere desperato et ab aliis tentato, si vanitatis suspicionem effugiam, dicam quod sentio : pro illo ἂν ἔτι, quod sensum non habet, probabiliter mihi conjecisse videor ἀνατὶ, *impune* ; pro quo alii scribunt ἀνατεί. Harpocration : Ἀνατεὶ ἀντὶ (f. leg. ἀνατεὶ καὶ ἀνατὶ, ἄνευ ἄτης cæt.) ἄνευ ἄτης· ἄνευ κακοῦ. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Ἀπολλόδωρον. Hesychius. Ἄνατος· ἀβλαβής. — Ἀνατὶ, ἄνευ ἄτης καὶ ζλάβης : prouti exponit quoque Scholiastes ad illud Euripidis in Medea v. 1357. (οὐκ ἔμελλε)

Κρέων ἀνατεὶ τῆςδέ μ' ἐκβαλεῖν χθονός.

Conf. Æschylum Eumen. v. 59. et 76. Sophoclem Antig. v. 491. Aristophanes Ecclesiaz. v. 1011.

Ἃ Ταῖς πρεσβυτέραις γυναιξὶν ἔστω τὸν νέον
Ἕλκειν ἀνατὶ λαβομένας τοῦ παττάλου.

Scholiastes μὴ τιμωρουμένας ὑπὸ (f. ὑπὲρ) τῆς βίας : Plato de Legg. l. IX. p. 871. E. ἀνατεὶ κτεινέτω, ubi notat Stephanus, l. XI. p. 917. c. ἀνατεὶ τυπτέτω, et p. 935. B. κολαζέτω ἕκαστον ἀνατεί. Apud Diodorum Siculum tom. II. p. 450. v. 32. e MS. vocem confirmavit Wesselingius. Suidas quoque ἀνατὶ exponit ἀβλαβῶς· καὶ ἄνευ τίσεως καὶ τιμωρίας : quæ est significatio hujus loci; convenit nempe cum νηποινεὶ, quam vocem eodem sensu habet Plato de Legg. l. IX. p. 874. c. νηποινὶ Demosthenes in Aristocr. p. 639. 6. ed. R. Atque in talibus terminatio ὶ et εἰ utraque adhibetur. Apud Homerum Il. Θ. v. 197. ubi est αὐτουχεὶ, Apion et Herodianus habent αὐτουχί. Plura dederunt Valesius ad d. l. Harpocrationis, Berglerus ad Aristoph. et Interpretes Hesychii ll. cc. Quæ sequuntur καὶ νῦν Ἀθηναίων ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, non ita facili opera sanari posse mihi videntur : audaciori esse si liceat, suspicer sententiam postulare : καὶ γνώμην ἀποφαίνεσθαι ἐν τῷ βουλευτηρίῳ : quod Andocidi item ut crimen objicit p. 106. v. 7. ed. Steph. εἰς τοσοῦτον δὲ ἀναισχυντίας ἀφῖκται, ὥςτε

τὸν Δία οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν ὑμῖν αὐτῷ [1] οὐδὲν [2] χαρισαμένοις
104. 1 παρὰ τὸ δίκαιον λαθεῖν τοὺς Ἕλληνας. νῦν οὖν ὑμῖν ἐν
ἀνάγκῃ ἐστὶ βουλεύσασθαι περὶ αὐτοῦ. εὖ γὰρ ἐπίστασθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι οὐχ οἷόν τε ὑμῖν ἐστὶν ἅμα

[1] ὅτιοῦν A. [2] χαριζομένοις T. R. A.

καὶ παρασκευάζεται τὰ τῆς πόλεως πράττειν καὶ ἤδη δημηγορεῖ, καὶ ἀποδοκιμάζει, καὶ ἐπιτιμᾷ τῶν ἀρχόντων τισί· καὶ συμβουλεύει, εἰς τὴν βουλὴν εἰσιὼν, περὶ θυσιῶν, καὶ προσόδων, καὶ εὐχῶν, καὶ μαντειῶν (ita hunc locum scribendum censeo). Γνώμην ἀποφαίνεσθαι locutio est Oratoribus usitata. Demosthenes de Contribut. p. 169. 11. καὶ προθεῖναι περὶ τούτων τῷ βουλομένῳ γνώμην ἀποφήνασθαι: de Coron. p. 291. 17. πρὸ τῶν πραγμάτων τὴν γνώμην ἀποφαίνεται: ubi Ulpianus γνώμην exponit λογισμὸν, βουλήν. De Falsa Legat. p. 390. 6. τὸ μὲν πρῶτον ὡς ἂν εἰς κοινὸν γνώμην ἀποφαινομένου· μετὰ ταῦτα δὲ ὡς ἀγνοοῦντας διδάσκοντος· et γνώμης ἀπόδειξις est apud eundem in Aristog. I. p. 772. 8. Sensus hujus loci est: *tantam esse audaciam Andocidis, ut dicat, sibi jam licere impune in templa venire et in forum, et sententiam dicere in curia, ac senatorio munere fungi.* Si cui tamen audacior videatur hæc nostra emendatio, is fortasse malit cum Clar. Luzacio legere καὶ λέγειν Ἀθηναίων ἐν τῷ βουλευτηρίῳ: quod nec mihi displicet. Nam primum haud ita longe abeunt ductus literarum λέγειν et νῦν; deinde λέγειν usurpatur ut apud Latinos *dicere* de ferenda et confirmanda sententia in senatu: sic Cicero Phil. V. in fin. "Dixi ad ea omnia, Consules, de quibus retulistis." Forte addenda voce Ἀθηναίων vim quandam et efficaciam consectatus est Rhetor. "Audet sententiam dicere in augusto et spectabili Reip. Atticæ senatu." Eandem vero γνώμης vocem restituendam credo Isocrati, cujus in Laudat. Evagor. p. 203. B. hæc leguntur: τί γὰρ ἀπέλιπεν εὐδαιμονίας, ὃς — τοσοῦτον καὶ τῷ σώματι τῶν ἄλλων καὶ τῇ ῥώμῃ διήνεγκεν, ὥςτε μὴ μόνον Σαλαμῖνος, ἀλλὰ καὶ τῆς Ἀσίας ἁπάσης ἄξιος εἶναι τυραννεῖν. Mihi quidem ineptum videtur, si quis propter solam corporis pulcritudinem et robur regno dignus dicatur, animi virtutes nullum in censum veniant. Neque minus ineptum τὴν ῥώμην, quæ jam in laude corporis inest, per partitionem huic subjungi. In toto autem Epilogo, cujus hæc est particula, corpus et res externæ tantum laudantur, animo nullus locus tribuitur, in quo tamen laudibus efferendo multus fuit p. 193. seqq. quodque caput esse in laudando docet Cicero de Or. l. I. c. 11. et 84. Ita supra p. 193. c. de Evagora dixerat: τοσοῦτον γὰρ καὶ ταῖς τοῦ σώματος καὶ ταῖς τῆς ψυχῆς ἀρεταῖς διήνεγκεν. Quamobrem et hic legendum videtur: καὶ τῷ σώματι — καὶ τῇ γνώμῃ. Non raro σῶμα et γνώμη junguntur apud scriptores antiquos. Andocides de Red. p. 22. v. 38. ed. Steph. εἰ γὰρ ὅσα ἄνθρωποι γνώμῃ ἁμαρτάνουσι, τὸ σῶμα αὐτῶν μὴ αἴτιόν ἐστιν κ. τ. λ. Lysias in Or. Olympica apud Dionysium Halic. p. 92. v. 9. ἀγῶνα μὲν σωμάτων ἐποίησε, φιλοτιμίαν δὴ πλούτῳ, γνώμης δ' ἐπίδειξιν: Xenophon Cyrop. l. I. c. 3. §. 10. ὑμᾶς ἐάσων καὶ τοῖς σώμασι καὶ ταῖς γνώμαις σφαλλομένους: Dionysius Halic. Antiq. l. III. p. 177. v. 36. κάμνων τὸ σῶμα πάθεσι παντοδαποῖς, καὶ οὐδὲ τῆς γνώμης ἔτι τῆς αὐτοῦ κρατερὸς διαμένων: Euripides in Electra v. 372.

Γνώμην τε μεγάλην ἐν πένητι σώματι·

apud Aristophanem Plut. v. 559. paupertas dicitur τοῦ πλούτου παρέχειν θελτίονας ἄνδρας, καὶ τὴν γνώμην, καὶ τὴν ἰδέαν. Sæpius hæc duo vocabula in MSS. confusa esse videntur; saltem apud Xenophontem ῥώμη in γνώμην abierat, quod vitium feliciter ac vere correxit amicus et literarum studiis et familiaritate conjunctissimus Ph. Guil. Van Heusde, in erudito, quod nuper edidit, Specimine Critico in Platonem p. 18. Hæc ὡς ἐν παρόδῳ dicta sunto: redeamus ad Pseudo-Lysiam. Hic igitur p. 266. v. 9. per πρόληψιν ea, quæ dicturus esset Andocides, refutans ait: καίτοι οὐχ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογήσεται, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων κατηγορήσει. ubi Taylorus recte καὶ pro καίτοι reponi vult. Reiskius verba nonnulla injicit. Mihi videtur unum intercidisse adverbium ὅπως ita restituendum: καὶ οὐχ ὅπως ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογήσεται. *non solum se ipse non defendet, sed et reliquos accusabit, qui idem crimen commiserunt.* De vi formulæ οὐχ ὅπως postea dicemus. Idem.

Αὐτῷ οὐδὲν] Οὐδὲν αὐτῷ. Scal. Οὐδὲν si abesset, nil equidem sim desideraturus. Locum si tuebitur, accipiendum erit pro τι, cujus vices eo gerit, quod οὐ præcessit, cui accommodatum fuerit, si scilicet a Lysia h. l. exaratum fuit relictum. Solent Græci negationes sine causa accumulare. Reisk.

τοῖς τε νόμοις τοῖς πατρίοις καὶ Ἀνδοκίδῃ χρῆσθαι· ἀλλὰ δυοῖν θάτερον, ἢ τοὺς νόμους ἐξαλειπτέον ἐστίν, ἢ ἀπαλλακτέον τοῦ ἀνδρός.

γ'. Εἰς τοσοῦτο δὲ τόλμης ἀφῖκται, ὥςτε καὶ λέγει 5
203 περὶ τοῦ νόμου, ὡς καθῄρηται ὁ περὶ αὐτοῦ κείμενος καὶ ἔξεστιν αὐτῷ ἤδη εἰσιέναι εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ εἰς τὰ ἱερὰ [1] * * * [2] ἂν ἔτι καὶ νῦν Ἀθηναίων ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. καί-
204 τοι Περικλέα ποτέ φασι παραινέσαι ὑμῖν περὶ τῶν ἀσεβούντων, μὴ μόνον χρῆσθαι τοῖς γεγραμμένοις νόμοις περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀγράφοις, καθ' οὓς Εὐμολπίδαι ἐξηγοῦνται, οὓς οὐδεὶς πω κύριος ἐγένετο καθελεῖν οὐδὲ ἐτόλμησεν ἀντειπεῖν, οὐδὲ αὐτὸν τὸν θέντα ἴσασιν· ἡγεῖσθαι 10

[1] asteriscos om. T. R. A.

[2] ἀλλ' ἐστὶ καὶ νῦν A.

Λέγει περὶ τοῦ νόμου] Atque ita militat Andocides p. 10. Edit. Steph. uti prædixerat ὁ διώκων. Operæ pretium erit conferre. Quæ autem hic sequuntur, graviter sunt deformata. Ἱερὰ ἔτι, Steph. exclusо ἄν. At profecto cum loquatur de supplicii gravitate, de extremis quibusque ἀτιμίας, credo me non longe a Lysia mente nec oratione aberrare, dum sic lego: λέγει — ὡς — ἔξεστιν αὐτῷ ἤδη εἰσιέναι εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ εἰς τὰ ἱερὰ, καὶ μετέχειν τῶν Ἀθήνησι κοινῶν ὡς οὐκ ὄντι ἀλιτηρίῳ. Noster exeunte oratione: Νόμον ὑμεῖς ἔθεσθε εἴργεσθαι τῶν ἱερῶν αὐτὸν, ὡς ἀλιτήριον ὄντα. Andoc. 7. pag. Πρὸς δὲ τούτοις ἀναγραφέντας ἐν στήλαις ὡς ὄντας ἀλιτηρίους τῶν θεῶν. Atque ita fere loquuntur scriptores gravissimi de iis, quibus non jus civitatis modo, sed pene gentium ademptum esse videtur, qui εἴργοντο τῆς πόλεως (i. e. πολιτείας) ἱερῶν, θυσιῶν, ἀγώνων, ἅπερ μέγιστα καὶ παλαιότατα τοῖς ἀνθρώποις, ut dixit Antipho. Ecce enim Demosth. tibi sistam, Philip. 3. ἔχθρὸν αὐτῶν ἀνέγραψαν καὶ τῶν συμμάχων αὐτὸν (sc. Arthmium Zeliten) καὶ γένος, καὶ ἀτίμους εἶναι. Τοῦτο δ' ἐστὶν οὐχ ἓν ἂν οὔτωσί τις φήσειεν ἀτιμίαν. Τί γὰρ τῷ Ζελείτῃ τοῦτο ἔμελεν, εἰ τῶν Ἀθήνησι κοινῶν μὴ μεθέξειν ἔμελλεν; Rursus Demosth. id. adv. Eubulid. statim ab initio: Τῶν ὑμετέρων ἱερῶν καὶ κοινῶν μετεῖχον. TAYLOR.

Εἰς τὰ ἱερὰ ἂν ἔτι καὶ νῦν] Stephanus ejicit ἄν. Sed hoc non satis est: reliqua enim non possunt explicari. Lego: καὶ εἰς τὰ ἱερά· ἀλλ' ἐστὶ καὶ νῦν Ἀθηναίων ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. *immo et nunc est in Senatu Atheniensium.* Sic enim dicit infra: καὶ συμβουλεύει, εἰς τὴν βουλὴν εἰσιὼν, περὶ θυσιῶν, καὶ εὐχῶν, καὶ μαντειῶν. Vide, quæ præcedunt. Hinc forte Cicero in Catilinam: "in Senatum venit; publici consilii fit particeps." MARKLAND. Deesse hic aliquid dubio caret, neque difficile est, conjectura propemodum assequi, quid desit. Sententia hæc ferme subjicit: ἀνέτως, καὶ φαίνεται ἀναστρεφόμενος ἔτι καὶ νῦν Ἀθηναίων ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. quid autem Lysias reapse dederit, ab integrioribus codicibus exspectabimus donec discamus. REISK.

Ἐξηγοῦνται] Distinguas: ἐξηγοῦνται· (οὓς οὐδεὶς . . . . ἴσασιν) ἡγεῖσθαι γὰρ ἂν etc. *In Edit. min.* TAYLOR. Dicuntur illi ἐξηγεῖσθαι, qui interrogati a consulentibus, quid agendum sibi sit in rebus dubiis, (casibus vel scrupulis conscientiæ, ut vulgo usurpant) de jure sacrorum respondent, consilia dantes, quid ex præscripto legum sacrarum agendum cavendumve sit. Veterum illi ἐξηγηταὶ sunt nobis hodie sic dicti Casuistæ. REISK.

Ἀντειπεῖν, οὐδὲ αὐτὸν] Forte: ἀντειπεῖν, εἰ καὶ οὐδὲ αὐτὸν τὸν θέντα ἴσασιν. Tale aliquid Interpres quoque videtur in animo habuisse, cum verteret, *licet ipsum legislatorem ignorent.* Sequitur ἡγεῖσθαι γὰρ ἂν αὐτοὺς, etc. opinor δεῖν αὐτοὺς, sc. ἀσεβεῖς vel ἀσεβοῦντας, de quibus sermo est. nisi ἂν διδόναι malis sumere pro δώσειν. Quæ vero præcedunt, οὓς οὐδείς πω, etc. usque ad ἴσασιν, parenthesi includas. MARKLAND.

Οὐδὲ αὐτὸν τὸν θέντα ἴσασι] *Ne ipsum quidem norunt earum latorem qui fuerit.* αὐτὸν serves, an αὐτοὺς scribas, nil interierit. Cum nemo sciat, a quo profectæ illæ leges sint, eoque dubium fiat, utrum ab homine mortali, an ab ipso immortali

γὰρ ἂν αὐτοὺς οὕτως οὐ μόνον τοῖς ἀνθρώποις ἀλλὰ καὶ 205
τοῖς θεοῖς διδόναι δίκην. Ἀνδοκίδης δὲ τοσοῦτον καταπε-
φρόνηκε τῶν θεῶν καὶ ὧν ἐκείνοις δεῖ τιμωρεῖν, ὥςτε πρὶν 206
μᾶλλον ἢ ἧττον ἢ ἐπιδεδημηκέναι δέκα ἡμέρας ἐν τῇ πόλει
προσεκαλέσατο δίκην ἀσεβείας πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ
ἔλαχεν Ἀνδοκίδης, [1] καὶ πεποιηκὼς ἃ οὗτος πεποίηκε περὶ
15 τοὺς θεούς· καὶ ἵνα μᾶλλον πρόσχητε τὸν νοῦν, φάσκων τὸν
Ἀρίστιππον ἀσεβεῖν περὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν αὐτοῦ πατρῷον. 207

[1] καὶ οὗτος πεποιηκὼς ἃ πεποίηκε A.

deo latæ sint, eo sunt religiosius observandæ, ne forte fiat, id quod in re incerta facile fieri potest, ut illas leges violando, non humanam auctoritatem, sed divinam violes. Reisk.

Ἡγεῖσθαι] Subaudi ἔφη. obliqua est oratio, apta ex illo superiori φασὶ τὸν Περικλέα. *se enim existimare* (ita nempe ferunt Periclem tum affirmasse). Reisk. Auger.

Αὐτοὺς] Scil. τοὺς ἀσεβοῦντας εἰς τοὺς θεούς. Reisk. Auger.

Οὕτως] Si nempe nos, prout ipse nobis auctor factus sit, non e civili tantum jure, sed etiam e divino impios puniamus. Reisk.

Ὧν ἐκείνοις δεῖ τιμωρεῖν] Recte. τιμωρεῖν ἐκείνοις est *eorum causa ulcisci* vel *pœnam sumere*. Sæpe ita loquitur tum Noster, tum alii. Vide Orat. XIII. ad finem: et Antiphonta initio Orat I. Subintellige αὐτῶν ante ὧν. Vult *Religiones*. Mox, μᾶλλον ἢ ἧττον: nisi hæc delenda sint, nescio quid de illis fiet. Intelligo phrasin μᾶλλον ἢ οὐχ ἧττον: sed quomodo ea huc applicari possit, non video: et tamen Atticismus forte aliquis his subest: in præsens igitur ἐπέχω. Sequentia vero ita distingue: πρὸς τὸν βασιλέα· καὶ ἔλαχεν Ἀνδοκίδης, καὶ πεποιηκὼς ἃ οὗτος πεποίηκε περὶ τοὺς θεοὺς καὶ (ἵνα μᾶλλον πρόσχητε τὸν νοῦν) φάσκων τὸν Ἀρίστιππον ἀσεβεῖν περὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν πατρῷον· ὁ δὲ Ἀρίστιππος (non Ἄρχιππος) ἠντιδίκει, etc. Spiritus et Indignationis hæc plena sunt, præsertim istud ἔλαχεν Ἀνδοκίδης: quæ ultima vox cum emphasi pronuntianda est: quale istud Senecæ, *Medea fugiam?* vel hoc Servatoris nostri Marc. XIV. Σίμων καθεύδεις; Tune, Simon, idem iste, qui de zelo tuo tot ac tanta modo prædicavisti, Tune dormis? Vocem vero ἠντιδίκει adde iis, quæ viri docti de hac voce dixerunt ad Pollucis VIII. 5. segm. 23. Markland. Idem est, ac si dixisset: καὶ τούτων (scil. καταπεφρόνηκεν), *itemque eos contempsit*, οὓς δεῖ ἐκείνοις τιμωρεῖν, *quos oportet factas diis injurias in auctoribus exsequi*. Reisk. Ὧν resolve in τούτων οὕς. τούτων i. e. τῶν ἀνθρώπων, ἐκείνοις np. τοῖς θεοῖς. Auger.

Πρὶν μᾶλλον] Quid facias cum hac colluvie τῶν ἀκλίτων? πρὶν μᾶλλον ἢ ἧττον. Glossematica puto vel e cujusdam ἀκριβολογοῦντος manu profecta, quali vitiligine hæc oratio potissimum laborat. Hujusmodi credo aliquando exstitisse scripturam: ὥςτε πρὶν ἢ ἐπιδεδημηκέναι δέκα ἡμέρας. [Dici enim potuit, ἧττον ἢ δέκα ἡμέρας. Ut nos utroque modo: *Before he had been ten days at home*, vel, *He had not been ten days at home*. Sed cum prior locutio πρὶν, magis proba visa fuerit, annotavit aliquis in margine μᾶλλον ἢ ἧττον. *In Edit. min.*] Ingeniosus deinde Aristarchulus Lysiæ phrasin suo calculo commendans, rectius dici fatetur πρὶν ἢ δέκα ἡμέρας, quam ἧττον (μᾶλλον ἢ ἧττον) ἢ δέκα ἡμέρας. Mox sordes in textu. Taylor. Miror utique Marklandum in re tam plana atque obvia tricari. Ecquis non intelligit *decem plus minus dies*. quamquam utique malim hæc vocabula μᾶλλον ἢ ἧττον non eo loco, quem nunc tenent, sed post δέκα legi. Reisk. Gallice, *plus ou moins*. Hæc tria verba velim cum Reiskio transponi post δέκα. Auger.

Ἀνδοκίδης] Post Ἀνδοκίδης addendum videtur ὧν. Reisk.

Καὶ πεποιηκὼς ἃ οὗτος] Primum et postremum vocabulum abesse mallem. aberunt utique sine damno sententiæ. Idem.

Φάσκων] Hoc participium suspensum hæret, sed hujus affectatæ inordinationis multa occurrunt exempla apud antiquos oratores. Itaque accipe phrasin quasi legeretur ἔφασκε. Auger.

Ἀρίστιππον] Primum in hoc loco notanda est diversitas nominis, et primo loco pro Ἀρίστιππον legendum est Ἄρχιππον, vel secundo pro Ἄρχιππος Ἀρίστιππος. Deinde notandum est Andocidem movisse litem de Herma sive statua Mercurii quasi sua et a suis majoribus posita: At contra Æschines et Plutarchus in Ando-

ὁ δὲ [1] Ἄρχιππος ἠντιδίκει, ἢ μὴν τὸν Ἑρμῆν ὑγιᾶ τε καὶ ὅλον εἶναι, καὶ μηδὲν παθεῖν ὥνπερ οἱ ἄλλοι Ἑρμαῖ· ὅμως μέντοι ἵνα μὴ ὑπὸ τούτου τοιούτου ὄντος πρᾶγμα [2] ἔχοι, δοὺς ἀργύριον ἀπηλλάγη. καίτοι ὁπότε οὗτος παρ' ἑτέρου ἠξίωσε δίκην ἀσεβείας λαβεῖν, ἦπου ἑτέρους γε παρὰ τούτου λαβεῖν δίκαιον καὶ εὐσεβές ἐστιν. 20

δ'. Ἀλλὰ λέξει δεινὸν εἶναι, εἰ ὁ μὲν μηνυτὴς τὰ ἔσχατα πείσεται, οἱ δὲ μηνυθέντες τῶν αὐτῶν ὑμῖν ἐπίτιμοι ὄντες μεθέξουσι. καίτοι οὐχ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογήσηται,
208 ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων κατηγορήσει. τοὺς μὲν οὖν ἄλλους οἱ ἐπιτάξαντες καταδέξασθαι ἀδικοῦσι, καὶ τοῦ αὐτοῦ
209 ἀσεβήματος αἴτιοι εἰσίν· εἰ δ' ὑμεῖς [3] αὐτοκράτορες ἦτε, καὶ

[1] Ἀρίστιππος, et mox ἢ A. [2] ἔχῃ T. R. A.
[3] αὐτοκράτορες, αὐτοὶ ἐστὲ οἱ ἀφ. τ. τ. τ. θεῶν, ὑμεῖς αὐτοὶ, ἀλλ' οὐχ οὗτοι A.

cid. aiunt eam statuam non fuisse majorum Andocidis ἀνάθημα, sed Ægeidis tribus, sed eo, quod erat sita in vicinia domus Andocidis, sic vocatam fuisse. Adde et forte eo, quod in jus vocaverat Archippum sive Aristippum propter hujus statuæ mutilationem, ideo magis vocata est Andocidis Hermas. Sed mirum mihi videtur hoc loco Lysiam non notavisse hominis vanitatem, si ea statua non fuit majorum suorum donarium, ut volunt Æschines et Plutarchus. Forte id ignorabat, et sequebatur communem errorem. PALMER. Pro Ἀρίστιππον mavult etiam Ἄρχιππον Schottus. TAYLOR. Contius Ἀρίστιππος. Deinde pro ἢ μὴν legit ἦ μὴν, quod solum probum est, et omisi in textum inducere. AUGER.

Αὐτοῦ] Lege αὐτοῦ, Andocidis sc. non Archippi. TAYLOR.

Καίτοι οὐχ] Istud καίτοι debuit esse καὶ, ut procedat sententia, quæ aliter procedere nolit. IDEM. Nullus dubito hic parum quid deesse, forsitan in hanc sententiam: καίτοι πῶς οὐχὶ δεινὸν, εἰ οὐ μόνον οὐχ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογ. atqui, qui fieri possit, ut minus indignum sit, si non solummodo pro se nil afferat, quo excusetur, sed etiam præterea alios incuset. REISK.

Τοὺς μὲν οὖν ἄλλους κ. τ. λ.] Merito questus est Schottus de hujus loci obscuritate, cum historiam non intellexit, unde elucescere possit. Vidit quoque depravatum esse, sed eadem causa, restituere non sustinuit. Inclinata fortuna Atheniensium, fractisque viribus, placuit τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους ποιήσασθαι, ut plenus est in ea re Andocides. Ἐπιτέτακται domum καταδέξασθαι. Atque hæc omnia non per religionem, sed duram temporis necessitatem, rebus omnibus retro lapsis, et excussis e manibus populi imperii habenis. Sic ergo mecum: Εἰ δ' ὑμεῖς μὴ αὐτοκράτορες ἦτε, οὐκ ἐστὲ οἱ ἀφελόντες τὰς τιμωρίας τῶν θεῶν, ἀλλ' αὐτοὶ αἴτιοι ἔσονται. Vos deorum religiones non violastis, sed qui vos in eam necessitatem conjecere, αὐτοὶ αἴτιοι. TAYLOR.

Ἄλλους] *Alios*, præter Andocidem, sacrilegii item reos factos. REISK.

Καταδέξασθαι] Non intelligo. nisi forte scripserit, κακὰ πράξασθαι vel καταπράξασθαι. vide sequentia. Sensum loci exprimit Philonis istud de Leg. Special. p. 519. διαφέρει γὰρ τοῦ ἀδικεῖν οὐδὲν τὸ συνεπιγράφεσθαι ἀδικοῦντι. Nihil deesse videtur ante verba τοὺς μὲν οὖν, etc. MARKLAND. *Recipere in civitatem*, ab exsilio revocatos, aut exsilii pœna iis remissa. Sententia hæc est: qui vobis imperarunt, ut alios quospiam ob crimina nescio quæ exsilio mulctatos revocaretis, idque ab invitis vobis et necessitati cedere coactis impetrarunt, hi culpam eam sibi contraxerunt, non vos vobis contraxistis. Videtur Lacedæmonios notare, aut Athenienses tyrannidis et Lacedæmoniorum studiosos. REISK.

Τοῦ αὐτοῦ ἀσεβήματος] Quo scil. illi ipsi sacrilegi tenentur, qui, cum a vobis expulsi patria fuissent, nunc a Lacedæmoniis per vim reducti sunt. IDEM.

Ἦτε καὶ] Ἐστὲ καί. CONT. Videor mihi in his duobus vocabulis vestigia unius ὄντες cernere. H et N modis inter se simillimis exarantur in libris, et ς atque sigla καὶ repræsentans pariter inter se sunt tam similes, ut discerni sæpe nequeant. unde

ἐστὲ οἱ ἀφελόντες τὰς τιμωρίας τῶν θεῶν, ἀλλ' οὗτοι αἴ- 210
25 τιοι ἔσονται. ὑμεῖς οὖν μὴ βούλεσθε εἰς ὑμᾶς τὴν αἰτίαν
ταύτην περιτρέψαι, ἐξὸν τὸν ἀδικοῦντα κολάσασιν ἀπηλ-
λάχθαι. ἔπειτα δ' ἐκεῖνοι μὲν ἀρνοῦνται τὰ μεμηνυμένα,
οὗτος δὲ ὁμολογεῖ ποιῆσαι. καίτοι καὶ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ἐν 211
τῷ σεμνοτάτῳ καὶ δικαιοτάτῳ δικαστηρίῳ, ὁμολογῶν μὲν
ἀδικεῖν ἀποθνήσκει, ἐὰν δὲ ἀμφισβητῇ, ἐλέγχεται, καὶ
[1] πολλοὶ οὐδ' ἔδοξαν ἀδικεῖν. οὐκοῦν ὁμοίαν χρὴ γνώμην 212

[1] πολλοὺς οὐδὲ δόξαν ἀδικεῖν T. R. πολλοὶ οὐδὲν ἔδοξαν ἀδικεῖν A.

constat, quam facile ex ΟΝΤΕΣ exsistere potuerit ΗΤΕ *και*. Hoc sic sumto, locus ita erit leg. εἰ δὲ ὑμεῖς, αὐτοκράτορες ὄντες, αὐτοί ἐστε οἱ ἀφελόντες etc. (nisi potius legi mavolemus ἀνέλοντες. quod ni rectius est, est certe usitatius) *sin autem vos, qui* (vel *cum*, vel *licet*) *juris vestri spontisque vestræ sitis* (et a nemine cogamini), *tollatis deorum vindicias ipsi*, ὑμεῖς αὐτοὶ, ἀλλ' οὐχ οὗτοι αἴτιοι ἔσονται, *vos eritis ipsi piaculi rei, non autem illi.* (Lacedæmonii puta, aut sacrilegi, quos recipere mœniis vestris inviti coacti fuistis.) τιμωρίαι θεῶν sunt, cum leges pœnas in sacrilegos sancientes, tum judicia, quæ super ejusmodi causis sacrilegii habentur, pœnæ denique ipsæ, quæ sontibus infliguntur. Hæc enim tria cum exercentur, vindicta pro diis contemtis atque violatis ab eorum læsoribus repetitur. Possit quoque sententia eadem manente pro τιμωρίας legi τιμάς. Verumtamen ego equidem causæ nil video, cur eo confugiatur. REISK.

Τὰς τιμωρίας τῶν θεῶν] Ferri forte potest: ut τὰς τιμωρίας τῶν θεῶν sint *pœnas, quæ deorum causa exiguntur.* mallem tamen τῶν ἀθεῶν, *atheorum*, impiorum. Quæ sequuntur, ἀλλ' οὗτοι etc. artificiosa sunt. Dicere voluit: *Si pœnarum arbitrium penes Vos esset (et quidem est) impiis non punitis, Vos sontes eritis*: sed a *Directo* orationem convertit, offensionis vitandæ causa, et pro ὑμεῖς αἴτιοι ἔσεσθε ponit οὗτοι αἴτιοι ἔσονται. ἀλλ' enim ornatui tantum inservit, ut sæpe. Pari omnino artificio Paulus ad Festum, Actor. XXV. 11. εἰ δὲ οὐδέν ἐστιν ὧν οὗτοι κατηγοροῦσί μου, οὐδείς με δύναται αὐτοῖς χαρίσασθαι. non dicit, *Tu* non potes, (vel debes) sed, *Nemo* potest. alterum enim liberioris fuisset compellationis. Demetrius περὶ Ἑρμ. Segm. 311. et seqq. pulcre agit de hac λέξει ἐσχηματισμένη: et utilitatem ejus notat Tiberius Rhetor in Schemate Καθόλου. Græca Lysiæ distinguenda sunt, quemadmodum in Latinis factum vides. Ad sensum hujus loci illustrandum, non possum non exscribere alterum suavissimi et acutissimi oratoris Lycurgi, κατὰ Λεωκράτ. p. 168. Τὰ γὰρ ἀδικήματα, ἕως μὲν ἂν ᾖ ἄκριτα, παρὰ τοῖς πράξασίν ἐστιν· ἐπειδὰν δὲ κρίσις γένηται, παρὰ τοῖς μὴ δικαίως ἐπεξελθοῦσιν. MARKLAND.

Ἐκεῖνοι] Illi reliqui sacrilegii item rei, quos jussu Lacedæmoniorum denuo urbe vestra recepistis. REISK.

Ὁμολογεῖ] Stropha hæc est sophistica, oratore honesto indigna. In illa quidem, quæ hodie superest, Andocidis defensione sui hac in causa sacrorum violatorum tantum abest, ut Andocides sacrilegii se reum fateatur, ut potius crimen hoc modis omnibus infitietur atque a se amoliatur. IDEM.

Πολλοὺς οὐδὲ δόξαν ἀδικ.] Καὶ πολλοῖς οὐδὲ δόξας ἀδικεῖν. CONT. Pro πολλοὺς habent πολλοῦ Codd. Steph. et Coisl. πολλοῖς reponit Scal. Videtur tamen Schottus veram pene sententiam deprehendisse: Ἐὰν δὲ ἀμφισβητῇ καὶ οὐκ ἐλέγχεται, ὥστε δόξαι ἀδικεῖν, ἀποψηφίσεται. At quales, O Musæ, circuitiones! Pressius sic et verbis pene consentientibus: Ὁμολογῶν μὲν ἀδικεῖν ἀποθνήσκει, ἐὰν δὲ ἀμφισβητῇ, ἐλέγχεται, *argumentis* sc. *et probationibus res agitur* (Hesych. Ἐλέγξει. Βασανίσει. Aristoph Lysistra. 485. Ἀλλ' ἀνερώτα καὶ μὴ πιθοῦ, καὶ πρόσφερε πάντας ἐλέγχους· Ὡς αἰσχρὸν ἀκωδώνιστον ἐᾷν τὸ τοιοῦτο πρᾶγμα μεθέντας), καὶ ἀπολύεται οὐδὲν δόξας ἀδικεῖν, [ut vertimus: vel καὶ πολλοὶ οὐδὲν ἔδοξαν ἀδικεῖν. *In Edit. min.*] TAYLOR. Lego: καὶ πολλοὶ οὐδὲν ἔδοξαν ἀδικεῖν. id est, multi, licet accusati fuerint, tamen factum *negantes*, re in judicium delata, absoluti fuerunt sententia Judicum, pronuntiantium, *Videntur non deliquisse.* At in hac causa, inquit, longe aliter se res habet. Andocides enim *fatetur* se fecisse. confessionis vero mulcta Legibus statuta, est *Mors.* Alludit ad Formulam sententiæ Absolutoriæ in istis οὐδὲν ἔδοξαν ἀδικεῖν. Orat. XX. οἱ δὲ ἠδικηκότες, ἐκπριάμενοι τοὺς κατηγόρους, οὐδὲν ἔδοξαν ἀδικεῖν, id

ἔχειν περί τε τῶν ἀρνουμένων καὶ περὶ τῶν ὁμολογουμένων. 30
Δεινὸν δέ μοι δοκεῖ εἶναι, ἂν μέν τις ἀνδρὸς σῶμα τρώσῃ,
κεφαλὴν ἢ πρόσωπον ἢ χεῖρας ἢ πόδας, αὐτὸς μὲν κατὰ
τοὺς νόμους τοὺς ἐξ Ἀρείου πάγου φεύξεται τὴν τοῦ ἀδικη-
θέντος πόλιν, [1] ἢ τραύματος ἐκ προνοίας, καὶ [2] ἐὰν κατίῃ,
213 ἐνδειχθεὶς θανάτῳ ζημιωθήσεται· ἐὰν δέ τις τὰ αὐτὰ ταῦτα
ἀδικήσῃ τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν, οὐδ' αὐτῶν κωλύσετε
τῶν ἱερῶν ἐπιβαίνειν, ἢ εἰσιόντα οὐ τιμωρήσεσθε. καὶ μὲν 35
δὴ τούτων καὶ δίκαιον καὶ ἀγαθόν ἐστιν ἐπιμελεῖσθαι, ὑφ'
ὧν καὶ εὖ καὶ κακῶς δυνήσεσθε πάσχειν. φασὶ δὲ καὶ τῶν
Ἑλλήνων πολλοὺς διὰ τὰ ἐνθάδε ἀσεβήματα ἐκ τῶν παρ'
αὐτοῖς [3] ἱερῶν ἐξείργειν. ὑμεῖς δὲ αὐτοὶ οἱ ἀδικηθέντες περὶ
ἐλάττονος ποιεῖσθε τὰ παρ' ὑμῖν νόμιμα, ἢ ἕτεροι τὰ
214 ὑμέτερα. Τοσούτῳ δ' οὗτος Διαγόρου τοῦ Μηλίου ἀσεβέ-

[1] ἤγουν A. [2] ἐὰν μὲν κατίῃ T. R. ἐὰν μὴν κατίῃ A.
[3] ἱερῶν τῶν ὑμετέρων τινὰς ἐξείργειν A.

est, *absoluti fuerunt*. Enormiter hoc loco agit Schottus. MARKLAND. Nescio, an sic dederit Lysias: καὶ πολλοὺς ἤδη ἀφῆκαν (scil. οἱ δικασταί, vel οἱ ἐκ τοῦ Ἀρείου πάγου βουλευταὶ) οὐδὲν δόξαντας ἀδικεῖν. *multosque absolverunt* (Areopagitæ), *qui viderentur nihil deliquisse*. REISK.

Οὔκουν ὁμοίαν χρὴ γνώμην ἔχειν] "Sensus postulat (inquit Valckenaerius) οὔκουν ὑμᾶς ὁμοίαν χρὴ γνώμην ἔχειν, scilicet quam Areopagitæ." SLUITER.

Ὁμολογουμένων] Imo vero ὁμολογούντων. REISK.

Κατὰ τοὺς νόμους τοὺς ἐξ Ἀρείου φεύξεται] Primum inserenda vox πάγου post Ἀρείου. Deinde, e regione horum verborum videtur studiosus aliquis in margine apposuisse ista, ἢ τραύματος ἐκ προνοίας: quia scilicet noverat Areopagitas judicasse de *Vulneribus ex industria illatis*. Proprie vero ἐνδειχθείς. vide Harpocrat. v. Ἔνδειξις, et Pollucem VIII. 6. segm. 49. et Nostrum infra, δὶς ἐν τῷ αὐτῷ ἐνδέδεικται. MARKLAND.

Ἢ τραύματος ἐκ προνοίας] Ecce tibi iterum τὸν ἀπὸ μηχανῆς. Procul dubio ad illustrandum, quales essent leges, quas modo laudavit, Areopagiticæ, margini allevit homo catus, ἤγουν τραύματος ἐκ προνοίας. In MSS. non longe absimilia sunt ἢ et ἤγουν, immo omnibus præter oculatissimos eadem. TAYLOR. Ego arbitror ἢ delendum esse, ut natum e similitudine cum N ultima litera proximi vocabuli πόλιν. quo admisso ad τραύματος subaudietur ἕνεκα. Sin autem hæc litera *n* omnino servanda sit, leg. erit: τῇ τραύματος, subaudi προφάσει aut καταδίκῃ, *per legem vulneris præmeditati*, aut *sub eo titulo*. REISK. Contius legit: ἢ τραύματος ἐκ προνοίας ἐνδειχθεὶς, θανάτῳ etc. recidendo καὶ ἐὰν μὲν κατίῃ. Sub. ἕνεκα. AUGER.

Μὲν κατίῃ] Dele istud μὲν, quod hic locum non habet ullum. Neque enim huic commati ἀνταποδίδοται vicinum istud ἐὰν δέ τις, sed superioribus, ἂν μέν τις ἀνδρὸς σῶμα. Non leve est aliquando neque minimæ gratiæ sententiam in proprias sedes dispertiri. TAYLOR.

Οὐδ'] Pro οὐδ' malim οὐκ. IDEM.

Αὐτῶν] Lege αὐτὸν καλύσετε. Mox pone Notam Interrog. post τὰ ὑμέτερα. MARKLAND. Videtur αὐτῶν bene habere, cohæret οὐδὲ cum ἐπιβαίνειν. *ne ipsa quidem limina calcare, nedum in fana ipsa ingredi.* ἐπιβαίνειν τῶν ἱερῶν idem videtur esse, atque ἐπιβαίνειν τῶν οὐδῶν τῶν ἱερῶν. REISK.

Καὶ μὲν δὴ] Idem est in Lysiaca dictione, atque καίτοι, aut καὶ μέντοι. *atqui*. IDEM.

Πολλοὺς] Aut post hoc vocabulum, aut post ἀσεβήματα proximum deesse videtur τινὰς, aut τῶν ὑμετέρων τινὰς, ἐνθένδε ἐκπεσόντας. *a Græcorum haud paucis nostratium quosdam propter impietates commissas hinc ejectos suis quoque fanis exclusos fuisse.* Aut certe αὐτὸν excidit, *multos Græcorum aiunt Andocidi aditu fanorum suorum interdixisse*. IDEM.

Ποιεῖσθε] ποιήσεσθε. CONT.

Τὰ ὑμέτερα] Melius interrogasset increpanti similis. TAYLOR.

στερος γεγένηται· ἐκεῖνος μὲν γὰρ λόγῳ περὶ τὰ ἀλλότρια ἱερὰ καὶ ἑορτὰς ἠσέβει, οὗτος δὲ ἔργῳ περὶ τὰ ἐν τῇ αὐτοῦ πόλει. ὀργίζεσθαι οὖν χρή, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς ἀστοῖς ἀδικοῦσι μᾶλλον ἢ τοῖς ξένοις περὶ ταῦτα τὰ ἱερά· τὸ μὲν γὰρ ὥςπερ ἀλλότριόν ἐστιν ἁμάρτημα, τὸ δ' οἰκεῖον. καὶ μὴ οὓς μὲν ἔχετε ἀδικοῦντας ἀφίετε, τοὺς δὲ φεύγοντας ζητεῖτε συλλαμβάνειν, ἐπικηρύττοντες τάλαντον ἀργυρίου δώσειν τῷ ἀπάγοντι ἢ ἀποκτείναντι. εἰ δὲ μή, δόξετε τοῖς Ἕλλησι κομπάζειν μᾶλλον ἢ τιμωρεῖσθαι βούλεσθαι. ἐπεδείξατο δὲ καὶ τοῖς Ἕλλησιν ὅτι θεοὺς οὐ νομίζει. οὐ γὰρ ὡς δεδιὼς τὰ πεποιημένα, ἀλλ' ὡς θαρρῶν, ναυκληρίᾳ ἐπιθέμενος τὴν θάλατταν ἔπλει. ὁ δὲ θεὸς ὑπῆγεν αὐτὸν,

105. 1 215

Αὐτοῖς ἀδικ.] M. ἀστοῖς ἀδικ. H. STEPHAN.

Περὶ ταῦτα τὰ ἱερὰ] Ad hæc verba notarat Valckenaerius: "Cur ista sacra? τὰ ἱερὰ adjectum ab alio ex superioribus: Lysias scripserat tantum περὶ ταῦτα, nempe περὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰς ἑορτὰς (v. 2.) ἠσέβει." SLUITER.

Ἐπικηρύττοντες etc.] Proprie. Ammonius: ἐπικηρύξαι δὲ, τὸ ὑποσχέσθαι χρήματα δώσειν τῷ συλλαβόντι, καὶ ἀνάγοντι (l. ἢ ἀνάγοντι), καὶ (l. ἢ) ἀποκτείναντί τινα τῶν δικασθέντων, l. τῶν καταδικασθέντων. Confer hunc Lysiæ locum cum verbis Ammonii. Vide et Harpocr. voce Ἐπικεκηρυχέναι. Huic mori alludit Pollux IV. 12. Segm. 93. in phrasi ἐπικηρύττειν χρήματά τινι. *alicui pecuniam per præconem promittere.* MARKLAND.

Ἐπεδείξατο δὲ καί] Cohærent hæc cum illis paulo ante præmissis: οὗτος δὲ ἔργῳ ἠσέβει. quasi dixisset: Andocides non solum rebus ipsis impium se gessit, sacrilegium committendo, neque satis habuit scelere se obstrinxisse, verum etiam in eo gloriatus est, et quasi ostentavit ad Græcos, se numen deorum nullum putare. REISK.

Τὰ πεποιημένα] Id est, τὰ ἐπίχειρα τῶν ὑφ' ἑαυτοῦ πεποιημένων. IDEM.

Ἔπλει] Edit. pr. ἐπήδα. Novi quibus placebat ἐπέρα, ut passim Thucyd. περαιοῦσθαι. Vide σχ. 1. Thucyd. 26. Περαιούμενοι, πλέοντες. Coisl. ἐπίδει. Sed lectio Stephanica longe est anteferenda. Andoc. p. 18. 4. ed. Steph. Τίς γὰρ κίνδυνος μείζων ἀνθρώπῳ ἢ χειμῶνος ὥρᾳ πλεῖν τὴν θάλατταν; TAYLOR. Lectio hæc, ἔπλει, a Stephano profecta est; speciosa utique, haud enim infitiabor, in qua etiam acquiescerem, si sine Aldina foret, in qua prostat ἐπήδα. Videor mihi in hac lectione ἐπείρα cernere. πειρᾶν τὴν θάλατταν idem est atque τοὺς τὴν θάλατταν ἐργαζομένους πειρᾶν. piraticam exercere in navicularios et mercatores mare arantes, nave comparata, cujus ipse dominus esset. REISK.

Ἔπλει] Hemsterhusius ad Hesychium p. 94. e lectione Aldina ἐπήδα efformabat ἐπηλᾶτο, lectionem Stephani ἔπλει languidam vocans. At vero, pace viri summi, notabat Valckenaerius πλεῖν τὴν θάλατταν similiter esse in Oratione Andocidea, idque bene etiam vidisse Taylorum, et in Cod. Coislin. esse ἐπίδει, litera tantum superflua. Deinde ἐπηλᾶτο, *cum ærumnis vagatus est*, infracturum fuisse argumentum Oratoris, — si a Diis impius ille mari fuisset vexatus. Porro dici quidem p. 275. 6. ἀλώμενος διάγει: sed ἐπαλᾶσθαι prorsus esse Homericum: Homereis autem Lysiam non tantum abstinere, sed adhibere e medio duntaxat usu petita. Πλεῖν τὴν θάλατταν locutio est aliis etiam Oratoribus Atticis frequentata. Vid. Isocratem de Pace p. 163. B. Demosthenem Phil. I. p. 49. 24. ed. R. in Apat. p. 893. 27. Conf. Aristidem p. 209. F. Jam subjungit: ὁ δὲ θεὸς ὑπῆγεν αὐτὸν, ἵνα ἀφικόμενος εἰς τὰ ἁμαρτήματα ἐπὶ τῇ ἐμῇ προφάσει δῴη δίκην. Hanc lectionem jam sollicitavit Marklandus, ejus loco reponens ἐπὶ τιμῆς προφάσει, ingeniose quidem, ut solet, non item, ut opinor, vere. Reiskius non audet lectionem sollicitare, quoniam non satis intelligit. Mihi facilis videtur emendatio ἐπὶ τῇ ἐμῇ φάσει: *Deus ipsum periculis eripuit, ut, ad locum reversus, ubi peccata ista commisit, per meam accusationem pœnas lueret.* Φάσις peculiariter quidem dicitur *delatio eorum, qui erga vectigalia et reditus publicos peccarint, Sycophantarum, et Tu-*

ἵνα ἀφικόμενος εἰς τὰ ἁμαρτήματα [1] ἐπὶ τῇ ἐμῇ προφάσει 5
216 δῴη δίκην. ἐλπίζω μὲν οὖν αὐτὸν καὶ δώσειν δίκην· θαυμά-
σιον δὲ [2] οὐδὲν ἄν μοι γένοιτο. οὔτε γὰρ ὁ θεὸς παραχρῆμα
217 κολάζει, ἀλλ' αὕτη μέν ἐστιν ἀνθρωπίνη δίκη. πολλαχόθεν
δὲ ἔχω τεκμαιρόμενος εἰκάζειν, ὁρῶν καὶ ἑτέρους ἠσεβηκότας
χρόνῳ δεδωκότας δίκην, καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνων διὰ τὰ τῶν

[1] ἐπὶ τιμῆς προφάσει A.
[2] οὐδὲν, ἂν μὴ γένοιτο R. οὐδέν ἐστιν ἂν τοῦτ' οὔπω ἐγένετο A.

torum mala fide gerentium. Sed universe etiam omnem *accusationem* notat: vid. Pollux l. VIII. s. 48. ibique Jungermannus, Budæus Comment. L. Gr. p. m. 182, φάσις δὲ, ait Suidas, καὶ μήνυσις, ἀγγελία (leg. εἰσαγγελία, ΕΙΣ absorptum est a præcedenti syllaba ΣΙΣ). et φαίνειν crebro *accusare* vel συκοφαντεῖν notat apud Aristophanem; v. g. Acharn. v. 541. 819. seqq. 908. 912. item apud Oratores. Similis est Lycurgi locus in Leocr. p. 159. v. 14. ἐπεί γε τὸ ἐλθεῖν τοῦτον, οἶμαι θεῶν τινὰ αὐτὸν ἐπ' αὐτὴν ἀγαγεῖν τὴν τιμωρίαν, ἵν' ἐπειδὴ τὸν εὐκλεᾶ κίνδυνον ἔφυγε, τοῦ ἀκλεοῦς καὶ ἀδόξου θανάτου τύχῃ, καὶ οὓς προὔδωκε, τούτοις ὑποχείριον αὐτὸν καταστήσειεν. SLUITER.

Ὑπῆγεν] Θεοί σε ποιήσαντα ἀνόσια νόμῳ δικαίῳ χρεώμενοι ὑπήγαγον εἰς χέρας τὰς ἐμάς. Herodot. Uran. 106. V. Hesych. in Ὑπηγάγετο. TAYLOR. Verbum ὑπάγειν in hac re proprium est. subauditur τῷ δικαστηρίῳ, aut τῇ κολάσει. REISK.

Ἐπὶ τῇ ἐμῇ] Lege ἐπὶ τιμῆς προφάσει, δῴη δίκην. Confirmat ipse Andocides Orat. de Reditu suo, p. 21. ed. Steph. κατέπλευσα μὲν γὰρ ὡς ἐπαινεθησόμενος ὑπὸ τῶν ἐνθάδε, προθυμίας τε εἵνεκα, καὶ ἐπιμελείας τῶν ὑμετέρων πραγμάτων. Hanc sententiam mutuatus est Lycurgus p. 159. Ad istud vero, quod de navigatione ejus Accusatores hic dicunt, sollerter respondet Orat. de Myster. p. 17, 18. Porro, ἀφικόμενος εἰς τὰ ἁμαρτήματα, idem videtur exprimere, quod εἰς τοὺς ἠδικημένους ἀφικέσθαι, infra. [Marklandum usque adhuc pæne exscribit Taylorus in Edit. min.] Si cui locutio insolentior videatur, verba aliter forte componi possunt, nempe, δῴη δίκην εἰς τὰ ἁμαρτήματα· quod idem erit ac τῶν ἁμαρτημάτων, ut Orat. in Diogit. ἐπιτρόπῳ εἰς τοὺς παῖδας, pro τῶν παίδων. sic et ἄξια εἰς μυρίας δραχμὰς, Demosth. Orat. I. in Aphobum: quod usitatius dicitur μυρίων δραχμῶν. Si hoc verum sit, ponenda est minima distinctio post ἀφικόμενος. Ultimum vero δίκην delendum puto: ἐλπίζω μὲν οὖν αὐτὸν, καὶ δώσειν· non δώσειν δίκην. MARKLAND. Non satis tenemus omnia ad hanc causam spectantia, quare non ausim lectionem hanc sollicitare, quæ possit hoc significare, per occasionem mei, me litem adversus Andocidem instruente, cujus causa necesse illi fuit huc reverti. Nescimus, qui actor fuerit. (Nam Lysias certe non fuit, tametsi actori calamum suum venalem præstitit.) neque magis novimus, quam ille causam Andocidi redeundi dederit. Dictio εἰς τὰ ἁμαρτήματα ἀφικνεῖσθαι significare videtur, venire in loca delicti commissi, ubi supersunt adhuc res vel homines, in quibus scelus commissum fuit, supersunt item testes, ut infitiationi locus nullus sit. REISK.

Θαυμάσιον] Immo, inquit Valckenaerius, θαυμαστόν. SLUITER.

Οὐδὲν, ἂν μὴ γένοιτο] Sic dedi de meo, vulgatæ pro tertia voce dant μοι. Sæpissime in libris Mstis excusisque η et οι inter se permutantur. *Verum tamen ne id quidem mirandum fuerit, si id minus fiat.* h. e. si Andocides diis scelerum pœnas nullas det; aut, si hoc e judicio absolutus excedat, malim tamen legi: ἂν μὴ εὐθὺς γένοιτο. *si hoc* (ut nempe pœnas det) *non statim fiat.* REISK.

Οὔτε] Imo vero οὐδέ. *nam ne deus quidem in continenti punit.* IDEM.

Δίκη] Post voc. δίκη deesse videtur hæc sententia: τῆς δὲ θείας οὐδεὶς κρείττων, aut τὴν δὲ θείαν οὐδείς πω διαπέφευγεν. nil mirer, ait, si Andocides hoc e judicio effugiat. humanum hoc est judicium, in quo sedent homines, errori obnoxii, falli faciles. divinum autem judicium nemo unquam effugit. IDEM.

Εἰκάζειν] Subaudi ὅτι τοῦθ' ὃ λέγω, ἀληθές ἐστι, vel γενήσεται. causæ mihi multæ sunt, multaque argumenta suspicandi aut colligendi hoc, quod aio, verum, aut sic eventurum esse, ut scil. Andocides, si non statim, certo certius tamen olim aliquando pœnas det sacrilegii. IDEM.

Χρόνῳ δεδωκότας δίκην, καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνων, διὰ τὰ τῶν προγόνων ἁμαρτήματα] Notatu digna sunt hæc propter eorum similitudinem cum secundo Decalogi præcepto. Liceat hic quoque locum exscribere optimi Lycurgi, p. 157. τοὺς δὲ θεοὺς οὔτ' ἂν

προγόνων ἁμαρτήματα. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ δέη πολλὰ
10 καὶ κινδύνους ὁ θεὸς ἐπιπέμπει τοῖς ἀδικοῦσιν, ὥστε πολ-
λοὺς ἤδη ἐπιθυμῆσαι τελευτήσαντας τῶν κακῶν ἀπηλλά- 218
χθαι. ὁ δὲ θεὸς τέλος [1] τούτων λυμηνάμενος τῷ βίῳ θά-
νατον ἐπέθηκε. Σκέψασθε δὲ καὶ αὐτοῦ Ἀνδοκίδου τὸν
βίον, ἀφ' οὗ ἠσέβηκε, [2] καὶ εἴ τις τοιοῦτος ἕτερός ἐστιν.
Ἀνδοκίδης γὰρ ἐπειδὴ ἥμαρτεν, ἐξ ἐπιβολῆς εἰσαχθεὶς εἰς 219

[1] τούτῳ T. [2] καὶ om. A.

ἐπιορκήσας τις λάθοι, οὔτ' ἂν ἐκφύγοι τὴν ἀπ' αὐτῶν τιμωρίαν· ἀλλ' εἰ μὴ αὐτὸς, οἱ παῖδές γε, καὶ τὸ γένος ἅπαν τὸ τοῦ ἐπιορκήσαντος μεγάλοις ἀτυχήμασι περιπίπτει. MARKLAND.

Τριετήσαντας] Lege τελευτήσαντας. et ita Schottus. Quæ sequuntur ita forte legenda et distinguenda: ἀπηλλάχθαι, οὐδὲ Θεὸς τέλος, τούτῳ λυμηνάμενος τῷ βίῳ, θάνατον ἐπέθηκε. hoc sensu: multos sceleratos mori cupivisse: Deum vero nondum adeo cum illis in gratiam rediisse, ut hoc illis concesserit; etiamsi vitam eorum multis casibus interea infestaverit. Infra: μαρτυρίου ἐπ' ἐλπίδι τῇ αὐτῇ. Cl. Editor legit: ἢ ἀργυρίου, ἐπ' ἐλπίδι etc. quod verissimum puto. IDEM.

Τέλος] Imo vero οὐδὲ τέλος. deus ne morte quidem imponit horum vitæ finem, a se miseris modis cruciatuum exagitatæ; sed ad Orcum eos demittit, ibi quoque, et adhuc atrocius cruciandos. REISK.

Τούτῳ] Τούτους. SCHOTT. Τούτων. SCAL. Recepta tamen lectio bene se habere potest. TAYLOR. Conjecturam Scaligeri nullus dubitavi in texto exhibere, pro lectione vulgatarum τούτα. REISK.

Σκέψασθε] Demonstratum it, Andocidem, etiamsi fortuito fiat, ut hoc judicio absolvatur, ea tamen vita, quam agat et adhuc egisset, tam miseram, ut alia nulla esse possit miserior, satis jam superque pœnarum diis dare atque dedisse. IDEM.

Καὶ] Delendum videtur, ut natum e fine vocabuli proximi πεποίηκε. IDEM.

Εἴ τις τοιοῦτος] *Adeste animis, dum Andocidis vitam percurram, et statuite,* utrum ea sit nec ne, *qualem facinorosorum esse nuper descripsi.* Σκέψασθε — εἴτε τοιοῦτος ἢ ἕτερός ἐστιν. Plato de Legg. l. 1. Πρὶν διδάξαι ἱκανῶς ἢ μαθεῖν, εἴτε οὕτως εἴτε ἄλλως ἔχει. Vulgata certe lectio est omnium maxime inficeta. Εἴ τις τοιοῦτος ἕτερος. Immo *Multorum.* Supra modo: Πολλαχόθεν δὲ ἔχω τεκμαιρόμενος εἰκάζειν, ὁρῶν καὶ ἑτέρους κ. τ. λ. TAYLOR. Bene habet hic locus. ἕτερος βίος idem est atque ἄλλου τινὸς τῶν πάντων ἀνθρώπων βίος. *considerate, num quæ alia vita cujusquam sit, perinde misera, atque hujus Andocidis est.* E miseria vitæ, qua conflictetur Andocides, colligit actor, eum diis invisum, eoque sontem esse. deos enim insontes non odisse. REISK.

Ἐξ ἐπιβουλῆς] Sic vulg. Τοξότης, credo, aut e Δημοσίων collegio nonnullus solus in solo angiportu *fallacias* struxit, et hominem *necopinantem,* in jus rapit! Quotus lector hanc impuritatem ἀναγκοφαγεῖ? Medela enim non nisi ex medio Atticorum foro eruenda. Ἐπιβολὴ erat mulcta peculiariter dicta, ἡ ὁριζομένη ζημία, quam re ad judices nondum delata, vel *Senatui Areopagitico,* vel *Quingentorum* (idque maxime in Actionibus εἰσαγγελίας, quali nempe tenebatur Andocides, uti constat ex Plutarch. in vita, et ex ejus oratione adversaria), vel aliquando soli *Magistratui* imponendi jus competebat. Explicat quodammodo Pollux VIII. 6. Ἐάν τις περὶ ὧν οὐκ εἰσὶ νόμοι ἀδικῶν ἁλίσκεται, ἢ ἄρχων ἢ ῥήτωρ εἰς τὴν βουλὴν εἰσαγγελίας δίδοται κατ' αὐτοῦ. κἂν μὲν μέτρια ἀδικεῖν δοκῇ, ἡ βουλὴ ποιεῖται ζημίας ἐπιβολὴν, ἂν δὲ μείζω, παραδίδωσι δικαστηρίῳ. Lego locum emendatius, quam legi solet. Æsch. περὶ παραπρεσβ. p. 40. Edit. Steph. Πρότερον δ' ὑπέμειναις τὴν ἐπιβολὴν τῆς βουλῆς τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου, οὐδ' ἐπεξιὼν τῇ τοῦ τραύματος γραφῇ κ. τ. λ. Ita enim pro ἐπιβουλὴν Steph. ex conjectura, Cod. item Manuscriptus, quo usus est Scaliger et Scholiastes ad locum. Usi sunt hoc jure, ut monui, *Magistratus.* N. c. Nicomach. pr. Ἐπιβαλλόντων δὲ τῶν Ἀρχόντων ἐπιβολὰς καὶ εἰσαγόντων εἰς τὸ δικαστήριον, κ. τ. λ. *Archon* solus. Orphanorum, inquit Demosth. adv. Macartat. sub fin. ἐπιμελείσθω ὁ Ἄρχων, καὶ μὴ ἐάτω ὑβρίζειν, ἢ ποιεῖν τι παράνομον, κύριος δ' ἐπιβάλλειν κατὰ τὸ τέλος, ἐὰν δὲ μείζονος ζημίας δοκῇ ἄξιος εἶναι, προσκαλεσάμενος πρόπεμπτα, καὶ τίμημα ἐπιγραψάμενος — εἰσαγαγέτω εἰς τὴν Ἡλιαίαν. Usi sunt Πρόεδροι. Æsch. c. Timarch. p. 5. Edit. Steph. Τῶν Ῥητόρων ἐάν τις λέγῃ — περὶ τοῦ εἰσφερομένου μὴ χαρίς περὶ ἑκάστου.

τὸ δικαστήριον, ἔδησεν ἑαυτὸν τιμησάμενος δεσμοῦ, εἰ μὴ
221 παραδοίη τὸν ἀκόλουθον· εὖ δ' ἤδει οὐ δυνησόμενος παρα- 15
δοῦναι, ὃς διὰ τοῦτον καὶ τὰ τούτου ἁμαρτήματα ἀπέθανεν,
ἵνα μὴ μηνυτὴς γένοιτο. καίτοι πῶς οὐ θεῶν τις τὴν τού-
του γνώμην διέφθειρεν, ὃς ῥᾷον ἡγήσατο δεσμοῦ τιμήσασθαι
222 ἢ ἀργυρίου ἐπ' ἐλπίδι τῇ αὐτῇ; ἐκ δ' οὖν τούτου τοῦ τι-
μήματος ἐδέδετο ἐγγὺς ἐνιαυτόν, καὶ ἐμήνυσε δεδεμένος

(Cod. MS. ἢ χωρὶς περὶ ἑκάστου, F. μὴ χωρὶς περὶ ἑκάστου) ἢ δὶς περὶ τοῦ αὐτοῦ — ἢ ἔλκῃ τὸν ἐπιστάτην—κυριευέτωσαν οἱ Πρόεδροι μεχρὶ ν̄ δραχμῶν (h. e. juxta Demosthenem supra prolatum κύριοι sunto ἐπιβάλλειν κατὰ τὸ τέλος) ἐὰν δὲ πλέονος ἄξιός ἐστι ζημίας, ἐπιβάλλοντες μέχρι ν̄ δραχμῶν εἰσφερέτωσαν εἰς τὴν βουλήν. Usi sunt denique quotquot in ea civitate ad ullam reip. partem accessere. Ὡς τοίνυν καὶ τὴν τῶν τειχοποιῶν ἀρχὴν ἦρχεν—καὶ τὰ δημόσια γράμματα διεχείριζε, καὶ ἐπιβολὰς ἐπέβαλλε, καθάπερ οἱ ἄλλοι ἄρχοντες, καὶ δικαστηρίων ἡγεμονίας ἐλάμβανε, τούτων—μάρτυρας παρέξομαι. Id. Æsch. c. Ctesiph. p. 57. In MSS. nimium confunduntur Ἐπιβολὴ et Ἐπιβουλή. Philo MS. Περὶ τῶν τοῦ δεκησισόφου Κάϊν ἐκγόνων. Ex Cod. Vatic. Ὡς μηδὲ κατὰ τὰς ἀκραιφνεῖς καὶ ἀσωμάτους τῆς διανοίας ἐπιβολὰς ψαύσασθαι δύνασθαι. Ut locum est lecturus est doctissimus Editor. Atque hæc eo explicatius, quia nemo adhuc de iis explicate satis. Juvenem tamen φιλέλληνα non prius dimittam, quam ei ἀκροάσεως χάριν Xenophontem defæcatum præstitero. Hist. Græc. l. 1. p. 448. Edit. 1625. Ἀρχέδημος ὁ τοῦ δήμου τότε προεστηκὼς ἐν Ἀθήναις — Ἐρασίνδῃ ἐπιβολὴν ἐπιβαλὼν κατηγόρει ἐν δικαστηρίῳ. Hodie in textu sine ulla fraudis suspicione monstrum illud, neque uno piaculo dignum, ἐπιβουλήν. Taylor.

Ἔδησεν ἑαυτὸν τιμησάμενος δεσμοῦ] Egregia h. l. est conjectura Valckenaerii, cujus hæc sunt verba. "Sic Taylor (Ald. ἐδέησεν) vertens, *se ipsum in vincula conjecit, eam sibi pœnam æstimans*, εἰ μὴ παραδοίη τὸν ἀκόλουθον. Correctione vera restituo: λέληθεν — ἑαυτὸν τιμησάμενος δεσμοῦ. Cur autem λέληθεν? Quia θεῶν τις τὴν τούτου γνώμην διέφθειρεν, ὃς ῥᾷον ἡγήσατο δεσμοῦ τιμήσασθαι ἢ ἀργυρίου, videlicet ex *pœnæ æstimatione*, quam reus faciebat: v. pen. ἐκ τούτου τοῦ τιμήματος ἐδέδετο ἐγγὺς ἐνιαυτόν. Ostendere nititur a Deo dementatum: sic p. 274. v. 3. tantam ipsi Deus λήθην ἔδωκεν, ut se daret in manus inimicorum." Sluiter.

Ἵνα μηνυτὴς] (Sic vulg.) Lege cum Steph. ἵνα μὴ μηνυτής. Syllaba syllabam similis similem, ut fieri solet, deturbavit. Taylor.

Μαρτυρίου] (Sic vulg.) Attento fac sis quæso animo, dum Lysiæ gratiam alternis vicibus meo merito sim initurus. Vox ista μαρτύριον rarissimæ est usuræ. Reperitur quidem apud Aristot. Plutarch. Immo, et Thucyd. quoque non semel, uti I. 33. Μετ' ἀειμνήστου μαρτυρίου τὴν χάριν κατάδησδε. Illius tamen insolentiam digito ibid. commonstrat σχ. Μαρτύριον οὐδετέρως λέγει. Nihilo tamen minus *hæ deliciæ a Magistro* laudantur. At legatur per me licet, dummodo hic facessat. Lego enim emendatione nunquam pœnitenda: Ῥᾷον ἡγήσατο δεσμοῦ τιμήσασθαι ἢ ἀργυρίου ἐπ' ἐλπίδι τῇ αὐτῇ. Ea demum erat τιμημάτων species, quæ adhuc in tantis loci hujusce sordibus desiderabatur. Demosth. c. Timocrat. Ἐὰν δὲ ἁλῷ τιμάτω ἡ Ἡλιαία περὶ αὐτοῦ ὅ,τι ἂν δοκῇ ἄξιος εἶναι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. Ἐὰν δ' ἀργυρίου τιμηθῇ, δεδέσθω τε ἕως ἂν ἐκτίσῃ. p. 270. pen. ed. R. Confer. Id. c. Mid. p. 523. 1. et 529. 21. sqq. Γραφὰς ὕβρεως εἶναι πεποίηκεν, καὶ τίμημα ἐπέθηκεν, ὅ,τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. Æsch. c. Timarch. p. 3. Atque hæc non semper ex judicum sententia, sed ad Reum relatum est, quam potissimum pœnam se commeruisse fateretur, uti hic Andocidi usu venit. Τιμωμένων (*referentibus* utique) τῶν δικαστῶν, τί χρὴ παθεῖν αὐτὸν ἢ ἀποτῖσαι, πέντε καὶ εἴκοσιν ἔφη δραχμὰς ἀποτίσειν. Laert. in Socrate. Idem.

Ἐπ' ἐλπίδι τῇ αὐτῇ] Eadem spe in utramvis partem proposita ad exitum judicii sive prosperum, sive adversum. h. e. potuisset, sponsa depositave summa quadam pecuniaria, ire quo vellet, salutemque fuga quærere, si necesse vidisset, sorte judicii in partem deteriorem inclinante; quo liberatus esset a dura necessitate aut capite suo luendi, aut necessarios prodendi, quod est flagitium fœdissimum. Nihil habuisset tum, neque sperandum magis, neque metuendum, quam postmodum habuit carcere conclusus. Reisk.

κατὰ τῶν αὐτοῦ συγγενῶν καὶ φίλων, ἀδείας δοθείσης αὐτῷ, εἰ δόξειε τἀληθῆ μηνῦσαι. καὶ τίνα αὐτὸν δοκεῖτε
20 ψυχὴν ἔχειν, ὁπότε τὰ μὲν ἔσχατα [1] καὶ τὰ αἴσχιστα ἐποίει μηνύων κατὰ τῶν ἑαυτοῦ φίλων, ἡ δὲ σωτηρία ἀφανὴς αὐτῷ; μετὰ δὲ ταῦτα, ἐπειδὴ ἀπεκτονὼς ἦν οὓς αὐτὸς ἔφη περὶ πλείστου ποιεῖσθαι, ἔδοξε τἀληθῆ μηνῦσαι καὶ ἐλύθη· καὶ προσεψηφίσασθε ὑμεῖς αὐτὸν εἴργεσθαι τῆς ἀγορᾶς καὶ τῶν ἱερῶν, ὥστε μὴ [2] ἀδικουμένῳ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν δύνασθαι δίκην λαβεῖν. οὐδεὶς [3] γάρ που, ἐξ ὅσου 223
25 Ἀθηναῖοι ἀείμνηστοι εἰσὶν, ἐπὶ τοιαύτῃ αἰτίᾳ [4] ἠτιμώθη. δικαίως· οὐδὲ γὰρ ἔργα τοιαῦτα οὐδείς πω εἰργάσατο. καὶ τούτων πότερα τοὺς θεοὺς χρὴ ἢ τὸ αὐτόματον αἰτιᾶσθαι; Μετὰ δὲ ταῦτα ἔπλευσεν ὡς τὸν [5] Κιττιέων βασιλέα, καὶ προδιδοὺς ληφθεὶς ὑπ' αὐτοῦ ἐδέθη· καὶ οὐ μόνον τὸν θάνα- 224
τον ἐφοβεῖτο ἀλλὰ καὶ τὰ καθ' ἡμέραν αἰκίσματα, οἰόμε-

[1] [καὶ τὰ αἴσχιστα] R. [2] ἀδικούμενον A. [3] δήπου A.
[4] ἠτιμώθη δικαίως. T. [5] Κιτιέων T. R. A.

Τὰ μὲν ἔσχατα καὶ τὰ αἴσχιστα] Alterutrum horum videtur e variante lectione, aut e scholio ortum esse. IDEM. Pro ἔσχατα melius forsan legeretur ἀλόγιστα. AUGER.

Ἀφανὴς] Annon potius ἀφανὴς ἦν αὐτῷ? TAYLOR.

Ἱερῶν] Γερῶν, Ald. γέρρων. CONT.

Ἀδικουμένῳ] Lege ἀδικούμενον. MARKLAND. et *in Edit. min.* TAYLOR. et CONT. Recte vero admonuit Markland ἀδικούμενον esse legendum, si δύνασθαι bene habet: verum si ἀδικουμένῳ tuebimur, δύνασθαι cum δυνατὸν εἶναι erit mutandum. Satis tamen hoc non est. pro μὴ leg. quoque est μηδὲ, *ut ne læsus quidem injuriis posset ab inimicis jus suum repetere.* REISK.

Που] Imo vero πω. quod de tempore usurpatur. οὐδείς πω, *nondum quisquam.* Sed quid sibi vult γάρ? Estne indicium ὑποφορᾶς seu objectionis, quæ refutetur subjecto δικαίως? videtur. Atqui, ait, nemo unquam, ex quo Athenæ ad nominis immortalitatem enisæ sunt, talem ob causam infamia notatus est. Hæc fictus Andocidis patronus pro eo affert. Respondet actor. Audio. vera ais, at ille meritus eam pœnam dedit. Aut, si negas hypophoram esse, deficit aliqua sententia, a lectore saltim tacite subjicienda, si auctor eam brevitatis studio suppressit; in hunc ferme modum: Qua severitate judicii vos declaravistis, vos censere, et Audocidem sacrilegii reum esse, et sacrilegos omnes esse puniendos. Nam tametsi debitam ex promisso daretis Andocidi spiritus immunitatem, pœna tamen beneficium hoc, dira quadam inauditique exempli circumscripsistis. Nam, ex quo Athenarum fama cœpit esse immortalis — Totus in hoc est orator, ut doceat Andocidem sacrilegum, ideoque puniendum esse. testari hoc deos ipsi iratos, a quibus conjectus sit in vitam quacunque alia vita miserrima miseriorem. IDEM.

Ἀείμνηστοι] Vir amicissimus ἀνάμνηστοι. TAYLOR. Quam conjecturam melius suppressisset. REISK.

Ἠτιμώθη δικαίως] Interpungas: οὐδεὶς — ἐπὶ τοιαύτῃ αἰτίᾳ ἠτιμώθη. Δικαίως. Id est εἰκότως. TAYLOR.

Προδιδοὺς] Hic videtur nomen urbis aut arcis, aut nescio cujus rei deesse, quam prodere voluisse dicatur Andocides. REISK.

Τὸν θάνατον] *Non mortem solummodo metuebat.* Leve enim sic simpliciter vitam amittere, cito, sine cruciatibus: acerbum autem et horrendum, corporis sui per singulos artus, et lente carpendi lanienam videre, ut si hodie manus dextra, cras sinistra, tertio die pes unus, quarto pes alter, et sic porro per dies singulos singula membra detruncentur. Supplicii genus hoc ipsa morte multo est atrocius, et lentum, et fœdum dictu visuque et infame, et cruciatu intolerabile. IDEM.

νος τὰ ἀκρωτήρια ζῶντος ἀποτμηθήσεσθαι. ἀποδρὰς δὲ ἐκ
τούτου τοῦ κινδύνου κατέπλευσεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ [1] πόλιν 30
225 ἐπὶ τῶν τετρακοσίων· θεὸς λήθην ἔδωκεν, ὥστε εἰς τοὺς
ἠδικημένους αὐτοὺς ἐπεθύμησεν ἀφικέσθαι. ἀφικόμενος δὲ
226 ἐδέθη καὶ ἠκίσθη· ἀπώλετο δὲ οὐχί, ἀλλ' ἐλύθη. ἔνθεν δὲ
ἔπλευσεν ὡς Εὐαγόραν τὸν Κύπρου βασιλεύοντα, καὶ ἀδι-
κήσας εἴρχθη. [2] ἀποδρὰς δὲ καὶ τοῦτον, ἔφευγε μὲν τοὺς
ἐνθάδε θεοὺς, ἔφευγε δὲ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, ἔφευγε δὲ εἰς οὓς
τὸ πρῶτον ἀφίκοιτο τόπους. καίτοι τίς χάρις τῷ βίῳ, κα- 35
κοπαθεῖν μὲν πολλάκις, ἀναπαύσασθαι δὲ μηδέποτε;
καταπλεύσας δὲ ἐκεῖθεν δεῦρο εἰς δημοκρατίαν εἰς τὴν αὐ-

[1] πόλιν, ἐπεὶ τῶν τετρακοσίων Ω. λ. ἔδωκεν. T. πόλιν ἐπὶ τῶν τετρακοσίων· ὁ γὰρ θεὸς τοσαύτην αὐτῷ λήθην ἔδωκεν, A. [2] ἀποδράσας τοῦτον T. R.

Ζῶντος] Subaudi ἑαυτοῦ. IDEM.

Ἀποτμηθήσεσθαι] Ἀποτμηθήσεται Ald. quod retinet Contius, addendo ὅτι post οἰόμενος. AUGER.

Ἐπεὶ τῶν τετρακοσίων θεὸς λήθην ἔδωκεν. ὥστε etc.] Editorem audivi dicentem legendum esse ex Historia ἐπὶ pro ἐπεί. unde facile fuit locum ita supplere: ἐπὶ τῶν τετρακοσίων. ὁ δὲ Θεὸς τοσαύτην τούτοις λήθην ἔδωκεν, ὥστε εἰς τοὺς ἠδικημένους αὐτὸς (non αὐτοὺς) ἐπεθύμησεν ἀφικέσθαι. hoc, aut simili modo, videtur a Lysia scriptum fuisse, quam sententiam ita effert Lycurgus: οἱ γὰρ Θεοὶ οὐδὲν πρότερον ποιοῦσιν ἢ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων τὴν διάνοιαν παράγουσι. Vide et nostrum paulo inferius, ἃ τούτῳ ὁ Θεὸς etc. Θεοβλάβειαν hoc infortunium vocat Dion. Halicarnassensis de Struct. Orat. segm. 18. et διαφορὰν τῶν φρενῶν. Hesychius: Θεοβλαβίαν, οὕτως Αἰσχίνης εἶπεν. scribendum Θεοβλάβειαν: et mutilum locum opinor. Notanda quoque vox ἔδωκεν propter similem ejus usum in S. S. ut Rom. XI. 8. ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα κατανύξεως: et 2 Cor. XII. 7. quemadmodum Latini *malum* et *infortunium dare*. MARKLAND. Pro ἐπεὶ vulgatorum dedi ἐπί. Designat orator primum Andocidis ad Athenas reditum sub CCCC, quia paulo post opponit ei reditum tempore posteriorem ἐπὶ τῆς δημοκρατίας, hujus paginæ v. ult. REISK.

Λήθην] Quare λήθην, cum constet ex Photio et Plutarcho Andocidem *sub* ipsa dominatione τῶν 400 rediisse? Neque secundo possis λήθην eam *socordiam* vel *inertiam* interpretari, quæ *consuescendo* fit, quo modo a Demosthene usurpari video. Τὸ χρόνῳ γεγενῆσθαι μετὰ τὴν περσβείαν πολλὴν, δέδοκα, μή τινα λήθην ἢ συνήθειαν τῶν ἀδικημάτων ὑμῖν ἐμπεποιήκει (lege ἐμπεποίηκε, cui fovet Cod. Lutet.). Demosth. π. παραπρεσβ. Ea enim Tyrannis non ultra annum se extenderat. Tum autem porro quare erat hæc λήθη divinitus immissa? Et cujusmodi denique tibi videatur totius sententiæ ambitus et connexio? Lege: Κατέπλευσεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ἐπὶ τῶν τετρακοσίων. Θεὸς γὰρ λήθην ἔδωκεν, ὥστε εἰς τοὺς ἠδικημένους αὐτοὺς ἐπεθύμησεν ἀφικέσθαι, vel ἐπιθυμῆσαι. [Marklandum exscribit Taylorus in Edit. min.] TAYLOR. Post, aut circa hoc vocabulum deesse videtur αὐτῷ τοσαύτην. *tantum stuporem deus menti ejus injecit, tantam tarditatem atque somnolentiam.* ἔδωκεν, pro ἐνέβαλλεν, etsi dictio est inventu paulo rarior, analogia tamen ei non obstat. Ut enim ὑγίειαν, πλοῦτον, τάγαθὰ, et contra χαλάζας, πυρετοὺς, λιμοὺς, λοιμοὺς, et alia, διδόναι dicuntur superi, ita rursus non video, cur deus dici nequeat alicui λήθην, μανίαν, διδόναι, pro ἐπιπέμπειν. REISK.

Ἀποδράσας τοῦτον] Non memini verbum ἀποδιδράσκειν in aoristi primi participio usurpari. potius particip. aoristi secundi in usu est. donec itaque certiora hac de re discam, legam: ἀποδρὰς δὲ καὶ τοῦτον. IDEM.

Εἰς] Istud εἰς non est necessarium, et ortum videtur duxisse ex voce sequenti. Mox fortasse ἀφίκετο. TAYLOR. Fortasse, ἀφίκετο. Infra de hac re: πιστεύων ἀεὶ μᾶλλον τοῖς ἀγνῶσι τῶν γνωρίμων. MARKLAND. Bene habent h. l. omnia. idem est ac si dixisset: ἔφευγε τούτους τοὺς τόπους, εἰς οὓς τὸ πρῶτον ἀφίκοιτο. *ut primum aliquo appulerat, ita statim rursus illinc aufugiebat.* REISK.

Ἐκεῖθεν] Unde? Antecedens non video, sed lacunam certissimam. Mox fortasse: εἰς δημοκρατουμένην τὴν αὐτοῦ πόλιν.

τοῦ πόλιν τοῖς μὲν πρυτανεῦσιν ἔδωκε χρήματα, ἵνα αὐτὸν 227
προσαγάγοιεν [1] ἐνθάδε· ὑμεῖς δ' αὐτὸν ἐξηλάσατε ἐκ τῆς
πόλεως, τοῖς θεοῖς βεβαιοῦντες τοὺς νόμους οὓς ἐψηφίσα-
σθε. καὶ τὸν ἄνδρα οὐ δῆμος, οὐκ ὀλιγαρχία, οὐ τύραννος,
40 οὐ πόλις ἐθέλει δέξασθαι διὰ τέλους· ἀλλὰ πάντα τὸν
χρόνον, ἐξ ὅσου ἠσέβησεν, ἀλώμενος διάγει, πιστεύων ἀεὶ
μᾶλλον τοῖς ἀγνῶσι τῶν γνωρίμων διὰ τὸ ἠδικηκέναι οὓς
γινώσκει. τὸ δὲ τελευταῖον νῦν ἀφικόμενος εἰς τὴν πόλιν
δὶς ἐν τῷ [2] αὐτῷ ἐνδέδεικται. καὶ τὸ μὲν σῶμα ἀεὶ ἐν δε- 228
σμοῖς ἔχει, ἡ δὲ οὐσία αὐτοῦ ἐλάττων ἐκ τῶν κινδύνων
γίνεται. [3] καὶ ὅταν τις τὸν αὐτοῦ βίον τοῖς ἐχθροῖς καὶ
τοῖς συκοφάνταις [4] διανέμῃ, τοῦτ' ἔστι τὸ [5] [βιοῦν] τὸν

[1] ἐνθένδε T. [2] αὐτῷ ἐνιαυτῷ ἐνδέδεικται A. [3] καίτοι A.
[4] διανέμει T. R. A. [5] uncos om. T. A.

ut paulo superius ex adverso locutus est: κατέπλευσεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ἐπὶ τῶν τετρακοσίων. TAYLOR. E Cypro puta, locisque iis omnibus, a quibus vix salutatis statim refugisset. REISK.

Εἰς τὴν δημοκρατίαν εἰς τὴν αὐτοῦ πόλιν] Idem est ac si dixisset: εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν νῦν ἤδη δημοκρατουμένην. REISK. AUGER.

Καταπλεύσας δὲ ἐκεῖθεν δεῦρο εἰς δημοκρατίαν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, τοῖς μὲν πρυτανεῦσιν ἔδωκε χρήματα κ. τ. λ.] Licet Lysiacam Orationem esse non credam, tantam tamen verborum effusionem ne in eo quidem exspecto, qui se illius imitatorem profiteatur. Andocides tunc secunda vice rediit Athenas: illud dixisse videtur Orator atque ita scripsisse: καταπλεύσας δὲ ἔπειτα δεύτερον. postea iterum rediens in patriam. Hoc vero inde etiam confirmatur, quod mox eadem dicatur ratione: τὸ δὲ τελευταῖον νῦν ἀφικόμενος εἰς τὴν πόλιν. SLUITER.

Ἐνθένδε] Ἐνθάδε. SCAL. Fort. cum Scalig. ἐνθάδε. TAYLOR. Opinor ἐνθάδε, huc. MARKLAND. Ἐνθάδε dedi, e Scaligeri atque Marklandi sententia, pro ἐνθένδε librorum omnium vulgatorum. huc, in concionem. Nam coram populo, aut in Heliæa maxima agebatur hæc impietatis causa. REISK.

Τοῖς θεοῖς βεβαιοῦντες τοὺς νόμους] Utcunque hæc lectio defendi possit explicando τοῖς θεοῖς in honorem Deorum, vel Deorum causa, mihi tamen multo probabilius videtur Lysiam scripsisse τοῖς ἔργοις· non verbis tantum, sed ipso opere et factis: nempe ex civitate Andocidem expellendo. MARKLAND.

Οὐ πόλις] Videtur vitiose redundare, ideoque amputari debere, propter præmissum οὐ δῆμος, cum quo videtur idem dicere. Verumtamen bene habet. πόλις paulo quid est amplius, quam δῆμος. Ex causa, Atheniensis populus Athenis habitans erat δῆμος. verum tota respublica cives complectens etiam per colonias in Asia, Thracia, Ponto, sparsos, ea erat πόλις. Sic Ephesii δῆμος, Ionia πόλις. Hoc sensu paulo ante v. πόλις noster usurpaverat p. 261. antep. REISK.

Τῶν γνωρίμων] I. e. ἢ τοῖς γνωρίμοις. AUGER.

Δὶς ἐν τῷ αὐτῷ] Nullus dubito post hæc vocabula excidisse ἐνιαυτῷ, quod facillime fieri potuit ob similitudinem hujus vocabuli cum ἐν τῷ αὐτῷ. bis eodem in anno. REISK.

Καὶ ὅταν τις] Opinor καίτοι ὅταν τις. MARKLAND. Recte, ni fallor. REISK.

Διανέμει] Διανέμοι. CONT. Malim in conjunctivo, διανέμῃ. REISK.

Τοῦτ' ἔστι τὸ βιοῦν τὸν βίον ἀβίωτον] Vocem βιοῦν inseruit Stephanus: sine causa, nisi in MSS. reperietur: quod non credo, cum multo elegantius sit, τοῦτ' ἔστι τὸ, Τὸν βίον ἀβίωτον. Hujusmodi enim locutiones, quæ proverbiorum vicem obtinebant, cum ab omnibus intelligerentur, non ad plenum efferebantur, ab audientibus supplendæ. Nihil vero tritius hac phrasi βίος ἀβίωτος. Æschines ea passim utitur, et Gorgias, et Philo, et cæteri omnes fere Græci Scriptores. Sic apud Matt. V. 38. Ἠκούσατε, ὅτι ἐρρέθη· Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος. reticetur Verbum, quia omnes bene intelligebant, quid vellet ὁ Εὐλογητός. Inspice quamlibet Adagiorum Collectionem. MARKLAND

βίον ἀβίωτον. ἃ τούτῳ ὁ θεὸς οὐκ ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐπινοεῖν 106. 1
διδωσιν, ἀλλὰ τιμωρούμενος τῶν γεγενημένων ἀσεβημάτων.
229 τὸ δὲ τελευταῖον νυνὶ παραδέδωκεν αὐτὸν ὑμῖν χρῆσθαι ὅ τι
ἂν βούλησθε, [1] οὐ τῷ μὴ ἀδικεῖν πιστεύων, ἀλλ' ὑπὸ δαι-
μονίου τινὸς ἀγόμενος ἀνάγκης. οὔκουν χρὴ, μὰ τὸν Δία,
οὔτε πρεσβύτερον ὄντα οὔτε νεώτερον, ὁρῶντας Ἀνδοκίδην ἐκ 5
τῶν κινδύνων σωζόμενον, συνειδότας αὐτῷ ἔργα ἀνόσια εἰρ-
230 γασμένῳ, ἀθεωτέρους γίνεσθαι, ἐνθυμουμένους ὅτι ἥμισυς
ὁ βίος βιῶναι [2] κρεῖττον [3] ἀλύπως [4] ἐστὶν ἢ διπλάσιος
λυπουμένῳ, ὥσπερ οὗτος.

[1] οὕτω T. [2] κρείττων T. R. A. [3] ἀλύπῳ A. [4] ἐστὶ διπλασίου T. R. A.

Vocabulum βιοῦν uncis inclusi, ut admodum suspectum. Sententia potius postulare videtur: τοῦτ' ἔστι τὸ ποιεῖν ἑαυτῷ τὸν βίον ἀβίωτον. Aut hoc: τοῦτ' ἔστι τὸ τῶν πολλῶν, βίον ἀβίωτον ἄγειν. *hoc illud est, quod proverbio vulgari jactatur, vitam haud vitalem agere.* Reisk.

Ἃ τούτῳ] Potest servari ἃ, sed malim ταῦτα. mox ad τῶν γεγ. ἀσεβημάτων, sub. ἕνεκα. Auger.

Ἐπινοεῖν] F. ἐπινοῶν, ut conjecit vir eruditissimus. Taylor.

Αὐτὸν] Male Schott. lectionem Aldi αὐτὸν revocare satagit. Idem.

Οὕτω] (Sic vulg.) Π. οὐ τὸ μὴ ἀδικεῖν. H. Stephan. οὐ τῷ μὴ ἀδικ. Cont. Immo οὐ τῷ μὴ ἀδικεῖν, ipsissima scriptione. Andoc. tamen ineunte oratione adversaria, ad modum lectionis Stephanicæ: ὁπόσοι δὲ πιστεύσαντες μηδὲν ἀδικεῖν, ὑπέμειναν, κ. τ. λ. Schottus periodum non intellectam delet. Istud est sapere! Taylor. Stephanus, οὐ τὸ μὴ, prope veritatem, quæ erat, οὐ τῷ μὴ ἀδικεῖν πιστεύων, *non innocentia sua fretus.* Ipse Andocides de Mysteriis, sub initio: πιστεύσας δὲ μάλιστα μὲν τῷ δικαίῳ, ἔπειτα δὲ καὶ ὑμῖν. Demosthenes in Aphob. Ψευδομαρτ. οὐχὶ τῷ τὰ ψευδῆ τινὰ αὐτοῦ καταμεμαρτυρηκέναι ἐξελέγξειν πιστεύων, ἀλλ' ἡγούμενος etc. Thucydides III. 38. τῷ λέγειν πιστεύσας. Perfunctorie hoc in loco agebat Schottus. Mox, pro ἀλύπως bene Stephanus ἀλύπῳ. et pro τισὶ paulo post legendum puto τινάς. Markland.

Καίτοι ὅταν τις τὸν αὐτοῦ βίον τοῖς ἐχθροῖς καὶ τοῖς συκοφάνταις διανέμει, τοῦτ' ἐστὶ τὸ [βιοῦν] τὸν βίον ἀβίωτον· ἃ τούτῳ ὁ θεὸς οὐκ ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐπινοεῖν δίδωσιν — οὐ τῷ μὴ ἀδικεῖν πιστεύων, ἀλλ' ὑπὸ δαιμονίου τινὸς ἀγόμενος ἀνάγκης] Mirum vero si ita Deus quem puniat, ut intelligat miserum esse, bona sua Sycophantis distribuere, quo ab accusando revocentur. Inepto plane loco collocata sunt verba ἃ τούτῳ ὁ θεὸς — ἀσεβημάτων, quorum verus locus esse videtur post illa ὑπὸ δαιμονίου τινὸς ἀγόμενος ἀνάγκης. *Volens ipse sua sponte judicium subiit, non causæ suæ æquitate fretus, sed divina necessitate coactus. Hanc vero illi mentem Deus dedit, non ut servetur et evadat, sed ut pœnas luat eorum, quæ ante peccavit.* Sluiter.

Αὐτῷ] Malim αὐτῷ. Generalis enim videtur hæc γνώμη et quasi publici juris. *Neminem* sibi *celatum facinus conscientem, propter dilatas Andocidis pœnas impunitatem sibi quoque audere polliceri, et de divina justitia prave ideo sentire.* Οὔκουν χρὴ οὔτε πρεσβύτερον ὄντα οὔτε νεώτερον, ὁρῶντας Ἀνδοκίδην ἐκ τῶν κινδύνων σωζόμενον, συνειδότας αὐτῷ (sibi sc. unumquemque) ἔργα ἀνόσια εἰργασμένῳ, ἀθεωτέρους γίνεσθαι. Usitatissima constructio. Οὐ γὰρ μόνον εἰς πατέρ' αὐτοῖς καὶ τῶν ἄνω προγόνων, κατ' ἄνδρα ἀνενεγκεῖν ἑκάστῳ τὴν φύσιν ἐστὶν, ἀλλ' εἰς ὅλην κοινῇ τὴν ὑπάρχουσαν πατρίδα. Demosth. Orat. Funeb. Taylor. Bene habet αὐτῷ cum spiritu leni. Taylor ad h. l. quæ affert (vir doctus et industrius, sed criticus haud usquequaque felicissimus, multa moliens, et magna vi, sed nulla de causa, nullo effectu, in irritum), ea haud intelligo. Saltim συνειδότα in singulari dedisset. Verum aberravit ab oratoris sententia, quæ hæc est: cum videant Andocidem e discrimine judicii salvum abeuntem, quamvis probe norint eum scelera multa patrasse. Reisk.

Ἀλύπως] Ἀλύπῳ mavult Steph. ut ex æquo respondeat τῷ λυπουμένῳ. Tu autem cave de tam rigida constructione. H. p. melius: Ἥμισυς ὁ βίος βιῶναι κρείττων ἄλυπός ἐστι διπλασίου λυπουμένου. Lasci-

έ. Εἰς τοσοῦτον δὲ ἀναισχυντίας ἀφῖκται, ὥστε καὶ παρασκευάζεται [1] τῇ πόλει καὶ [2] πράττει καὶ ἤδη δημη-
γορεῖ καὶ ἐπιτιμᾷ καὶ ἀποδοκιμάζει τῶν ἀρχόντων [3] τισὶ, 231
10 καὶ συμβουλεύει εἰς τὴν βουλὴν εἰσιὼν περὶ θυσιῶν καὶ προσόδων καὶ εὐχῶν καὶ μαντειῶν. καίτοι τούτῳ πειθόμενοι ποίοις θεοῖς ἡγήσεσθε κεχαρισμένα ποιεῖν; μὴ γὰρ οἴεσθε, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, εἰ ὑμεῖς βούλεσθε τὰ τούτῳ πεποιημένα ἐπιλαθέσθαι, καὶ τοὺς θεοὺς ἐπιλήσεσθαι. ἀξιοῖ δὲ οὐχ ὡς ἠδικηκὼς ἡσυχίαν ἔχων πολιτεύεσθαι, ἀλλ' 232
ὥσπερ αὐτὸς ἐξευρὼν τοὺς τὴν πόλιν [4] ἀδικήσαντας, [5] οὕτω διανοεῖται, καὶ παρασκευάζεται ὅπως [6] ἑτέρων μεῖζον δυνη-
15 σεται, ὥσπερ οὐ διὰ πραότητα καὶ ἀσχολίαν τὴν ὑμετέραν

[1] ἐν τῇ A. [2] πράττει ἤδη καὶ δημ. A. [3] τινὰς A.
[4] ἀδικήσαντας. R. A. [5] οὕτω δὲ διανοεῖται A. [6] ἕτερον Γ.

viunt Codd. nostri, ἥμισος. κρεῖττον. ἐπιδιπλασίου. διπλάσιος. TAYLOR. Ego facio cum Stephano, cui Marklandus quoque subscripsit. Aut alias leg. sit λυπουμένως in adverbio. Sed illud præfero. REISK.

Οὗτος] Scil. ὁ βίος τοῦ Ἀνδοκίδου. AUGER.

Παρασκευάζεται τῇ πόλει, καὶ πράττει] Valeat Critice, si hæc sint sana! Fortasse: παρασκευάζεται τὰ τῆς πόλεως πράττειν. Deinde ἀποδοκιμάζεται τῶν ἀρχόντων τισί. Anne sincerum? TAYLOR. Post vocab. παρασκ. videtur deesse λυμαίνεσθαι, accingitur jam ad grassandum in rempublicam. REISK. παρασκευάζεται τὰ πολιτικὰ πράττειν. *In Diatrib. in Eurip.* c. XXIII. p. 254. VALCKENAER.

Καὶ ἤδη] Aut delendum est ἤδη, ut natum ex initio proximi vocabuli δημηγορεῖ, aut illa duo vocabula sunt transponenda hunc ad modum: καὶ πράττει ἤδη, καὶ δημηγορεῖ. Pari modo versu proximo transponenda videntur verba sic: καὶ ἐπιτιμᾷ τῶν ἀρχόντων τισὶ, καὶ ἀποδοκιμάζει, καὶ συμβουλεύει. aut certe, reliquis manentibus immotis pro τισὶ leg. erit cum Marklando τινάς. REISK. τινάς. CONT.

Προσόδων] Πρόσοδοι h. l. sunt, non *vectigalia*, sed *supplicationes*, cum ad pulvinaria deorum aditur. REISK. AUGER.

Ἀξιοῖ] Corruit venustissimæ periodi decor et forma. Tu fac nobis medicantibus gratulere: Ἀξιοῖ δὲ οὐχ ὡς ἠδικηκὼς ἡσυχίαν ἔχειν, ἀλλ' ὥσπερ αὐτὸς ἐξευρὼν τοὺς τὴν πόλιν ἀδικήσαντας, οὕτω διανοεῖται πολιτεύεσθαι. Καὶ παρασκευάζεται, ὅπως ἑτέρων μεῖζον δυνήσεται, ὥσπερ οὐ διὰ πραότητα καὶ ἀσχολίαν τὴν ὑμετέραν οὐ δεδωκὼς ὑμῖν δίκην κ. τ. λ. Eleganter πολιτεύεσθαι de publica vita, de rebus civitatis gerundis. Ælian. V. H. III. 17. Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς Ἀθήνησιν ἐπιφανέστατα ἐπολιτεύσατο. Plutarch. in Phoc. init. Δημάδης ὁ ῥήτωρ ἰσχύων μὲν ἐν ταῖς Ἀθήναις διὰ τὸ πρὸς χάριν πολιτεύεσθαι Μακεδόναν καὶ Ἀντιπάτρου, πολλὰ δὲ γράφειν καὶ λέγειν ἀναγκαζόμενος παρὰ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως καὶ τὸ ἦθος, ἔλεγε συγγνώμης ἄξιος εἶναι πολιτευόμενος τὰ ναυάγια τῆς πόλεως. N. c. Poliuch. Εἰς τίνας ἂν ἐξεύρηθημεν δικαστὰς καταφυγεῖν; οὐκ εἰς τοὺς οὕτω πολιτευομένους ὑπὲρ τῆς πολιτείας. Adjungo Xenoph. 1. Hellen. quoniam mihi duplicem operam præstabit: Ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τῶν ἔλαττον ἐκείνου δυναμένων, μοχθηρότερόν τε λεγόντων, καὶ πρὸς τὸ ἴδιον κέρδος πολιτευόντων. TAYLOR. ἑτέρων. CONT.

Ὥσπερ οὐ — οὐ δεδωκὼς] Pro οὐ δεδωκὼς sensus plane postulat οὐδὲ δώσων — δίκην εἰς οὓς etc. *ita se gerit, quasi non daturus pœnas* etc. Voces vero ὑμῖν et νῦν inter legendum pronuntiandæ sunt cum Emphasi. inest enim in iis tacita Oppositio, et Allusio ad *priora* Andocidis delicta et impunitatem. MARKLAND.

Ἀσχολίαν] Ἀχολίαν. CONT. Bene videtur habere. duas edit causas, cur Andocides adhuc dum impune abierit. primam, clementiam civium, alteram, tumultum negotiorum, qui passus non sit de Andocide puniendo quenquam aut cogitare, aut referre. Fuit cum suspicarer ἀχολίαν, *bilis defectum*, esse leg. quod postmodum etiam in schedis Brulartianis reperi. Vocabulum illud bonæ notæ est, et huic loco imprimis convenit; quod si cui probabitur, haud intercedam. REISK.

οὐ δεδωκὼς ὑμῖν δίκην, εἰς οὓς νῦν ἁμαρτάνων οὐ λανθάνει, ἀλλ' ἅμα ἐξελεγχθήσεταί τε καὶ δώσει δίκην.

ς'. Ἰσχυριεῖται δὲ καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ· ἀναγκαίως γὰρ ἔχω ὑμᾶς διδάσκειν ἃ οὗτος ἀπολογήσεται, ἵν' ἀκούσαντες
233 παρ' ἀμφοτέρων ἄμεινον διαγνῶτε. φησὶ γὰρ ἀγαθὰ μεγάλα ποιῆσαι τὴν πόλιν μηνύσας καὶ ἀπαλλάξας δέους καὶ ταραχῆς τῆς τότε. τίς δὲ τῶν μεγάλων κακῶν αἴτιος ἐγέ- 20
νετο; οὐκ αὐτὸς οὗτος, ποιήσας ἃ ἐποίησεν; εἶτα τῶν μὲν ἀγαθῶν δεῖ τούτῳ χάριν εἰδέναι, ὅτι ἐμήνυσε, μισθὸν ὑμῶν [1] αὐτῷ διδόντων τὴν ἄδειαν, τῆς δὲ ταραχῆς καὶ τῶν κακῶν ὑμεῖς αἴτιοι ἐστέ, ὅτι ἐζητεῖτε τοὺς ἠσεβηκότας; οὐ δήπουθεν, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο [2] τοὐναντίον ἐτάραξε [3] μὲν οὗτος τὴν πόλιν, κατεστήσατε δ' ὑμεῖς.

234 ζ'. Πυνθάνομαι δ' αὐτὸν μέλλειν ἀπολογήσεσθαι, ὡς αἱ συνθῆκαι καὶ αὐτῷ εἰσὶ, καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις 25
Ἀθηναίοις· καὶ τοῦτο πρόσχημα ποιούμενος οἴεται πολλοὺς ὑμῶν, δεδιότας μὴ λύσητε τὰς συνθήκας, αὐτοῦ ἀποψηφιεῖσθαι. ὡς οὖν οὐδὲν προσήκει Ἀνδοκίδῃ τῶν συνθηκῶν, περὶ τούτου λέξω, οὔτε, μὰ τὸν Δία, τῶν πρὸς Λακεδαιμονίους, ἃς ὑμεῖς συνέθεσθε, οὔτε [4] τῶν πρὸς τοὺς ἐν τῷ

[1] αὐτοῦ T. [2] τοὐναντίον. T. R. A. [3] μὲν γὰρ οὗτος A. [4] τῶν ἃς πρὸς A.

Ἰσχυριεῖται δὲ καὶ τοῦτο τῷ λόγῳ] Sic Valckenaerio emendandum videbatur pro τούτῳ. SLUITER.

Φησὶ] Haud quidem improbabile est φήσει, ob præcedens ἀπολογήσεται. verumtamen bene habet vulgata. De inconstantia oratorum Atticorum in usu temporum, admonui ad Æschinem p. 404. et 422. et nescio an alibi quoque. REISK.

Αὐτοῦ] Leg. αὐτῷ. SCALIG. CONT. TAYLOR. MARKLAND.

Τῆς δ' ἀρχῆς] (Sic vulg.) Lego τῆς δὲ ταραχῆς meliore sensu. Ea voce usus est paulo supra: ἀπαλλάξας δέους καὶ ταραχῆς τῆς τότε. PALMER. τῆς δὲ ἀρχῆς τῶν κακῶν. CONT.

Τῆς δ' ἀρχῆς] Schottus, τῆς δὲ ταραχῆς: optime. Supra: ἀπαλλάξας δέους καὶ ταραχῆς τῆς τότε. Herodianus II. 21. ὅπως ἂν μή τι δεινὸν ἐκ τῆς ἐσομένης ταραχῆς παρόντες πάθοιεν. ita legendum vulgo et illic ἀρχῆς. Paulo post, pro αὐτοῦ ἀποψηφιεῖσθαι, scribe αὐτοῦ. MARKLAND.

Οὐδέπουθεν] Οὐ δήπουθεν. CONT. οὐδέποθεν. SCALIG.

Ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο] Malim ἀλλ' αὐτὸς οὗτος τοὐναντίον. *sed hic ipse potius e contrario.* Aut alias τοῦτο erit delendum. REISK. *Sed hoc ipsum contrarium,* np. hujus quod reipsa est. AUGER.

Μὲν οὗτος] Interponi velim γάρ. Nam hic quidem civitatem conturbavit et perterrefecit. REISK.

Ἀπολογήσασθαι] (Sic vulg.) Leve est fortasse, quod moneo, sed ἀπολογήσεσθαι omnino profectum est a manu τοῦ Ἀττικωτάτου. Audi Atticistas. Μέλλω ποιεῖν, μέλλω ποιήσειν, οὐ μέλλω ποιῆσαι, et quæ sequuntur. Thomas. et similiter Moschop. in Lex. Μέλλει συντάσσεται μετὰ ἀπαρεμφάτου, ἤτοι ἐνεστῶτος. οἷον μέλλει ποιεῖν τὸ δέ τι· ἢ μέλλοντος πρώτου· οἷον μέλλει ποιήσειν. οὐδέποτε δὲ μετὰ ἀορίστου· οἷον μέλλει ποιῆσαι. Adjunge Phrynich. Ἔμελλον ποιῆσαι, ἔμελλον θεῖναι, ἁμαρτήματα τῶν ἐσχάτων, εἴ τις οὕτω συντάττει. Τετήρηται γὰρ ἢ τῷ ἐνεστῶτι συνταττόμενον, ἢ τῷ μέλλοντι, οἷον ἔμελλον ποιεῖν, ἔμελλον ποιήσειν. τὰ δὲ συντελικὰ οὐδενὶ τρόπῳ ἁρμόσει τῷ ἔμελλον. TAYLOR.

Οὔτε τῶν πρὸς τοὺς —] F. οὔτε τῶν πρὸς τοὺς ἐν τῷ ἄστει ἃς οἱ ἐκ Πειραιῶς. CONT.

ἄστει οἱ ἐκ Πειραιῶς. οὐδενὶ γὰρ ὑμῶν τοσούτων ὄντων τὰ
30 αὐτὰ ἁμαρτήματα οὐδ' ὅμοια ἦν τοῖς Ἀνδοκίδου, ὥστε καὶ
τοῦτον [1]ἡμῶν ἀπολαῦσαι. ἀλλ' οὐ [2]μὲν δὴ ἕνεκά γε τού- 235
του διαφερόμενοι, [3]ἐπειδὴ καὶ τούτῳ μετέδομεν τῶν συν-θη-
κῶν, τότε διηλλάγημεν. οὐ γὰρ [4]ἕνεκα ἑνὸς ἀνδρὸς, ἀλλ'
[4]ἕνεκα ἡμῶν τῶν ἐξ ἄστεος καὶ ἐκ Πειραιῶς αἱ συν-θῆκαι 236
ἐγένοντο καὶ οἱ ὅρκοι· ἐπεί τοι δεινὸν ἂν εἴη, εἰ περὶ Ἀνδο-
κίδου [5]ἀποδημοῦντος [6]αὐτοὶ ἐνδεεῖς ὄντες ἐπεμελήθημεν, 237

[1] ἡμῶν] τῶν συνθηκῶν R. A.
[2] μὰ Δί' ἕνεκα R. A.
[3] (ἐπειδὴ . . . . συνθηκῶν) T.
[4] ἕνεκεν T. R. A.
[5] ἀποδημοῦντες T. R. A.
[6] αὐτοὶ καὶ ἐνδεεῖς A.

Taylor. Deest ἃς ante οἱ: ut in priori sententiæ parte, ἃς ὑμεῖς συνέθεσθε: cui hæc respondet. Markland. Aut obsequendum est his auctoribus, aut pro τῶν leg. est ὧν. ut sit: οὔτε ὧν πρὸς τοὺς ἐν ἄστει οἱ ἐκ Πειραιῶς, scil. ἐποιήσαντο. Reisk.

Τοῦτον ἡμῶν ἀπολαῦσαι] Ἀπολελαῦσθαι Scal. Pro ἡμῶν reponit Schott. ὑμῶν. Taylor. ἀπόλλυσθαι vel ἀπελᾶσθαι. Cont. Lege ex sensu, et distingue: οὐδ' ὅμοια ἦν τοῖς Ἀνδοκίδου, ὥστε καὶ τῶν αὐτῶν ὑμῖν ἀπολαῦσαι. *nequaquam similia erant Andocidis delictis, adeo ut iste eodem quo vos jure uteretur.* τῶν αὐτῶν ὑμῖν, *iisdem quibus vos:* ut supra, τῶν αὐτῶν ὑμῖν ἐπίτιμοι ὄντες μεθέξουσι, eodem sensu. Markland. Visus mihi sum in vocabulo ἡμῶν exitum vocabuli συνθῆκων, quod sententia hujus loci postulat, satis clare cernere. quare nullus dubitavi de meo dare: τοῦτον τῶν συνθηκῶν ἀπολαῦσαι. Reisk.

Μετέδωκε τῶν συνθηκῶν] Μετεδώκαμεν τ. σ. Cont. Argumentatio postulat: μετεδώκατ' ἂν τῶν συνθηκῶν. *nam si ita fuisset,* (ita verte ἐπειδὰν) *sane et hunc participem fecissetis compositionis.* Συνθῆκαι enim sunt αἵτινες ἴσως καὶ κοινῶς ἐν ἀμφοτέρεις ἔχουσι, ut eas definit Isocrates in Panegyrico. Markland. Recte fecit Taylor, quod pro μετέδωκε vulgato (vel, ut Aldus dederat μετέδοκε, per omicron) e Coisliniano μετέδομεν restituit. Sententia hæc est: Non enim hercle propter hunc Andocidem tum dissidebamus, neque fœdera tunc demum inter nos sanximus, posteaquam hunc quoque nominatim illis pactis comprehendi stipulati essemus. Propterea signa parentheseos quoque sustuli. quibus Taylor hæc verba ἐπειδὴ — συνθηκῶν inclusserat. Reisk.

Πειραιέως] Ita semper fere. (Nisi modo Πειραιῶς.) Quod notatu dignum est. Πειραιᾶς Ἀττικῶς. Πειραιέως Ἑλληνικῶς. Mœris. Πειραιῶς Ἀττικόν. Πειραιέως κοινόν. Magist. Vid. Lect. Lysiac. c. 4. extrem. Taylor.

Ἐπείτοι] In hoc commate vix habemus miserum semivocabulum unum atque alterum, quod Librariorum omnia confodientium cruentas manus incolume evasit. Ἐπεμελήθημεν περὶ Ἀνδοκίδου. Quas elegantias! Deinde autem porro quem non miseresceret infelicissimi Andocidis, cum quo tam parce et duriter actum est? ὅπως ἐξαλειφθείη ἄλλα ἁμαρτήματα. Ergo, ut verisimile est, *alia* erant οὐκ ἐξαλειπτέα. Age, lectoris gratiam non amplius morabor: Ἐπείτοι δεινὸν ἂν εἴη, εἴπερ Ἀνδοκίδου ἀποδημοῦντος αὐτοὶ ἐνδεεῖς ὄντες [vel ἐνδημοῦντες, *in Edit. min.*] ἐπεμελήθημεν, ὅπως ἐξαλειφθείη αὐτοῦ [αὐτῷ *in Edit. min.*] τὰ ἁμαρτήματα. Ἀλλὰ Λακεδαιμόνιοι γὰρ ἐν ταῖς πρὸς αὐτοὺς συνθήκαις ἐπεμελήθησαν Ἀνδοκίδου; ὅτι ἔπαθεν ἀγαθόν τι ὑπ' αὐτοῦ; ἀλλ' ὑμεῖς κ. τ. λ. Ita in sequentibus, dum interrogationes alias super alias exaggerat: Πότερον ὡς στρατιώτης ἀγαθός;—Ἀλλὰ πλουτῶν γὰρ—. Ceterum ante ἀλλὰ visitur punctum in Codd. Ald. et Coisl. Idem.

Ἀποδημοῦντες, αὐτοὶ ἐνδεεῖς ὄντες] Vox ἐνδεεῖς a Lysia nunquam, puto, absolute et per se ponitur, sine τῶν ἀναγκαίων, vel τῶν ἐπιτηδείων, vel tali quopiam. Sed et si ita poni soleret, non tamen ad rem foret hoc loco, qui ita legendus videtur: δεινὸν ἂν εἴη, εἰ περὶ Ἀνδοκίδου ἀποδημοῦντος αὐτοὶ ἐνδημοῦντες ἐπεμελήθημεν, ὅπως ἐξαλειφθείη αὐτῷ τὰ ἁμαρτήματα. Ἀλλὰ Λακεδαιμόνιοι γὰρ—αὐτοῦ; ἀλλ' ὑμεῖς ἐπεμελήθητέ γε αὐτοῦ; Ita distinguendum. Dicit: *mirum sane foret, si de Andocide absente, Nos qui in patria eramus, adeo solliciti fuissemus, ut scilicet delicta ejus obliterarentur. Atqui num Lacedæmonii ullam Andocidis rationem habuerunt? Atqui num vos rationem ejus habuistis?* Vox ἀλλὰ hoc modo po-

ὅπως ἐξαλειφθείη αὐτῷ τὰ [1] ἁμαρτήματα. ἀλλὰ Λακε- 35
δαιμόνιοι γὰρ ἐν ταῖς πρὸς αὐτοὺς συνθήκαις ἐπεμελήθησαν
Ἀνδοκίδου, ὅτι ἔπαθον ἀγαθόν τι ὑπ' [2] αὐτοῦ; ἀλλ' ὑμεῖς
238 ἐπεμελήθητέ γε αὐτοῦ; ἀντὶ ποίας εὐεργεσίας; ὅτι πολ-
λάκις δι' ὑμᾶς ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐκινδύνευσεν; οὐκ ἔστιν,
ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τούτῳ ἀληθὴς αὕτη ἡ ἀπολογία· μηδ'
ὑμεῖς ἐξαπατᾶσθε. οὐ γὰρ τοῦτο λύειν ἐστὶ τὰ συγκείμε-
να, εἰ Ἀνδοκίδης ἕνεκα τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων δίδωσι 40
δίκην, ἀλλ' ἐάν τις ἕνεκα τῶν δημοσίων συμφορῶν ἰδίᾳ τινὰ
τιμωρῆται.

ἡ. Ἴσως οὖν καὶ [3] Κηφισίου ἀντικατηγορήσει, καὶ ἕξει
ὅ τι λέγοι· τὰ γὰρ ἀληθῆ χρὴ λέγειν. ἀλλ' ὑμεῖς [4] οὐκ ἂν
δύναισθε τῇ αὐτῇ ψήφῳ τόν τε ἀπολογούμενον καὶ τὸν

[1] ἁμαρτήματα ἄλλα. Λακεδ. T. [2] αὐτοῦ; οὐ. ἀλλ' R. αὐτοῦ; οὐ δῆτα. ἀλλ' A.
[3] Κηφισσίου T. R. A. [4] οὐδ' T. R. A.

sita et repetita, Vehementiam et Indignationem exprimit. MARKLAND. Ipse quoque ἀποδημοῦντος probo, in genitivo singulari. non propterea quod Andocides, non exsularet, sed peregre solummodo viveret in solo alieno, dedimus operam, cum ipsi egeni essemus, ut crimina ejus expungerentur. Non enim exsulabat Andocides, quippe cui a legibus et judicio solo patrio non esset interdictum, sed voluntate sua, a nemine coactus, in peregrinationes se dederat. Sin minus hæc placebunt, leg. erit: ἀποδημοῦντες (in nominat. plur.) αὐτοὶ καὶ ἐνδεεῖς ὄντες. *cum nos ipsi extra patriam ageremus, egentes rerum omnium.* Cæterum distinctionem in vulgatis, in ipsa adeo Taylorana pravam, ad mentem virorum doctorum correxi. Olim sic edebatur: ἁμαρτήματα ἄλλα. Λακεδαιμόνιοι γὰρ — Ab his ἀλλὰ Λακ. γὰρ incipit objectio, vel interrogatio per absurdum concludens. Istud ἀλλὰ γὰρ per tmesin divulsum est. REISK.

Αὐτοῦ. ἀλλ'] Interposui de meo οὐ. quæ est responsio ad superiorem interrogationem. At Lacedæmonii tamen (sic interrogat subsannans) in pactis, quæ nos cum ipsis iniimus, Andocidi ideo prospexerunt, quod ab eo bonis essent nescio quibus ornati? Respondet οὐ. Neutiquam. tum novam subjicit dubitationem sub forma interrogationis, responsione statim diluendam. Sed an vos ipsi consuluistis? Quod ob ejus meritum? respondet interrogabundus. IDEM.

Ἀλλὰ Λακεδαιμόνιοι — ἀγαθόν τι ὑπ' αὐτοῦ] Ridicula videtur Reiskii conjectura οὐ inserendis post hæc verba: qua ratione quis veterum unquam est locutus? Duplex adest emendandi ratio, si signum interrogationis ponatur post nomen Ἀνδοκίδου. ut vel legamus: ὅτι ἔπαθον ἀγαθὸν τί ὑπ' αὐτοῦ; vel, quod malim: τί παθόντες ἀγαθὸν ὑπ' αὐτοῦ; ita mox: ἀλλ' ὑμεῖς γε ἐπεμελήθητε Ἀνδοκίδου; ἀντὶ ποίης εὐεργεσίας; est hic loquendi modus et usus particulæ ἀλλὰ antiquis usitatus: simile est illud Euripidis in Phœnissis v. 1619. seqq.

Τίς ἡγεμών μοι ποδὸς ἡμαρτήσει τυφλοῦ;
Ἥδ' ἡ ξανοῦσα; ζῶσά γ' ἂν σάφ' οἶδ' ὅτι.
Ἀλλ' εὐτεκνος ξυναωρίς; ἀλλ' οὐκ ἔστι μοι·
Ἀλλ' ἔτι νεάζων αὐτὸς εὕροιμ' ἂν βίον;
Πόθεν; ———

Vid. ad i. l. Valckenaerius. SLUITER.

Δι' ὑμᾶς] Non intelligo istud δι' ὑμᾶς, ut nunc res se habeat. Credibile est, quæ sequuntur, ὑπὲρ τῆς πόλεως, nata esse ex glossemate. TAYLOR.

Κηφισίου] Ubique apud Andocid. Κηφίσιος, nisi uno in loco Κηφήσιος. IDEM.

Λέγει] (Sic Ald.) Λέγοι, et v. ult. αὐτῇ. CONT.

Οὐδ' ἂν] Malim οὐκ ἄν. vocab. τὸν ἀπολογούμενον designat Andocidem, ut τὸν κατηγοροῦντα Cephisium. Dicet Andocides, accusatorem suum, Cephisium, iisdem criminibus teneri, quibus se. Respondet actor. His nunc nil opus est. dic tu jam, Andocide, causam tuam. purga te. de Cephisio deinceps videbimus. REISK.

κατηγοροῦντα κολάσαι· ἀλλὰ νῦν μὲν περὶ τούτου καιρός
ἐστι γνῶναι τὰ δίκαια, ἕτερος δὲ [1] ἥξει [2] Κηφισίῳ καὶ
107. 1 [3] ἡμῶν ἑκάστῳ, ὧν οὗτος νῦν μεμνήσεται. μὴ οὖν [4] καὶ δι' 239
[5] ἑτέραν [6] ὀργὴν τούτου ἀδικοῦντος νῦν ἀποψηφίσησθε. 240

θ'. Ἀλλὰ λέξει ὅτι μηνυτὴς ἐγένετο, καὶ ἕτερος οὐδεὶς
ὑμῖν ἐθελήσει μηνύειν, [7] ἐὰν κολάζητε. Ἀνδοκίδης δὲ ἔχει
τὰ μήνυτρα παρ' ὑμῶν, σώσας τὴν αὑτοῦ ψυχὴν, ἑτέρων

[1] ἕξει A. [2] Κηφισσίῳ T. R. A. [3] ὑμῶν T. [4] καὶ om. A.
[5] ἑτέρων R. [6] ὀργὴν καὶ τούτου A.
[7] ἐὰν κομίζητε T. R. ἐὰν τὰ μήνυτρα αὐτὸς μὴ κομίζηται A.

Ἕτερος δὲ ἕξει Κηφισίῳ] Scribe: ἕτερος δὲ (sc. καιρὸς) ἥξει Κηφισίῳ. *Cephisio suum tempus veniet.* Orat. XII. Ἥκει δ' ὑμῖν ἐκεῖνος ὁ καιρὸς, ἐν ᾧ etc. Demades: πάλιν τοίνυν ἥκε τῇ πόλει καιρὸς ἕτερος. Demosthenes Olynth. II. νυνὶ καιρὸς ἥκει τις οὗτος ὁ τῶν Ὀλυνθίων αὐτόματος τῇ πόλει. et hic et supra. In Andocide de Myster. p. 5. perperam scribitur Κηφίσιος: sed recte emendavit Stephanus isto loco; ut mirum sit in hoc neglexisse. MARKLAND. Potest utcunque servari ἕξει, sed malim ἥξει, illudque velim in textum admisisse. AUGER.

Ὑμῶν] Ἡμῶν Coisl. rectius. TAYLOR.

Ἑτέραν] Dum mihi explicet aliquis, quid sit ἑτέραν ὀργὴν, ego interea totum hunc locum ita lectitabo: Μὴ οὖν καὶ δι' ἑτέρων ὀργὴν τούτου ἀδικοῦντος νῦν ἀποψηφίσασθε. Ἑτέρων ὀργὴν eleganter dictum pro ὀργὴν κατὰ τῶν ἑτέρων. Exempla quædam delibavero illustria et eruditis auribus digna.

Ἀλλά με σός τε πόθος, σά τε μήδεα, φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ,
Σή τ' ἀγανοφροσύνη μελιήδεα θυμὸν ἀπηύρα.
Hom. Odyss. A. 201.

Ἅπαντα γάρ σοι τἀμὰ νουθετήματα
Κείνης διδακτὰ, κοὐδὲν ἐν σαυτῆς λέγεις.
Sophocl. Electr. 345.

Πρῶτοι Εὐβοεῖς ὡς Ἄγιν περὶ ἀποστάσεως τῶν Ἀθηναίων ἐπρεσβεύσαντο. Thucyd. VIII. 5. Οὐκ αἰσθάνεται τοὺς Λακεδαιμονίους φόβῳ τῷ ἡμετέρῳ πολεμησείοντας. Id. I. 33. Ἀθηναῖοι οὐ μὴν ἔληγόν γε διὰ τοῦτο τῆς Λακεδαιμονίων φιλοτιμίας περὶ τῆς ἡγεμονίας. Diod. Sic. l. 13. p. m. 349. Καὶ οἱ μὲν νέοι τοῖς τῶν πρεσβυτέρων ἐπαίνοις χαίρουσιν, οἱ δὲ γεραίτεροι ταῖς τῶν νέων τιμαῖς ἀγάλλονται. Xenoph. Memorab. l. 2. Atque ita fortasse accipienda sunt verba Cic. 1 Tusc. 27. "Itaque unum illud erat insitum priscis illis, quos Cascos appellat Ennius: esse in morte sensum, neque *excessu vitæ* sic deleri hominem, ut funditus interiret." Non enim excedit vita, sed nos a vita. Ita Liv. I. 27. "Plus tamen vis potuit quam voluntas patris aut *verecundia ætatis.*" Et ita fortasse etiam Apostoli ad Corinthios, I. 15. 31. Νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, *Per gloriam, quam ex vestris meritis concipio.* Vid. Voss. de Construct. c. LVII. IDEM. Lego: δι' ἑτέρων ὀργὴν, *propter iram* vestram *in alios.* MARKLAND. Dedi ἑτέρων. Idem est ὀργὴ ἑτέρων, atque ὀργὴ καθ' ἑτέρων, vel πρὸς ἑτέρους. Ita Diodorus Siculus II. 92. 37. dixit σπουδὴ ἐκείνων, *studium eorum* vel *erga eos.* ἡ τοῦ κοινοῦ εὔνοια, Dio Cass. p. 90, 45. *benevolentia erga remp.* ἐπιστροφὴ σφῶν p. 89. 7. *animadversio in eos.* REISK. ἑτέραν ὀργὴν intelligo, *iram adversus alios conceptam;* sic Virgilius dixit, "alienum vulnus," i. e. vulnus alteri distinatum. AUGER.

Καὶ ἕτερος] Καὶ ὅτι ἕτερος. CONT.

Κομίζητε] Π. κολάζητε. τὸ γὰρ κομίζητε οὐ δοκεῖ ἁρμόζειν. H. STEPHAN. κολάζηται. SCALIG. κολάζητε. *In Edit. min.* TAYLOR. et CONT. Alii alias tentarunt emendandi vias, mihi hæc placet, ut legatur: τὰ μήνυτρα αὐτὸς μὴ κομίζηται. *si ipse* (Andocides puta) *præmio indicii fraudetur.* REISK.

Σώσας τῶν αὑτοῦ ψυχὴν] Hinc discimus hanc phrasin Matt. XVI. 21. et Luc. IX. 24. esse bene Græcam. Lesbonax: οὐ μόνον τῶν αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν οἴκοι μενόντων ψυχὰς σώζει. Diog. Laertius lib. III. in Plat.

Φοῖβος ἔφυσε βροτοῖς Ἀσκληπιὸν ἠδὲ Πλάτωνα·
Τὸν μὲν, ἵνα ψυχὴν, τὸν δ', ἵνα σῶμα σάοι.

Eodem sensu σῶσαι τὸ σῶμα dicit Noster Orat. XII. nempe, *vitam servare.* opponitur τῷ ἀποκτεῖναι, Marc. III. 4. περιποίησιν ψυχῆς, Heb. X. 39. (vide et Xenophon. Cyrop. lib. IV.) cui ibi opponitur ἀπώλεια ψυχῆς: sic enim distinguendum: οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς ἀπώλειαν, ἀλλὰ πίστεως εἰς περιποίησιν ψυχῆς. Mox, pro διὰ ταῦτα me-

241 διὰ [1] ταῦτα ἀποθανόντων. τῆς μὲν οὖν σωτηρίας ὑμεῖς τούτῳ αἴτιοί ἐστε, τῶν δὲ κακῶν τῶνδε καὶ τῶν κινδύνων αὐτὸς ἑαυτῷ, παραβὰς τὰ δόγματα καὶ τὴν ἄδειαν ἐφ' ᾗ μηνυτὴς ἐγένετο. οὐκοῦν ἐξουσίαν χρὴ ποιεῖν τοῖς μηνυταῖς ἀδικεῖν — ἀρκεῖ γὰρ τὰ πεποιημένα —, ἀλλὰ παραβαίνοντας κολάζειν. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι μηνυταὶ, ὁπόσοι [2] ἐπ'
242 αἰσχραῖς αἰτίαις ἐξηλεγμένοι σφᾶς αὐτοὺς ἐμήνυσαν, ἐν γοῦν ἐπίστανται, μὴ ἐνοχλεῖν τοῖς ἠδικημένοις, ἡγούμενοι, ἀποδημοῦντες μὲν ἀθῶοι καὶ ἐπίτιμοι δόξειν εἶναι, ἐπιδη- 10 μοῦντες δὲ παρὰ τοῖς πολίταις τοῖς ἠδικημένοις πονηροὶ δόξειν καὶ ἀσεβεῖς εἶναι. ὁ γοῦν πάντων πονηρότατος [3] Βάτραχος πλὴν τούτου, γενόμενος ἐπὶ τῶν τριάκοντα μηνυτὴς

[1] ταὐτὰ A. [2] μετ' αἰσχρᾶς αἰτίας T. R.
[3] Βάτραχος, πρὶν τούτου γεν. T.

lius videtur διὰ ταὐτὰ, *propter eadem delicta*. MARKLAND.

Ταῦτα] Legendum omnino ταὐτά. Eadem sc. quibuscum ille tenebatur, ἐσώθη tamen. TAYLOR. Redit ταῦτα, aut ad μήνυτρα, aut potius ad rem universam, de qua hic agitur, διὰ τὸ μηνύσαι τὸν Ἀνδοκίδην κατ' αὐτῶν. REISK.

Τῶνδε] Aut horum malorum publicorum, quibus universa civitas tum exagitata fuit, aut potius τῶν ἰδίων, τῶν αὐτῷ νῦν ἰδίᾳ παρόντων, quibus ipse nunc laborat et septus est. IDEM.

Μετ' αἰσχρᾶς αἰτίας] MS. ἐπ' αἰσχραῖς αἰτίαις. quæ multo melior est Lectio. Sic Orat. VI. versus finem. MARKLAND. Nihil muto. TAYLOR. Geminum his inest vitium, alterum leviculum, scil. pro genitivo in singulari, sufficiendus est accusativus in plurali, μετ' αἰσχρὰς αἰτίας, *post turpes criminationes*, postquam turpium criminum insimulati fuissent. alterum paulo est gravius. Leg. enim est: οὔπω (vel μήπω) ἐξηλεγμένοι (vel si mavis, ἐξεληλεγμένοι), *nondum convicti*. convictus enim qui fuerit, ei complices indicanti venia non datur, sed illi, qui nondum argumentis tormentisve ad confessionem facinoris adactus fuerit. Deinde, ecquis ipse sese indicat, posteaquam convictus fuisset? Hæc inter se non constant. Si convictus es, nil est, quod tute temet indices. Etsi te ipse indicasti, quid refert te convinci? REISK.

Πρὶν τούτου] *Non sat divisa sunt hæc temporibus*. Facta est delatio Andocidis Olymp. circiter XCI. 3. Incidit autem Trigintaviralis dominatio, seu Batrachi delatio, in Olymp. XCIV. Non itaque præcedit Batrachus Andocidi, sed Andocides Batracho, idque per integrum decennium. Sed fortasse hæ voces πρὶν τούτου non sunt referendæ ad tempus indicii, sed ad ea quæ præcedunt verba, πάντων πονηρότατος. i. e. si Andocidem unum excipias. Infra enim Andocides nobis exhibetur Batracho πονηρότερος. TAYLOR. Ego de meo pro πρὶν, dedi πλήν. *hominum omnium nequissimus Batrachus, præter hunc unum Andocidem*, qui eo adhuc est nequior. REISK.

Βάτραχος, πρὶν τούτου κ. τ. λ.] Andocidem cum Batracho perdito homine componit, atque eo etiam improbiorem dicit. Ὅστις οὖν, addit, καὶ πονηρότερος καὶ ἀμαθέστερος Βατράχου ἐστὶ, πάνυ δὴ ἀγαπητὸς ὑφ' ὑμῶν αὐτὸν σωθέντα. Cujus loci cum nullam sententiam esse videret Reiskius, plures proposuit emendationes. Proxime ad verum accedit ea, qua conjecit: πάνυ δεῖ ἀγαπᾶν ἀγαπητῶς. mihi quidem legendum videtur: πάνυ δεῖ ἀγαπᾶν ὑφ' ὑμῶν αὐτὸν σωθέντα. *hunc admodum contentum esse oportet, quod a vobis sit servatus*, non vero etiam civibus suis esse molestum. Ita Isocrates Panath. p. 234. c. οὐκ ἀγαπᾶζῶν ἐπὶ τούτοις: Demosthenes de Halones. p. 78. 8. ed. Reisk. τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ χωρία ἀγαπῶσι παρὰ τοῦ Μακεδόνος λαμβάνοντες: de Contribut. p. 175. 3. ἡ πόλις ἡμῶν τὰς ὁδοὺς ἀγαπᾶ κατασκευάζουσα: ibid. 18. καὶ ὑμεῖς ἀγαπᾶτε, ἄν τι αὐτοὶ μεταδιδῶσι, λαμβάνοντες: p. 176. 8. τὰ ὑμέτερα αὐτῶν ἀγαπᾶν πράττοντες: Aristophanes Vesp. v. 670.

Σὺ δὲ τῆς ἀρχῆς ἀγαπᾶς τῆς σῆς τοὺς ἀργελόφους περιτρώγων.

καὶ οὐσῶν αὐτῷ συνθηκῶν καὶ ὅρκων καθάπερ τοῖς [1] Ἐλευσινόθεν, δείσας ὑμῶν οὓς ἠδίκησεν, ἐν ἑτέρᾳ πόλει ᾤκει. Ἀνδοκίδης δὲ καὶ αὐτοὺς τοὺς θεοὺς ἀδικήσας περὶ ἐλάτ-
15 τονος αὐτοὺς ἔθετο, εἰσιὼν εἰς τὰ ἱερὰ, ἢ Βάτραχος τοὺς ἀνθρώπους. ὅστις οὖν καὶ πονηρότερος καὶ ἀμαθέστερος 213
Βατράχου ἐστὶ, πάνυ [2] δεῖ ἀγαπητῶς ὑφ' ὑμῶν αὐτὸν [3] σωθῆναι.

[1] Ἐλευσινιόθεν T. [2] δὴ ἀγαπητὸς T. δὴ ἀγαπητὸν A. [3] σωθέντα T. R. A.

Jam vero pergit Rhetor, ostendens, nulla unquam in re patriæ profuisse Andocidem, ne tum quidem, cum exsules Piræum tenerent, urbs a Tyrannis oppressa haberetur. Mala, quæ perpessi erant Athenienses, prius depingit; deinde addit p. 286. v. 5. Ἀνδοκίδης δὲ, ἀπαθὴς τούτων τῶν κακῶν γενόμενος εἰς τὴν σωτηρίαν τῇ πατρίδι, ἀξιοῖ νυνὶ μετέχειν τῆς πόλεως ἀσεβῶν ἐν αὐτῇ. Modo Reiskius γινόμενον recte convertit in γενόμενον; hic minus recte nonnulla deesse censet; est enim sententia suis numeris absoluta, ἀπαθὴς γενόμενος τῶν κακῶν idem est ac si dixisset οὐδὲν παθῶν τούτων τῶν κακῶν: Thucydides l. I. c. 26. προεῖπον, Ἐπιδαμνίων τε τὸν βουλόμενον καὶ τοὺς ξένους ἀπαθεῖς ἀπιέναι: l. V. c. 16. ἐν ᾧ ἀπαθὴς ἦν, καὶ ἠξιοῦτο διασώσασθαι τὴν εὐτυχίαν: Lysias Epitaph. p. 193. v. 15. ed. Steph. ἀπαθὴς δ' ὢν κακῶν καὶ ἄπειρος ἀνδρῶν ἀγαθῶν. *Andocides autem*, inquit Orator, *qui tunc temporis illas calamitates pro patriæ salute non perpessus est, nunc civium jure uti vult in ea civitate, in qua religionem improbe violavit.* Ἀλλὰ πλουτῶν γὰρ, addit, καὶ δυνάμενος τοῖς χρήμασι, καὶ βασιλεῦσιν ἐξενώμενος καὶ τυράννοις· ἃ νυνὶ (ita leg. ex Cod. Coislin.) κομπάσει, ἐπιστάμενος τοὺς ὑμετέρους τρόπους, ποίαν εἰσφορὰν τούτῳ ἀγαθὸν γένοιτο. Ita quidem legitur in vulgatis Editionibus, sensu nullo. Mihi, ne aliorum conjecturas memorem, legendum videtur: — τυράννοις (ἃ νυνὶ κομπάσει ἐπιστάμενος τοὺς ὑμετέρους τρόπους) ποίαν εἰσφορὰν αὐτοῦ τῶν ἀγαθῶν ἐποιήσατο. Solebat etiam Athenis, si respublica pecunia indigeret, civibus imperari, ut certam bonorum quantitatem in commune conferrent, quo publica inopia levaretur. Illæ collationes dicebantur εἰσφοραὶ, quæ vero sociis et subditis gentibus imperabantur tributa, φόροι et προστάξεις audiebant: χρημάτων εἰσφορὰς ποιεῖσθαι dixit Isocrates de Pace p. 161. B. Neque solum nullum unquam tributum contulit Andocides, sed et ἐπιστάμενος ἐν πολλῷ σάλῳ καὶ κινδύνῳ τὴν πόλιν γιγνομένην, ναυκληρῶν οὐκ ἐτόλμησεν ἐπαρθεὶς σῖτον εἰσάγων ὠφελῆσαι τὴν πατρίδα. Mihi videtur antiquitus scriptum fuisse οὐκ ἐπήρθη σῖτον εἰσάγων ὠ. τ. π. et ἐτόλμησεν ex interpretatione margini adscripta in contextum venisse: ἐπήρθη, *impulsus est, inductus est.* Isocrates Or. ad Philipp. p. 84. c. ταῦτα δὲ διανοηθεὶς,—ἐπήρθην πάλιν συγγράψαι περὶ αὐτῆς: Demosthenes in Amator. Orat. p. 1403. 3. διὸ δὴ καὶ μᾶλλον ἐπήρθην τοῦτον γράψαι τὸν λόγον. — Andocides, cognito sibi periculo, in quo patria versaretur, ad eam juvandam, quamvis posset, non est inductus; sed inquilini et hospites invehendo frumento civitati profuerunt: σὺ δὲ τί καὶ ἀγαθὸν ποιήσας, ὦ Ἀνδοκίδη; ποῖα ἁμαρτήματα ἀνακαλεσάμενος; ποῖα τροφεῖα ἀνταποδούς; Reiskius hic φαίνῃ aut ἐφαίνου vult interponi: quod minime videtur necessarium, dummodo pro ποιήσας scribamus ἐποίησας. Cæterum ἀνακαλεσάμενος cum Marklando mutari malim in ἀνακαλυψάμενος. SLUITER.

Ἐλευσινόθεν] Sic dedi de meo pro vulgato Ἐλευσινιόθεν. non ab adjectivo Ἐλευσίνιος hoc repetitur, sed a nomine urbis Eleusis proprio. a cujus genitivo Ἐλευσῖνος fit Ἐλευσινόθεν. REISK.

Αὐτοὺς] Malim αὐτός. IDEM.

Ἀμαθέστερος] F. αὐθαδέστερος. Nam illud alterum nihili. TAYLOR. Imo vero recte habet lectio vulgata. ἀμαθὴς est Græcis, qui Latinis *tardus*. Andocidem appellat, non solummodo nequiorem Batracho, verum etiam stupidiorem, ut qui rem ignoraverit, quam ipsa natura rerum quemque doceat non prorsus a sensu communi desertum; et multo, quam Batrachus fuerit, importuniorem atque sæviorem, moribus magis rusticanis. REISK.

Δεῖ ἀγαπητῶς] Sic correxi. Verumtamen ne sic quidem persanatus est locus. Nam post δεῖ desunt hæc duo vocabula ἡσυχάζειν, ὁρῶντα, vel μεμνημένον. *oportet eum quiescere*, h. e. secum habitare, intra nidum suum se continere, a tractatione rerum civilium sese abstinere, *cum videat*, vel *meminerit, quam ægre sit a vobis servatus.* Aut possit quoque legi: πάνυ δεῖ ἀγα-

214 ί. Φέρε δὴ, [1] τί σκεψαμένους χρὴ ὑμᾶς Ἀνδοκίδου [2] ἀποψηφίσασθαι; πότερον ὡς στρατιώτης ἀγαθός; ἀλλ' οὐδεπώποτ' ἐκ τῆς πόλεως ἐστρατεύσατο, οὔτε ἱππεὺς οὔτε ὁπλίτης, οὔτε τριήραρχος οὔτ' ἐπιβάτης, οὔτε πρὸ τῆς συμφορᾶς οὔτε μετὰ τὴν συμφορὰν, πλέον ἢ τετταράκοντα

[1] εἴ τι T. εἴς τί A. [2] ἀποψηφίσασθαι, T.

πᾶν ἀγαπητῶς ὑφ' ὑ. σ. *debet contentus esse, sibique congratulari velut de felicitate insperata, et haud merita, quod a vobis, quanquam ægre, fuerit dimissus.* Sed tum αὐτὸν sit omittendum. Ego priorem rationem præfero. In vulgatis omnibus est πάνυ δὴ ἀγαπητός. IDEM. ἀγαπητόν. CONT.

Αὐτὸν σωθέντα] Hæc verba nec præcedentibus nec sequentibus jungi possunt. Hic locus est procul dubio mutilus, sed sine ope melioris Cod. vix sanari poterit hoc ulcus, aut impleri hæc lacuna. PALMER. Bonum Cadomensem suum fefellit augurium. Ita enim ingenii viribus et solertiæ, non *melioris Cod. ope ulcus sanavit* vir ingeniosissimus: Πάνυ δὴ ἀγαπητὸν ὑφ' ὑμῶν αὐτὸν σωθῆναι. TAYLOR.

Αὐτὸν σωθέντα] Lege, αὐτόν. et statim pro εἴ τι σκεψαμένους, mallem τί, vel εἴς τι σκεψαμένους, cum Nota Interrogationis post ἀποψηφίσασθαι. MARKLAND.

Φέρε δὴ] Ita mecum. Φέρε δή. τί σκεψ. Atque insuper adjice punctum interrogationis post ἀποψηφίσασθαι. Grammaticæ in sequentibus aliter non potest provideri. TAYLOR.

Πότερον ὡς] Sub. ἐστὶ, nisi mavis quod malim, legere στρατιώτου ἀγάθου, referendo ad Ἀνδοκίδου quod præcessit. AUGER.

Τετταράκοντα] Οὐδεπώποτε, inquis, ἐστρατεύσατο, cum jam sit *Quadragenario* major. *Tute* hæc omnia, atque *intra spem veniæ;* siquidem inter *septuagenarios* jam proxime erit numerandus. Namque intra Olymp. LXXVIII. ineuntem, cum in lucem susceptus erat Andocides, et XCIV. exeuntem, cum hæc verba facta sint, nisi me mei digiti fallant, tantum fere intercedit intervalli. Hæ autem pro tempore missis, incredibilis videri potest tota criminatio, οὔτε τριήραρχος οὔτε ἐπιβάτης, cum Andocides in bello Corinthiaco, quod erat Peloponnesiaci quædam quasi velitatio, *classi* Atheniensium præfuit non sine laude, ut disertis verbis Thucyd. l. I. et Plutarch. in vit. Verum profecto dux ille Atheniensium potuit esse nostri Avus, nam et ille, more Attico, identidem ut noster, fuit Andocides Leogoræ. Et per ætatem libentius credo cum fuisse. Ad hæc tamen non animos advertebant σχ. Thucyd. neque mendax ille Plutarchus, qui vitas Oratorum dolis et erroribus consutas olim conscribillavit. Tu interea quisquis es qui textum vindicas, de τετταράκοντα securus, ita rejicies. Recte. Cum ea sit apud Athenienses stipendiorum faciundorum ætas ultima. Quasi dictum fuisset: *Ille nunquam pro patria militavit, cum tamen ea sit ætate, ut jam etiam nunquam sit militaturus. Abiit dies, qui militaribus studiis finem attulit.* Et quædam sunt, quæ fidem facere videntur. Ita Ulpian. Νόμος κελεύει παρ' Ἀθηναίοις μέχρι τετταράκοντα ἐτῶν στρατεύεσθαι ἀξξαμένους ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα ad illa Demosth. Olynth. 3. πολλῶν δὲ λόγων καὶ θορύβου γιγνομένων παρ' ὑμῖν ἐψηφίσασθε τετταράκοντα τριήρεις καθέλκειν, καὶ τοὺς μέχρι πέντε καὶ τετταράκοντα ἐτῶν, αὐτοὺς ἐμβαίνειν, καὶ τάλαντα ἑξήκοντα εἰσφέρειν. Ubi adjecit id. Ulpianus: Αὐτοὶ τότε καὶ οὓς οὐκ ἐκέλευεν ὁ νόμος στρατεύεσθαι, πολεμεῖν ἐψηφίσαντο διὰ τὴν πολλὴν σπουδήν. Atque hac fide adductos video principes viros in re literaria inter leges Atticas et hanc quoque retulisse, *stipendia facienda esse ab anno ætatis decimo octavo* ad quadragesimum. Vid. Petit. LL. Attic. lib. 8. Tit. 1. l. 1., Maussac. ad Harpocr. in v. Περίπολος, Thys. de Rep. Atheniensium, ceterosque. Multis contendit idem Petitus Quadragenariis militiæ esse vacationem, et ex Plutarcho in Phocione male intellecto tibicinem quærit. Ἐκέλευσε τὸν Κήφυκα ἀνειπεῖν, Ἀθηναίων τοὺς ἄχρι ἑξήκοντα ἐτῶν ἀφ' ἥβης, πέντε ἡμερῶν σιτία λαβόντας εὐθὺς ἀκολουθεῖν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας· θορύβου δὲ πολλοῦ γενομένου, καὶ τῶν πρεσβυτέρων βοώντων καὶ ἀναπηδώντων, οὐδὲν, ἔφη, δεινόν. Ἐγὼ γὰρ ὁ στρατηγὸς ὀγδοηκοστὸν ἔχων ἔτος ἔσομαι μεθ' ὑμῶν. *Præter legem enim est,* inquit vir doctus, *quod incipientem pubertatem et* a quadragesimo anno *milites cogeret.* Obtinuit quidem apud Romanos similis fere προθεσμία, ut neque ante annum ætatis decimum septimum neque post quadragesimum sextum, ad arma cogerentur. Vid. Gell. X. 28. Latin. Latinium ad Sigon. de antiquo Jure Civium Romanorum, aliosque, quos laudat Pitiscus in Ætas militaris. Ita in Tabb. Cremonensibus.

20 ἔτη γεγονώς. καὶ ἕτεροι φεύγοντες ἐν Ἑλλησπόντῳ [1] συνε- 245
τριηράρχουν ὑμῖν. ἀναμνήσθητε δὲ καὶ αὐτοὶ ἐξ ὅσων κα- 246

[1] συντριηράρχουν A.

IMP. CAES. DIVI. TRAIANA. PARTHICI. F. DIVI.
NERVAE. NEPOS. TRAIANVS. HADRIANVS. AVG.
PONT. MAX. TRIB. POTEST. XII. COS. III. P. P.
IIS. QVI. MILITAVERVNT. IN. CLASSE. PRAETORIA.
MISENENSI. QVAE. EST. SVB. IVLIO. FRONTO
NE. SEX. ET. VIGINTI. STIPENDIS. EMERITIS.
DIMISSIS. HONESTA. MISSIONE. etc.

Gruter. DLXXIII. 2.

Et in Salonensibus,

IMP. CAESAR. DIVI. VESPASIANI. F. DOMITIA
NVS. AVGVSTVS. GERMANICVS. PONTIFEX. MAXI
MVS. TRIBVNIC. POTESTAT. XII. IMP. XXII. COS. XVI.
CENSOR. PERPETVVS. P. P.
PEDITIBVS. ET. EQVITIBVS. QVI. MILITANT. IN. COHO
RTE. III. ALPINORVM. ET. IN. VIII. VOLVNTARIORVM.
CIVIVM. ROMANORVM. QVI. PEREGRINAE. CONDICIO
NIS. PROBATI. ERANT. ET. SVNT. IN. DALMATIA. SVB. Q. PON
PONIO. RVFO. QVI. QVINA. ET. VICENA. STIPENDIA.
AVT. PLVRA. MERVERVNT. ITEM. DIMISSIS. HO
NESTA. MISSIONE. EMERITIS. STIPENDIIS.
LIBERIS. POSTERISQVE. EORVM. CIVITATEM.
DEDIT. ET. etc.

Id. DLXXIV. 5.

Sed omnia longe aliter apud Græcos: neque ante annum 60. (seu 42. ἀφ' ἥβης) erat militiæ vacatio. Διττοί εἰσιν οἱ Ἐπώνυμοι, οἱ μὲν δέκα τὸν ἀριθμὸν, ἀφ' ὧν αἱ φυλαί. ἕτεροι δὲ δύο καὶ τετταράκοντα, ἀφ' ὧν αἱ ἡλικίαι προσαγορεύονται τῶν πολιτῶν καθ' ἕκαστον ἔτος ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν μέχρις ἑξήκοντα. Harpocrat. et Suid. in Ἐπώνυμοι. Nam, ut ait Aristoteles de Rep. Atheniens. χρῶνται τοῖς Ἐπωνύμοις καὶ πρὸς τὰς στρατείας, καὶ ὅταν ἡλικίαν ἐκπέμπωσι, προσγράφουσι ἀπό τινος Ἄρχοντος Ἐπωνύμου μέχρι τινὸς δεῖ στρατεύεσθαι. Verba laudantur ab Harpocr. in Στρατεία ἐν τοῖς Ἐπωνύμοις. Diserte Pollux non indiligens Antiquitatum Investigator. II. 2. Ἐκ τῆς ἀπομάχου ἡλικίας, ἐκ τῆς ἀμάχου, ἐκ τῆς ἀπολέμου, ἐκ τῆς ἀστρατεύτου, ὑπὲρ τὸν κατάλογον, ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα γεγονὼς ἔτη. Petitus igitur, qui in Harpocratione et Suida pro ἐτῶν μέχρις ἑξήκοντα legit τετταράκοντα, nondum id, quod velit, assecutus est, neque planum fecit, quo pacto militia ab anno 18. incœpta et in 40. finita stipendia *quadraginta duo* (tot scilicet quot erant Ἐπώνυμοι, a quibus putabantur anni militiæ) enumerare poterat. Hinc igitur viro cordatissimo fucus factus, dum annos semper computat ab ineunte ætate, non, ut debuit, ἀφ' ἥβης: dum vitam intelligit naturalem, non στρατεύσιμον. Ita Plutarchum l. c. ut dixi, male intellexit, τοὺς ἄχρι ἑξήκοντα ἐτῶν ἀφ' ἥβης, quasi nihili essent omnino verba postrema, licet quæ sequantur, interpretentur. Ἐγὼ γὰρ ὁ στρατηγὸς ὀγδοηκοστὸν ἔχων ἔτος ἔσομαι μεθ' ὑμῶν. Ita idem Plutarch. in Agesil. Ὁ γὰρ Ἀγησίλαος ὡς ἔτη τεσσαράκοντα γεγονὼς ἀφ' ἥβης, καὶ στρατείας ἔχων ἄφεσιν ὑπὸ τῶν νόμων. Atque hæc est fortasse mens Ulpiani, cujus fere sola auctoritate nititur totum hoc commentum, μέχρι τετταράκοντα ἐτῶν στρατεύεσθαι ἀξιαμένους ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα, ut intelligantur anni οἱ ἀφ' ἥβης, quadraginta duo sc. seu numero rotundo quadraginta. Vel, quod non ægre concesserim, dormitavit homo bonus, ne vim verbis fieri dicat. Quod ad ipsum Demosthenem, Lysiamque præ manibus attinet, næ ista τετταράκοντα mutanda sunt in ἑξήκοντα (in numeralibus facilis est permutatio. Certe in loco Demosthenis facillima; commoda aures: Τετταράκοντα τριήρεις — πέντε καὶ τετταράκοντα ἐτῶν — τάλαντα ἑξήκοντα.), vel necessario intelligenda sunt verba ἀφ' ἥβης, ut Antiquiores sibi constare possint. Jam recte omnia in Auctore nostro. *Andocides sexagesimum annum superans* (nam per aliquot annos superaverat) *nunquam extra civitatem meruit, et cum ea sit ætate, nunquam deinde erit meriturus.* TAYLOR.

Καὶ ἕτεροι] Hic καὶ accipe pro καίτοι, quod legi velim. AUGER.

Συντριηράρχουν] Velim cum Reiskio et Tayloro in textum admisisse συνετριηράρχουν. IDEM.

247 κῶν καὶ πολέμου ὑμᾶς αὐτοὺς περιεποιήσατε καὶ τὴν πόλιν,
248 πολλὰ μὲν τοῖς σώμασιν πονήσαντες, πολλὰ δὲ καὶ ἀνα-
λώσαντες χρήματα καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, πολλοὺς δὲ καὶ
ἀγαθοὺς τῶν πολιτῶν καταδάψαντες διὰ τὸν [1] γενόμενον
πόλεμον. Ἀνδοκίδης δὲ, ἀπαθὴς τούτων τῶν κακῶν [2] γε-
νόμενος εἰς τὴν σωτηρίαν τῇ πατρίδι, ἀξιοῖ νυνὶ μετέχειν τῆς 25
πόλεως, ἀσεβῶν ἐν αὐτῇ. ἀλλὰ πλουτῶν γὰρ καὶ δυνά-
μενος τοῖς χρήμασι, καὶ βασιλεῦσιν ἐξενωμένος καὶ [3] τυ-
249 ράννοις; ἃ νυνὶ κομπάσει, ἐπιστάμενος τοὺς ὑμετέρους
τρόπους, ποίαν εἰσφορὰν [4] * * * τούτῳ ἀγαθὸν [5] γένοιντο,

[1] γινόμενον T. [2] γενόμενος καὶ οὐδὲν εἰσενεγκὼν εἰς A.
[3] τυράννοις (ἃ ν. κ. ἐ. τ. ὑ. τ.) εἰσέφερε * * * Ποίαν εἰσφοράν; ἐφ' ᾗ τί ἂν τούτῳ ἀγ. γένοιτο; ὃς ἐπιστάμενος A. [4] asteriscos om. T. R. [5] γένοιτο T. R.

Γενόμενος] Post γενόμενος videtur aliquid deesse in hanc ferme sententiam: οὐδὲν εἰσενεγκὼν, aut οὐδὲν τολμήσας συμπονεῖν, aut ἀσύμβολος ὤν. Reisk.

Εἰς τὴν σωτηρίαν] Εἰς τὴν αὐτὴν σωτηρίαν. Cont.

Ἐξενωμένος] Ἐξεωνημένος. Schott. Quem intelligo parum. Quasi recepta lectio non esset commodissima, aut Schotti vel sensum vel Hellenismum saperet! Τοῖς τε Κυπρίων βασιλεῦσι, καὶ πολλοῖς ἄλλοις δοκίμοις ἐπεξενώθη. Auctor. vit. Andoc. quod ex Photio arripuit, sc. Τοῖς τε Κυπρίων βασιλεῦσι ξένος ἐγένετο, καὶ πολλοῖς ἄλλοις δοκίμοις. Taylor.

Νῦν εἰ] Lego ex Cod. Coisl. νυνί. Sequentia ita emendantur a viro doctissimo: Ἐπιστάμενος τοὺς ὑμετέρους κόπους ποίαν εἰς εἰσφορὰν τοῦτο ἀγαθὸν γένοιτο. Ego proxima: Ναυκληρῶν οὐκ ἐτόλμησεν ἐπ' Ἀθήνας σῖτον εἰσάγων ὠφελῆσαι τὴν πατρίδα. Idem.

Ἐπιστάμενος] Potest gemino modo reddi, sive per *quia*, sive per *etsi*. 1) quia vestros novit animos, h. e. vanitatem et levitatem vestram, aviditatemque res novas audiendi, qua ductitamini, stupentes ad narrationes de itineribus maritimis longinquis, de tyrannis et eorum luxu atque insania etc. 2) etsi bene novit, quo sitis animo erga tyrannos, eorumque familiares; quam vehementer totum hoc genus aversemini, et ne sermones quidem de iis æquis feratis animis. Reisk.

Ποίαν εἰσφορὰν τούτῳ ἀγαθὸν γένοιτο] Ποία εἰσφορὰ —. Cont. Quinque sunt voces, et quinque menda. sed et quæ præcedunt, et quæ sequuntur male habent. Totum locum exscribam, quo modo legi et distingui oportuisse puto: Ἀλλὰ πλουτῶν γὰρ, καὶ δυνάμενος τοῖς χρήμασι, καὶ βασιλεῦσιν ἐξενωμένος καὶ τυράννοις· ἃ νῦν ἐπικομπάσει (non εἰ κομπάσει), ἐπιστάμενος τοὺς ὑμετέρους τρόπους. Ποία οὖν εἰσφορὰ τούτων ἀγαθῶν ἐγένετο; ὃς καὶ ἐπιστάμενος etc. Ὑποφορὰν movet Orator, ut eam amoliatur. *Atqui Andocides dives est, atque opibus potens, atque hospes Regum et Tyrannorum. hæc* atque hujusmodi nunc *pompatice proferet, utpote qui vestros mores* et gustum *bene perspectos habeat.* Quæro *igitur, quidnam ex his* tam magnis *commoditatibus Reipublicæ contulit* Andocides? *qui, etsi sciret civitatem maximo æstu et periculo agitatam, et ipse navis dominus esset, non tamen ausus est frumentum invehendo patriam suam juvare.* Si retineas εἰ κομπάσει, ponenda est minima distinctio post τρόπους. eodem recidet. Vocem ἐπαιθεὶς Interpres vertit, *sublatis anchoris.* Sensui bene conveniret ἀπάρας, *e portu solvens.* Sed nihil temere in hac voce mutandum. Cæterum pro ἐξενωμένος Schottus conjicit ἐξεωνημένος. non potuit magis infeliciter. et sane increpatione digna est hæc Viri Docti negligentia, qui de sensu Auctoris, quem juvare in se recepit, tam secure, tam sæpe, ludit. Quod vero de Andocidis κομπασμῷ vaticinatus est Noster, completum fuit. Vide ad finem Defensionis suæ, Orat. de Myster. p. 19. ubi Reges atque Tetrarchas loquitur. Markland. In loco desperato neminem spero ægre laturum aut vitio mihi daturum esse, si ego quoque conjecturam tentavero, ulcus utique deterius non redditurum. Post τρόπους videtur εἰσέφερε deesse, quod aptum erit ex ἀλλὰ πλουτῶν γὰρ — In hoc εἰσέφερε vel simili vocabulo desinet hypophora. At fortasse, ut homo dives—contulit? occurrit indignabundus, gravi cum reprehensione ποίαν εἰσφοράν; *ecquamnam ille contulisset collationem?* ἐφ'

καὶ ἐπιστάμενος ἐν πολλῷ σάλῳ καὶ κινδύνῳ τὴν πόλιν
[1] γενομένην, ναυκληρῶν οὐκ ἐτόλμησεν ἐπαρθεὶς σῖτον εἰσά- 250
30 γων ὠφελῆσαι τὴν πατρίδα. ἀλλὰ μέτοικοι μὲν καὶ ξένοι
ἕνεκα τῆς μετοικίας ὠφέλουν τὴν πόλιν εἰσάγοντες· σὺ δὲ 251
τί καὶ ἀγαθὸν ποιήσας, ὦ Ἀνδοκίδη, ποῖα ἁμαρτήματα
ἀνακαλεσάμενος, ποῖα τροφεῖα ἀνταποδοὺς, [2] * * *

ιά. Ἀθηναῖοι, μνήσθητε τὰ πεποιημένα Ἀνδοκίδῃ, ἐν-
θυμήθητε δὲ καὶ τῆς ἑορτῆς, δι' ἣν ὑπὸ τῶν πολλῶν προὐτι-
μήθητε. ἀλλ' ἐστὲ γὰρ ὑπὸ τῶν τούτου ἁμαρτημάτων ἤδη
35 καταπλῆγες διὰ τὸ πολλάκις ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι, ὥςτε 252
οὐδὲ τὰ δεινὰ ἔτι δεινὰ δοκεῖ ὑμῖν εἶναι. ἀλλὰ προσέχετε
τὸν νοῦν, δοκείτω δ' ὑμῖν ἡ γνώμη ὁρᾶν ἃ οὗτος ποιεῖ, καὶ
διαγνώσεσθε ἄμεινον. οὗτος γὰρ ἐνδὺς στολὴν, μιμούμενος
τὰ ἱερὰ ἐπεδείκνυε τοῖς ἀμυήτοις καὶ εἶπε τῇ φωνῇ τὰ
ἀπόῤῥητα· τῶν δὲ θεῶν, οὓς ἡμεῖς θεοὺς νομίζομεν καὶ θε-
ραπεύοντες καὶ ἁγνεύοντες θύομεν καὶ προσευχόμεθα, τού-
τους περιέκοψε. καὶ ἐπὶ τούτοις ἱέρειαι καὶ ἱερεῖς στάντες

[1] γινομένην T. A.

[2] asteriscos om. T. R. A.

ἤ τί ἂν τούτῳ ἀγαθὸν γένοιτο; *cujus fructum ecquemnam percipiat?* ὃς, ἐπιστάμενος — *qui cum sciret* —. Reisk. Potest servari γὰρ, sed malim γε. Auger.

Ἐπαρθεὶς] Post ἐπαρθεὶς videtur κέρδει deesse, *illectus lucro.* Reisk. ἐπαρθεὶς interpretor, *navi devectus, delatus.* Auger.

Εἰσάγοντες] Scil. σῖτον. Idem.

Σὺ δὲ τί καὶ ἀγαθὸν] Post vocab. postremum addendum videtur φαίνῃ aut ἐφαίνου. *ecquod bonum*, vel *ornamentum, in remp. tu tum contulisse visus es?* h. e. quodnam est illud bonum, quod a te ad remp. profectum viderimus? Reisk.

Ποῖα ἁμαρτήματα ἀνακαλεσάμενος] Lego, ἀνακαλυψάμενος; *quæ facinora* (sc. in rempublicam admissa) *detegens?* Ita enim se gessit Andocides, quasi Ipse ἐξευρὼν τοὺς τὴν πόλιν ἀδικήσαντας, ut ait Noster supra. Huic contrarium est τὴν ἁμαρτίαν συγκρύψαι, Andocid. p. 9. Markland. Vulgata h. l. bene habet. ἀνακαλεῖσθαι τὰ ἁμαρτήματα idem est atque ἀκεῖσθαι, *malefacta aliis benefactis emendare, compensare,* veluti *sarcire.* quod Latini pariter dicunt *reprehendere.* h. e. rem, quæ jam manu effugisset, injecta manu rursus prehendere, retrahere e fuga, et a lapsu præservare, atque in locum pristinum statumque integrum restituere. Conjectura Marklandi a loci sententia abhorret. prætereaque, etiamsi quadraret, tamen non in medio ἀνακαλυψάμενος, sed in activo ἀνακαλύψας convenisset. Verum, quod dixi, locus hic in salvo est. Reisk.

Ἀθηναῖοι] Est apostrophe vehemens ad auditores. Forsan leg. μνησθῆτε, ὦ Ἀθηναῖοι. Auger.

Καταπλῆγες] Harpocration: Καταπλὴξ, ὁ συνεχῶς πεπληγμένος. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σακερατικὸν, καὶ ἐν τῷ κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας, εἰ γνήσιος ὁ λόγος. ita legendum. in Edit. Iac. Gronovii deest καί. Markland. καταπλὴξ, h. l. est, qui malorum crebritate et magnitudine, a se toleratorum, ita occalluit et obbrutuit, ut nihil porro sentiat. Scitum est artificium, quo actor auditores excitare voluit ad intuendam Andocidis atrocitatem scelerum. Vos ea, ait, jam tam sæpe vidistis et audivistis, ut, cum sint atrocissima, sensus tamen vestri sint hebetati; eoque opus habetis admonitore, qui fœditatem illorum vobis ob oculos ponat. Reisk. *Qui assidue percutitur*, i. e. qui verberum crebritate jam nihil sentit, qui ad verbera obduruit et occaluit. Auger.

Ποιεῖ] F. ἐποίει. Taylor.

Εἶπε τῇ φωνῇ] Post εἶπε videtur λαμπρᾷ deesse. Reisk. Auger.

Θεραπεύοντες] Malim θεραπεύομεν. Reisk.

Ἱερεῖα] (Sic vulg.) ἱέρειαι. Cont. Lege ἱέρειαι. "Cereri quoque, quam *more Græco* venerari instituerant, sacerdotem a Ve-

253 κατηράσαντο πρὸς ἑσπέραν καὶ φοινικίδας ἀνέσεισαν, κατὰ 10
τὸ νόμιμον τὸ [1] παλαιὸν καὶ ἀρχαῖον. ὡμολόγησε δὲ οὗτος
ποιῆσαι. ἔτι δὲ παρελθὼν τὸν νόμον ὃν ὑμεῖς ἔθεσθε, εἴρ-
255 γεσθαι τῶν ἱερῶν [2] αὐτὸν ὡς ἀλιτήριον ὄντα, ταῦτα πάντα
βιασάμενος εἰσελήλυθεν ἡμῶν εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἔθυσεν ἐπὶ

[1] πάτριον A. [2] αὐτᾶν T.

lia *Calcitanam* peterent, vel, ut alii dicunt, Calliphanam, ne Deæ vetusti ritus *perita* deesset *Antistes.*" Val. Max. I. 1. 2. "Sacra Cereris summa majores nostri religione confici cerimoniaque voluerunt. Quæ cum essent assumpta de Græcia, *et per Græcas semper curata sunt sacerdotes,* et Græca omnia nominata. Sed cum *illam, quæ* Græcum illud *sacrum* monstraret et *faceret,* ex Græcia deligerent, tamen sacra pro civibus civem facere voluerunt, ut Deos immortales scientia peregrina et externa mente domestica et civili precarentur. *Has sacerdotes* video fere aut Neapolitanas aut Velienses fuisse, fœderatarum sine dubio civitatum. Mitto vetera. proxima dico, ante civitatem Veliensibus datam, de Senatus sententia C. Valerium Flaccum Præt. urbanum nominatim ad populum de *Calliphana* Veliense, ut ea civis R. esset, tulisse." Cic. pro Balb. 55. Add. Liv. XXII. Valer. Max. I. 1. 16. TAYLOR. Opinor, ἱέρειαι καὶ ἱερεῖς, *antistitæ et sacerdotes.* et sic Æschines contra Ctes. p. 56. MARKLAND.

Πρὸς ἑσπέραν] Non *ad Vesperam,* dulcissime interpres, sed *versus occasum,* ut alibi plenius dicturus sum. TAYLOR. Cohæret cum στάντες, quod h. l. idem est, atque ἑστῶτες βλέποντες. *stando,* vel *inter standum, spectantes versus occidentem.* Deos superos orantes, aut rem auspicatam agentes, stabant vultu ad orientem converso. contra inferis sacra facientes, aut Diris aliquem devoventes, versus occasum, ubi regnum Orci est. Res nota est e scriptoribus antiquitatum et Græcarum et Romanarum. REISK.

Καὶ φοινικίδας ἀνέσεισαν] *Purpureas vestes excusserunt* vel *concusserunt.* SALMAS. Num ad indicandum hoc ritu veniam volenti cuique dari, devotum ubique locorum impune occidendi. REISK.

Παλαιὸν] Παλαιὸν et ἀρχαῖον. Utrumque obsecro? Lege: κατὰ τὸ νόμιμον τὸ πάτριον καὶ ἀρχαῖον. Eo nimirum pacto jus originarium et a majoribus traditum opponitur Recentiorum plebiscitis pro re nata rogatis. Isyas extrem. Funebr. Orat. Ὅμως δ' ἀνάγκη τοῖς ἀρχαίοις ἔθεσι χρῆσθαι καὶ θεραπεύοντας τὸν πάτριον νόμον ὀλοφύρεσθαι τοὺς θαπτομένους. Andoc. de Myster. p. 11. Τισαμενὸς εἶπε πολιτεύεσθαι Ἀθηναίους κατὰ τὰ πάτρια. Id. p. 15. Νόμος δὲ ἦν πάτριος, ὃς ἂν θῇ ἱκετηρίαν μυστηρίοις τεθνάναι. Isocr. Paneg. Καὶ μὴ παροῦσαν τοὺς ἐν τοῖς πολέμοις ἀποθνήσκοντας ἀτάφους γιγνομένους, μηδὲ παλαιὸν ἔθος καὶ πάτριον νόμον καταλυόμενον. Diod. Sic. Καὶ τὰ πάτρια καὶ περιβόητα νόμιμα καταλῦσαι. Porphyr. περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων l. 4. Θεοὺς τιμᾶν καὶ Ἥρωας ἐγχωρίους ἐμποινίμοις νόμοις πατρίοις. [Verum motus auctoritate Cl. Marklandi παλαιὸν retineri posse judico. *In Edit. min.*] TAYLOR. Ego equidem παλαιὸν haud moverim. potest aliquid παλαιὸν esse, quod ἀρχαῖον ideo non item sit; et rursus ἀρχαῖον, quod non sit παλαιόν. Est autem παλαιὸν, antiquum, et solummodo rationem habet temporis. ἀρχαῖον autem est, quod ab initio rerum, aut reipublicæ cujusdam, semper ita fuit actitatum, ut semel antiquo ritu fuit institutum. Jam si respublica quædam est non admodum vetusta, potest institutum aliquod esse quidem ἀρχαῖον, quod non ideo statim est παλαιόν. In republica contra pervetusta potest aliquid esse παλαιὸν quidem, at non idem ἀρχαῖον, si scil. alia instituta præcesserunt antiquiora, per hoc abrogata. Conjungit quoque duo hæc vocabula Libanius oratione secunda editarum a Bongiovannio p. 17. 12. item Philostratus p. 246. 1. Eusebius Hist. Eccles. p. 16. 22. Themistius p. 232. 5. Ita quoque Plinius in Panegyr. "Vident ducem Romanorum unum ex ulterioribus illis et priscis." REISK.

Παρελθὼν] Dictio παρέρχεσθαι τὸν νόμον, pro παραβαίνειν, mihi paulo insolentior accidit. IDEM.

Αὐτᾶν] Lego εἴργεσθαι τῶν ἱερῶν αὐτὸν ὡς ἀλιτήριον ὄντα. TAYLOR. Lege, αὐτόν. Supra: οὐδ' αὐτὸν κωλύσετε τῶν ἱερῶν ἐπιβαίνειν; ubi pariter erat αὐτᾶν. MARKLAND. Dedi αὐτόν. ut ipse pro sua persona (ut cum barbaris loquar), vel in propria persona — nam liberis atque necessariis ejus aditu templorum haud esse interdictum. modo ipse illa vitet. Fuit cum pro αὐτᾶν, suspicarer. leg esse ἀπάντων. REISK.

Ἔθυσεν ἐπὶ τὸν βωμὸν, ὃν οὐκ ἐξῆν αὐτῷ] Forte: ἐπὶ τὸν ζωμὸν, οὐκ ἐξὸν αὐτῷ, καὶ ἀ-

[1] τῶν βωμῶν [2] ὧν οὐκ ἐξὴν αὐτῷ, καὶ ἀπήντα τοῖς ἱεροῖς περὶ ἃ ἠσέβησεν, εἰσῆλθεν εἰς τὸ Ἐλευσίνιον, ἐχερνίψατο
108. 1 ἐκ τῆς ἱερᾶς χέρνιβος. τίνα χρὴ ταῦτα ἀνασχέσθαι; ποῖον φίλον, ποῖον συγγενῆ, ποῖον δικαστὴν, χρὴ τούτῳ χαρισάμενον κρύβδην φανερῶς τοῖς θεοῖς ἀπέχθεσθαι; νῦν οὖν χρὴ νομίζειν τιμωρουμένους καὶ ἀπαλλαττομένους Ἀνδοκίδου τὴν πόλιν καθαίρειν [3] [ἀρὰν ἀπάγεσθαι] καὶ ἀποδιοπομ-
5 πεῖσθαι καὶ φαρμακὸν ἀποπέμπειν καὶ ἀλιτηρίου ἀπαλλάττεσθαι, ὡς ἓν τούτων οὗτός ἐστι. 256

ιβ'. Βούλομαι τοίνυν εἰπεῖν ἃ Διοκλῆς ὁ Ζακόρου τοῦ ἱεροφάντου, πάππος δὲ ἡμέτερος, συνεβούλευσε βουλευομένοις ὑμῖν ὅ τι δεῖ χρῆσθαι Μεγαρεῖ ἀνδρὶ ἠσεβηκότι. κελευόντων γὰρ ἑτέρων ἄκριτον παραχρῆμα ἀποκτεῖναι, παρῄνησε κρῖ- 257
ναι τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα, ἵνα ἀκούσαντες καὶ ἰδόντες σωφρονέστεροι οἱ ἄλλοι ὦσι· τῶν δὲ θεῶν ἕνεκα οἴκοθεν ἕκαστον,
10 ἃ δεῖ τὸν ἀσεβοῦντα παθεῖν, αὐτὸν παρ' ἑαυτῷ κεκρικότα εἰς τὸ δικαστήριον εἰσιέναι. καὶ ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, —

[1] τὸν βωμὸν T. [2] ὃν T. ἐφ' ὧν A. [3] uncos om. T. R. A.

πήντα etc. Sic Orat. XXXI. ad fin. τῶν βουλὴν ἧς νῦν ἀξιοῖ τυχεῖν, οὐ μετὸν αὐτῷ, ἀλλων γε κατεργασαμένων. Demosthenes (sive Dinarchi sit Oratio) κατὰ Θεοκρίνου· συκοφαντοῦντα πολλοὺς τῶν πολιτῶν, οὐκ ἐξὸν αὐτῷ. MARKLAND.

Ἱερᾶς χέρνιβος] Ἱερὰν χέρνιβα vocat τὰ περιῤῥαντήρια. SALMAS.

Φαρμακὸν] Φάρμακον Ald. Recte restituit depravatum accentum Steph. Vid. omnino Harpocr. et Suid. in voc., Ammon. de different. vocabul. Sed hæc leviuscula et vix tyrocinio Critico digna. Videamus, numquid notari possit, quod aliorum fugit acumen. Contendo enim neque orationem tam hiulcam et particulis suis impariter fulcitam a scriptore eleganti, neque tantam luxuriem a curto exire unquam potuisse. Spectate enim: Τὴν πόλιν καθαίρειν — ἀρὰν ἀπάγεσθαι — ἀποδιοπομπεῖσθαι — φαρμακὸν ἀποπέμπειν — ἀλιτηρίου ἀπαλλάττεσθαι. Rarum erat istud φαρμακὸν, quod sedulum glossatorem non fugit. Arrepta igitur tam bellula occasione, quod dixit Lysias φαρμακὸν ἀποπέμπειν, exponit ille ἀρὰν ἀπάγεσθαι. Iis igitur relegatis videamus locum multo elegantiorem factum: Χρὴ νομίζειν ἀπαλλαττομένους Ἀνδοκίδου, τὴν πόλιν καθαίρειν καὶ ἀποδιοπομπεῖσθαι, καὶ φαρμακὸν ἀποπέμπειν, καὶ ἀλιτηρίου ἀπαλλάττεσθαι. Accommode satis Plato de Legg. I. 9. Τοῦτον πρῶτον μὲν καθήρασθαι καὶ ἀποδιοπομπεῖσθαι τὸν οἶκον χρεὼν ἔστω κατὰ νόμον. TAYLOR. *Piaculum*, Valesius. Pro *Nomine Proprio* Viri sumsit Harpocration, ex hoc Lysiæ loco, et ex Istri lib. I. τῶν Ἀπόλλωνος Ἐπιφανείων. MARKLAND. φαρμακὸς, *sacer et devotus, detestandus et exsecrabilis.* AUGER.

Ζακόρου] Vix puto Ζάκορον fuisse nomen proprium virile Athenis usurpatum. num Ζωπύρου. tametsi barbaricum hoc est nomen, videtur tamen Athenis usitatum fuisse. REISK. Vid. tamen D'Orville ad Char. Aphrod. l. III. c. VI. p. 314.

Θεῶν ἕνεκα] Quo diis eorumque juribus et religionibus satisfiat; ne dii ob imminuta jura sua irati humano generi multas dirasque pestes immittant. Sententia est: deorum causa, ut eorum iram sibi patriæque ne consciscat, debet judicum unusquisque ita in forum venire et ad judicandum accedere, ut domo secum afferat præmeditatam decretamque sententiam de pœnæ genere sacrilego irrogandæ. eaque a sententia non pati se ulla oratione ullove pacto dimoveri. REISK.

Εἰς τὸ δικαστήριον] Π. δεῖ εἰς τὸ δικαστήριον. H. STEPHAN. Nondum tamen video sententiam medicatam, neque quo pacto hæc possint dici τῶν θεῶν ἕνεκα, uti su-

ἐπίστασθε γὰρ ἃ δεῖ ποιῆσαι — μὴ ἀναπεισθῆτε ὑπὸ τούτου. φανερῶς ἔχετε αὐτὸν ἀσεβοῦντα· εἴδετε, ἠκούσατε τὰ τούτου ἁμαρτήματα. ἀντιβολήσει καὶ ἱκετεύσει ὑμᾶς· μὴ ἐλεεῖτε. οὐ γὰρ οἱ δικαίως ἀποθνήσκοντες, ἀλλ' οἱ ἀδίκως, ἄξιοί εἰσιν ἐλεεῖσθαι.

periora τῶν ἀνθρώπων. Ea scilicet in lacrymabili hiatu sepulta ad nos non pervenerunt. TAYLOR. Non cepit (sc. Stephanus) mentem Lysiæ et pulcherrimam sententiam, a prava distinctione deceptus. ponenda erat ὑποστιγμὴ, non τελεία στιγμὴ, post ὦσι, divisione nondum completa. deinde, minor distinctio post ἕνεκα, et altera post κεκριμότα. quo facto, videbis verbum εἰσιέναι pendere non a δεῖ, sed a παρήνεσε. MARKLAND. εἰσιέναι refer ad παρήνεσε. AUGER.

ΛΥΣΙΟΥ

ΑΡΕΟΠΑΓΙΤΙΚΟΣ ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΣΗΚΟΥ

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Oleæ apud Athenienses erant vel privatæ vel publicæ. Illas non ultra binas quotannis fas erat exscindere nisi in usus vel sacros vel funebres: Aut pecuniæ res agebatur. Liquet hoc ex lege quam descripsit Demosth. adv. Macartat. Has (quæ *μορίαι* vocabantur, quarumque stipes *σηκὸς*) non omnino. Dabatur enim actio coram Senatu Areopagitico. Damnatus exsulabat. Hujusce postulatur quidam a Nicomacho.

Pag. ed. H.Steph. — Pag. ed. Reisk.

108. 19 *α'*. ΠΡΟΤΕΡΟΝ *μὲν, ὦ βουλὴ, ἐνόμιζον ἐξεῖναι τῷ βουλο-* 258
μένῳ, ἡσυχίαν ἄγοντι, μήτε δίκας ἔχειν μήτε πράγματα· 259
νυνὶ δὲ οὕτως [1] *ἀπροσδοκήτοις αἰτίαις καὶ πονηροῖς συκο-*

[1] *ἀπροσδοκήτως* T.

ΣΗΚΟΥ] Ἀμφιβάλλεται μὲν ὁ παρ' ἐνίοις περὶ τοῦ Σηκοῦ λόγος (tutius certe παρ' ἐνίοις ὁ περὶ τοῦ Σηκοῦ λόγος) ἀλλ' ὅτι μὲν γνήσιος Λυσίου, et quæ sequuntur. Photius in Lysia. Scrupulum injecit maxime Paulus Germinus Sophista. Sed et de ἐπιγραφῇ quoque alii aliter. Editi omnes et MSS. Ἀρεοπαγιτικὸς ὑπὲρ τοῦ Σηκοῦ ἀπολογία. Photius et Harpocratio semper περὶ τοῦ Σηκοῦ strictim et nude. Ain vero *semper*? Ego id dico sedulo. Nam quod ad locum Harpocrationis attinet in v. Σηκός. Ἐπιγράφεταί τις λόγος Λυσίου ἐν τῇ τῆς εὐσεβείας περὶ τοῦ Σηκοῦ ἀπολογία, quem Blancardus, Gronovius Valesiusque frustra tentarunt, sic restituo adjutus Cod. Msto Cantabrigiensi. Ἐν τοῖς τῆς ἀσεβείας περὶ τοῦ Σηκοῦ ἀπολογία. Ut dici solent λόγοι φονικοὶ, βίαιοι, λόγοι ὕβρεως. Theo. Progymn. c. 1. Καὶ Δημοσθένης εἰς τὸν κατὰ Μειδίου (μετενήνοχε) τά τε Λυσίου καὶ Λυκούργου ἐκ τῶν τῆς ὕβρεως λόγων, καὶ τὰ Ἰσαίου ἐκ τῶν κατὰ Διοκλέους ὕβρεως. V. omnino Harpocr. in Βιαίων et Mausac. ad loc. TAYLOR.

Ibid.] Ἀρεοπαγιτικὸς ὑπὲρ τοῦ Σηκοῦ ἀπολογία, κατὰ Νικομάχου. SCALIGER.

Ibid.] Ita Suid. in Μορίαι. Ἐλαῖαι ἱεραὶ τῆς Ἀθήνας. Ἐξ ὧν τὸ ἔλαιον ἔπαθλον ἐδίδοτο τοῖς νικῶσι τὰ Παναθήναια. ἦσαν δὲ πρῶτον ιβ'. τὸν ἀριθμὸν αἱ μεταφυτευθεῖσαι ἐκ τῆς ἀκροπόλεως εἰς Ἀκαδημίαν — Τῆς δὲ μορίας ἐκείνης ὁ στέλεχος σηκὸς ἐκαλεῖτο. Aliter idem Suid. et Harpocrat. in Σηκός. Μή ποτε οὖν τὰς μὲν ἰδιωτικὰς, ἐλαίας καλοῦσι, τὰς δὲ δημοσίας, μορίας· σηκὸν δὲ, ὡς ἔοικε, καὶ μορίαν ὀνομάζουσι τὴν αὐτήν. Lector aliquando videbit has voces indiscretim sumi. Vid. Meurs. Attic. Lect. IV. 6. Lexic. Juridic. Bibliothec. Coisl. p. 488. TAYLOR.

Ἀπροσδοκήτως] Structura omnino poscit ἀπροσδοκήτοις, ut pariter fieret. Ἀπροσδοκήτοις αἰτίαις — πονηροῖς συκοφάνταις. Æschin. de E. L. λέγειν μετὰ κινδύνου πρὸς ἀπροσδοκήτους διαβολάς. TAYLOR. Lege ἀπροσδοκήτοις. Sic ἀπροσδοκήτους διαβολὰς Æschini περὶ Παραπρ. et ἀπροσδόκητον κακοήθειαν Antiphonti p. 122. Cæterum hanc Orationem sine ulla suspicione νοθείας bis citat Harpocration, V. Ἐπιγνώμονας, et V. Σηκός. Lysiæ eam asserit Photius Biblioth. CCLXI. MARKLAND. Dedi ἀπροσδοκήτοις ab adjectivo communi ὁ καὶ ἡ ἀπροσδόκητος. Potest servari πονηροῖς συκοφάνταις, sed malim

φάνταις περιπέπτωκα, ὥστ', εἴ πως οἷόν τε, δοκεῖ μοι δεῖν καὶ τοὺς μὴ γεγονότας ἤδη δεδιέναι περὶ τῶν μελλόντων
260 ἔσεσθαι· διὰ γὰρ τοὺς τοιούτους οἱ κίνδυνοι [1]κοινοὶ γίγνονται καὶ τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσι καὶ τοῖς πολλὰ ἡμαρτηκόσιν. οὕτω δ' ἄπορος ὁ ἀγών μοι καθέστηκεν, ὥστε ἀπεγρά- 25
φην τὸ μὲν πρῶτον ἐλαίαν ἐκ τῆς γῆς ἀφανίζειν, καὶ πρὸς τοὺς ἐωνημένους τοὺς καρποὺς τῶν μοριῶν πυνθανόμενοι
261 προσήεσαν· ἐπειδὴ δ' ἐκ τούτου τοῦ τρόπου ἀδικοῦντά με οὐδὲν εὑρεῖν ἐδυνήθησαν, νυνί με σηκὸν [2]ἀφανίζειν, ἡγούμενοι ἐμοὶ μὲν ταύτην τὴν αἰτίαν ἀπορωτάτην εἶναι [3]ἀποδεῖξαι,
262 αὐτοῖς δὲ ἐξεῖναι μᾶλλον ὅ τι ἂν βούλωνται λέγειν. [4]καὶ 30

[1] οἱ κοινοὶ T. [2] ἀφανίζειν ἡγούμενοι, T. ἀφανίζειν αἰτιῶνται, ἡγούμ. A.
[3] ἀπολύσαι A. [4] καὶ δὴ δεῖ μέν με R. A.

πονηραῖς συκοφαντίαις. AUGER.

κίνδυνοι οἱ κοινοὶ] M. κίνδυνοι κοινοὶ, ἄνευ οἱ. H. STEPHAN. Dele οἱ. *In edit. min.* TAYLOR.

Καὶ πρὸς τοὺς] Miror Stephanum, qui primus μοριῶν puncto frenavit, et legit deinde καὶ πυνθανόμενοι, vel οἱ δὲ πυνθανόμενοι. Facillima sunt omnia. Πρὸς τοὺς ἐωνημένους τοὺς καρποὺς τῶν μοριῶν πυνθανόμενοι προσήεσαν. Nempe ut testes corraderent. Καὶ ἶέναι ἐκέλευον λαβόντα μάρτυρας, ὁπόσους βούλοιτο ἐπὶ τοὺς παραγενομένους — τούτους ἐρωτᾶν, ἐλέγχειν. Antiph. περὶ τοῦ χορευτοῦ. TAYLOR. Neutro opus est, si recte distinguatur locus ita: ἀπεγράφην τὸ μὲν πρῶτον ἐλαίαν ἐκ τῆς γῆς ἀφανίζειν· καὶ πρὸς τοὺς ἐωνημένους τοὺς καρποὺς τῶν μοριῶν πυνθανόμενοι προσήεσαν. ἐπειδὰν δ' ἐκ τούτου etc. *delatus eram primo quidem oleam ex terra sustulisse: et accesserunt* adversarii mei *ad eos, qui redimunt fructus sacrarum olearum*, de hac re *interrogantes. postquam vero ne sic quidem* etc. MARKLAND.

Ἐωνημένους τοὺς καρποὺς —] Solebant vectigalia publica a quibusdam seu privatis, seu collegiis negotiatorum, certa quadam pacta mercede redimi. Sic erant, ut hoc e loco discimus, qui fructus ex oleis publicis redeuntes certo pretio redimerent, ærario dependendo. quod hominum genus nos *Pachter*, quasi *pactores*, appellamus. REISK.

Προσήεσαν] *Accedebant ad hos redemtores olearum percontatum*, quot ego oleas publicas in fundis meis haberem. Publica enim quæcunque essent bona numerata et scripto consignata erant penes illos redemtores. Jam si scirent, quot oleæ penes defensorem publicæ essent, poterant nosse, utrum earum quædam desidearentur, et utrum exscidisset nonnullas, nec ne. IDEM. Np. ii qui nunc me accusant. AUGER.

Ἀφανίζειν] M. ἀφανίζειν αἰτιῶνται, ἡγούμενοι ἐμοὶ μὲν, ἡ, ἀντὶ τοῦ αἰτιῶνται ἄλλο τι ῥῆμα. H. STEPHAN. ἀφανίζειν αἰτιῶνται, ἡγ. CONT. Non puto opus esse ulla additione, cum modo præcesserit ἀπεγράφην; ex qua voce adeo facile repeti potuit verbum ἀπογράφουσι, *deferunt*, post ἀφανίζειν, ut neque Auditor, neque Lector, in hac re errare potuerit. Distingue vero: νυνί με σηκὸν ἀφανίζειν· ἡγούμενοι ἐμοὶ, etc. MARKLAND. Post ἀφανίζειν subintelligas ἀπογράφουσι, quod facile suppeditare potuit auditor ex ἀπεγράφην quod modo præcesserat. Deinde ἡγούμενοι ἐμοὶ μὲν etc. *In Edit. min.* TAYLOR. Sine dubio circa ἀφανίζειν deest aut φασὶν, aut, quod Stephanus vult, αἰτιῶνται. REISK.

Ἀπορωτάτην εἶναι ἀποδεῖξαι] Mihi videtur leg. ἀπορωτάτην ἀποδείξειν, sine εἶναι, quod natum videtur ex emendatione ab aliquo super ἀποδεῖξαι scripta. Scilicet super αι scripsit aliquis ειν ad indicandum, legi oportere ἀποδείξειν in futuro, ex illis duabus terminationibus infinitivorum ειν et αι conflatum est postmodum vitiosum εἶναι. IDEM.

Καὶ δεῖ με] M. λείπει τι μετὰ τὸ ἥκει, καὶ μετὰ τὸ πράγματος. H. STEPHAN. Deesse amplius noluit Schottus, atque hiantem locum ita ingenio suo supplevit: Καὶ δεῖ με περὶ ὧν οὗτος ἐπιβεβουλευκὼς ἥκει ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἀποκρίνεσθαι, ἀλλ' ἡμῖν τοῖς διαγνωσομένοις περὶ τοῦ πράγματος εὔχομαι ὡς εὐμενεῖς εἴητε ἀκούσαντες, καὶ περὶ τῆς πατρίδος καὶ περὶ οὐσίας ἀγωνίζεσθαι. Hem! huic mandes, si quid *suppletum* velis. Solertem dabo: Καὶ δεῖ με περὶ ἃν οὗτος ἐπιβεβουλευκὼς ἥκει

δεῖ με, περὶ ὧν οὗτος ἐπιβεβουλευκὼς ἥκει, [1]ἐν ὑμῖν τοῖς διαγνωσομένοις περὶ τοῦ πράγματος [2]ἀκούσασι, καὶ περὶ τῆς πατρίδος καὶ περὶ οὐσίας [3]ἀγωνίσασθαι· ὅμως δὲ πειράσομαι ἐξ ἀρχῆς ὑμᾶς διδάξαι. 263

Β'. Ἦν μὲν γὰρ τοῦτο Πεισάνδρου τὸ χωρίον· δημευθέντων [4]δὲ τῶν ὄντων ἐκείνου, Ἀπολλόδωρος ὁ Μεγαρεὺς δωρεὰν παρὰ τοῦ δήμου λαβὼν τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ἐγεώργει, ὀλίγῳ δὲ πρὸ τῶν τριάκοντα Ἀντικλῆς παρ' αὐτοῦ πριάμενος ἐξεμίσθωσεν· ἐγὼ δὲ παρ' Ἀντικλέους εἰρήνης οὔσης ὠνούμην. ἡγοῦμαι τοίνυν, ὦ βουλή, ἐμὸν ἔργον ἀποδεῖξαι, ὡς, ἐπειδὴ τὸ χωρίον ἐκτησάμην, οὔτ' ἐλαία οὔτε σηκὸς [5]ἐνῆν ἐν αὐτῷ. νομίζω γὰρ τοῦ μὲν προτέρου χρόνου, οὐδ' εἰ [6]πάλαι ἐνῆσαν [7]μυρίαι, οὐκ ἂν δικαίως ζημιοῦσθαι. εἰ γὰρ μὴ δι' ἡμᾶς εἰσὶν ἠφανισμέναι, οὐδὲν προσήκει περὶ τῶν ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων ὡς ἀδικοῦντας κινδυνεύειν. πάντες γὰρ ἐπίστασθε ὅτι πόλεμος καὶ ἄλλων πολλῶν αἴτιος κακῶν γεγένηται, καὶ τὰ μὲν πόρρω 264

[1] ἀλλ' T. [2] ἀκούσαντες T. ἅπαντος R. A. [3] ἀγωνίζεσθαι T. R. A.
[4] δὲ om. T. [5] ἦν T. [6] πολλαὶ A. [7] μοῖραι T. R. A.

παρ' ὑμῖν τοῖς διαγνωσομένοις περὶ τοῦ πράγματος, καὶ περὶ τῆς πατρίδος, καὶ περὶ οὐσίας ἀγωνίζεσθαι, sine ἀκούσαντες. *Scalig.* ἀκούσαντας Coisl. et περὶ τῆς οὐσίας. Attamen suo in mendo interea, dum meliores Codd. suffecerint, cubet locus deploratissimus. Criticum enim ingenuum decet esse: fumivendolum nullo pacto. TAYLOR. Recte notat Stephanus aliquid deesse post ἥκει, et post πράγματος. Totus locus ita legi et suppleri potest: καὶ δεῖ με περὶ ὧν οὗτος ἐπιβεβούλευκεν, ὡς ἔχει, λέγειν· ἀλλ' ὑμῖν, τοῖς διαγνωσομένοις περὶ τοῦ πράγματος, μετ' εὐνοίας ἀκοῦσαί τε προσήκει, καὶ ἐνθυμεῖσθαι, ἐμὲ νῦν περὶ τῆς πατρίδος, καὶ περὶ οὐσίας ἀγωνίζεσθαι. Sed hæc et omnia hujusmodi sunt juris arbitrarii, et ab aliis aliter, a nemine certo et indubitate suppleri possunt sine MSS. Hoc tantum volo, Lysiam ita forte scribere *potuisse*; non, ita *scripsisse*. Ἀπολλόδωρος ὁ Μεγαρεὺς iste est, qui Phrynichi cædi interfuit. Vide Orat. XIII. MARKLAND. Totum locum sic, arbitratu meo, constitui: καὶ δὴ δεῖ μέν με περὶ ὧν οὗτος ἐπιβεβουλευκὼς ἥκει, ἐν ὑμῖν τοῖς διαγνωσομένοις περὶ τοῦ πράγματος ἅπαντος, καὶ περὶ τῆς πατρίδος, καὶ περὶ τῆς οὐσίας ἀγωνίζεσθαι. Olim sic legebatur in libris vulgatis: καὶ δεῖ με περὶ ὧν οὗτος ἐπιβ. ἥκει, ἀλλ' ὑμῖν τ. δ. π. τοῦ πράγματος ἀκούσαντες, καὶ περὶ τῆς πατρίδος, καὶ περὶ οὐσίας ἀγωνίζεσθαι. REISK. Καὶ δεῖ με μὴ περὶ ὧν οὗτος ἐπιβεβουλευκὼς ἥκει, παρ' ὑμῖν τοῖς διαγνωσομένοις περὶ τοῦ πράγματος, ἀλλὰ περὶ τῆς πατρίδος καὶ περὶ οὐσιάς ἀγωνίζεσθαι. CONT.

Πεισάνδρου] Pisandrum intelligo factiosum civem, qui dominatum Quadringentorum erexit. V. plura apud Thucyd. I. 8. Apollodorus item Megarensis agrum Pisandri publicatum a civitate dono accepit, ideo fortasse, quod Phrynichum ejusdem Tyrannidis socium obviam factum interfecit, ut noster infra c. Agoratum. TAYLOR.

Δημευθέντων] Conjeceram: δημευθέντων δέ. et ecce Coisl. δημευθέντων τῶν ὄντων δ' ἐκείνου. IDEM.

Ἦν] Ἐνῆν Codd. Steph. et Coisl. Ut modo: οὐδ' εἰ πάλαι ἐνῆσαν μοῖραι. Et exeunte oratione: Ἀπέδειξα δ' ὑμῖν, ὡς οὐκ ἐνῆν σηκὸς ἐν τῷ χωρίῳ. TAYLOR. MS. ἐνῆν. recte. Sic ad fin. Orat. οὐκ ἐνῆν σηκὸς ἐν τῷ χωρίῳ. Non quin et alterum probum sit: sed sequendi sunt scripti Codices. MARKLAND.

Πάλαι] Imo vero πολλαί. *etiamsi permultæ ibi fuissent oleæ, quæ nunc desiderarentur.* REISK.

ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐτέμνετο, τὰ δ' ἐγγὺς ὑπὸ τῶν φίλων διηρπάζετο· ὥστε πῶς ἂν δικαίως ὑπὲρ [1] τῶν τῇ πόλει
265 γεγενημένων συμφορῶν ἐγὼ νυνὶ δίκην διδοίην; ἄλλως τε [2] καὶ τοῦτο τὸ χωρίον ἐν τῷ πολέμῳ δημευθὲν ἄπρατον ἦν [3] πλείω ἢ τρία ἔτη. οὐ θαυμαστὸν [4] δ' εἰ τότε τὰς μο- 109. 1
ρίας ἐξέκοπτον, ἐν ᾧ οὐδὲ τὰ ἡμέτερα αὐτῶν φυλάττειν
266 ἠδυνάμεθα. ἐπίστασθε δέ, ὦ βουλή, ὅσοι [5] μάλιστα τῶν τοιούτων ἐπιμελεῖσθε, πολλὰ ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ δασέα ὄντα ἰδίαις καὶ μορίαις [6] ἐλαίαις, ὧν νῦν τὰ πολλὰ ἐκκέκοπται καὶ ἡ γῆ ψιλὴ [7] γεγένηται· καὶ τῶν αὐτῶν καὶ ἐν

[1] τῶν τότε τῇ A. [2] καὶ ὅπου τοῦτο A. [3] πλείονα T. R. A. [4] δ' om. T. R. A. [5] μάλιστα ὅσοι A. [6] ἐλαίαις καὶ μορίαις T. [7] γεγένηται τῶν αὐτὰ καὶ A.

Τῇ πόλει] Fieri potest, ut aliquis publicarum calamitatum reatu teneatur, ut ὑπὲρ τῶν τῇ πόλει γεγενημένων συμφορῶν δικαίως δίκην διδοίη. Neque id adeo de Te, tuaque causa dico, sed ut ostendam, argumentum, cui inniteris, admodum esse ficulneum. Melius τῶν ἐν τῷ πολέμῳ γεγενημένων συμφορῶν. Jam quæ ab armato milite intemperanter et præter legem acta sunt, recte ostendis ad te nihil quidquam pertinere. TAYLOR. Bene habet vulgata. Nimium nasutus hic est Taylor, aut potius, ne satis quidem, non animadvertens, quæ contra vulgatam disputat, eadem posse in lectionem ab ipso commendatam retorqueri. Fieri enim potest, ut aliquis calamitatum e bello enatarum reatu teneatur. Ita cum auctoribus agere, ut Taylor hic cum Lysia egit, id vero est συκοφαντεῖν. plana hic est Lysiæ oratio neminem facile moratura, quæ hoc vult: quo jure a me *nunc* pœnæ repetantur earum calamitatum, quibus respublica *tunc* oppressa fuit. Foret tamen oratio utique dilucidior, altiusque in animum descenderet vis oppositorum, si τότε adderetur. REISK. Nihil novarim facile. D'ORVILLE.

Ἄλλως τε καὶ τοῦτο τὸ χωρίον] Pronomen τοῦτο sive servetur, sive exterminetur, quod ad rem nil facit, semper ὅπου addendum videtur post καὶ, ut sit aut ἄλλως τε καὶ ὅπου τὸ χωρίον, aut ἄλλως τε καὶ ὅπου τοῦτο τὸ χωρίον. quo admisso erit tantundem atque ὅτι vel ὅτε, vel ἐν ᾧ, vel tale quid, et tum nil opus erit Marklandi supplemento. REISK.

Ἄπρατον] Ἄπρακτον. CONT.

Πλείονα] F. leg. πλεῖον. SLUITER.

Τρία ἔτη. οὐ θαυμαστὸν εἰ etc.] Mallem, τρία ἔτη. Τί οὖν θαυμαστόν, εἰ τότε etc. Sic Philo Judæus p. 596. Ed. Turneb. τί οὖν θαυμαστὸν εἰ κατὰ τοὐναντίον etc. Excidit forte τί propter præcedentem syllabam τη: quod his in Orationibus frequentissime accidisse video. MARKLAND. οὐ δὴ θαμαστὸν etc. CONT.

Ἐπίστασθε] N. infra: Αὐτοὺς τοίνυν ὑμᾶς τούτων μάρτυρας παρέξομαι, ἐπιμελομένους μὲν ἑκάστου μηνὸς, γνάμονας (vel ἐπιγνώμονας) δὲ πέμποντας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. Non ergo videtur ad omnes Areopagiticos pertinuisse ex æquo hæc cura, sed ad numerum delectum. Legere itaque mallem, si Codd. adjuvarent, ordine inverso: μάλιστα ὅσοι τῶν τοιούτων ἐπιμελεῖσθε. TAYLOR.

Ἰδίαις καὶ μορίαις ἐλαίαις] Ἰδίαις καὶ μορίαις καὶ ἐλαίαις. CONT. Ordinem hunc, qui in Aldina, in Coislin. et Vindobon. est, revocandum censui. vulgati dant ἰδίαις ἐλαίαις καὶ μορίαις. quod ad rem ipsam, perinde est, modo tum μορίαις non pro substantivo, sed pro adjectivo habeatur. id quod etiam est. Recte dicitur μορία ἐλαία, et sic Noster quoque p. 110. ult. dixit, et hæc est plena dictio, altera, cum μορία sola appellatur, sine addito ἐλαία, quasi nomen substantivum sit, est elliptica dictio, ubi semper ἐλαία debet subaudiri. Olea sacra ideo dicebatur μορία, quod esset ἐν μόρᾳ, h. e. ἐν τεμένει. Notum est τέμενος esse fundum a reliquo profano agro separatum et sacris usibus consecratum, publicisve alicujus civitatis, ut illum fundum sibi arrogare privatisve usibus exercere privato minus liceret. Erat ergo ἐλαία μορία olea stans in τῇ μόρᾳ, vel pertinens ad eam. REISK.

Τῶν αὐτῶν] Legendum: τῶν αὐτὰ — κεκτημένων. Vide, quæ præcedunt. Recte Stephanus pro ἀξιοῦται legit ἀξιοῦτε.

5 τῇ εἰρήνῃ καὶ ἐν τῷ πολέμῳ κεκτημένων [1] οὐκ ἀξιοῦτε παρ' 267
αὐτῶν, ἑτέρων ἐκκοψάντων, δίκην λαμβάνειν. καίτοι εἰ τοὺς
διὰ παντὸς τοῦ χρόνου γεωργοῦντας τῆς αἰτίας ἀφίετε,
ἥπου χρὴ τούς γ' ἐν τῇ εἰρήνῃ πριαμένους ἀφ' ὑμῶν ἀζη-
μίους γενέσθαι.

γ'. Ἀλλὰ γάρ, ὦ βουλή, περὶ μὲν τῶν πρότερον γεγενη- 268
μένων πολλὰ ἔχων εἰπεῖν, ἱκανὰ νομίζω τὰ εἰρημένα· ἐπει-
δὴ δ' ἐγὼ παρέλαβον τὸ χωρίον, πρὶν ἡμέρας πέντε γενέ-
10 σθαι, ἀπεμίσθωσα Καλλιστράτῳ, ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχον-
τος. δύο δ' ἔτη ἐγεώργησεν, οὔτε ἰδίαν ἐλαίαν οὔτε μορίαν 269

[1] ὧν οὐκ ἀξιοῦτε A.

Markland. Locus hic bene habet. Constructio hæc est, ac si dixisset: ἡ γῆ καὶ τούτων ἐψίλωται, οἳ αὐτὴν, ὄντες οἱ αὐτοὶ, καὶ ἐν τῷ πολέμῳ καὶ ἐν τῇ εἰρήνῃ ἐκέκτηντο. ager arboribus denudatus est, non eorum solummodo, qui fundos post restitutam pacem emerunt, ut ego feci, sed illorum ipsorum quoque, qui iidem eosdem fundos in belloque et in pace possederunt. Concludit a minori ad majus sic: Si vos, ait, dominos in jus non vocatis eorum fundorum, qui cum olim obsiti essent oleis, nunc nudi sunt, arboribus incertum, qua fraude quave injuria excisis, quanquam illi domini fundos illos non in bello modo, sed etiam in pace possederunt, quæ fraus sive ante bellum sive post fuit: qui æquum erit calumnia me vexari, qui fundum hunc finito demum bello et post restitutam jam pacem emerim, nudum ab oleis, tenente illo bello excisis, quo tempore fundus hic nondum in jure atque potestate mea esset. — Ratio a me proposita si cui videbitur contortior, hanc ei planiorem et simpliciorem proponam, ut aliud nihil mutet præterquam distinctionem, ponens comma pone γεγένηται. et tum καὶ τῶν αὐτῶν . . . κεκτημένων erunt genitivi cons quentiæ, sic exponendi: *et quamvis iidem domini eosdem fundos tam in pace quam in bello possedissent, tamen* —. Risk.

Οὐκ ἀξιοῦται] Π. οὐκ ἀξιοῦτε. H. Steph. Ἀξιοῦτε. Cont. Malim: ὧν οὐκ ἀξιοῦτε. *cujus rei*, aut *quarum rerum satisdationem. non censetis æquum esse repeti ab illis.* facile potuit fieri, ut ὧν in concursu cum fine vocabuli proximi κεκτημένων elideretur. Reisk.

Ἀφ' ὑμῶν] Istud ἀφ' ὑμῶν est plane otiosum. Non dici potest πριαμένους ἀφ' ὑμῶν, cum Noster ab Anticle quodam agrum redemerat: Non ἀζημίους ἀφ' ὑμῶν. Prohibet enim Græcismus. Taylor. Atqui supra dixerat se *ab Anticle emisse* hunc *fundum*. Distingue et lege: πριαμένους, ὑφ' ὑμῶν ἀζημίους γενέσθαι. *a vobis non mulciari*, vel, *a mulcta immunes esse*. Markland. Emendandum si quid hic sit, quod in dubio relinquam, suspicer ad ἀφ' ὑμῶν addendum esse του encliticum. *a vestrum quopiam*. verum videntur viri docti, id quod sæpe faciunt, etiam hic sine causa tricari. In dictione non diligentissima possit *a vobis emere* pro eodem haberi, atque *a vestrum quoquam emere*. ἀφ' ὑμῶν non cohæret cum ἀζημίους, sed cum πριαμένους. quanquam alias ἀζήμιος ἀπό τινος bene Græcum sit. Reisk.

Πέντε] De quinque diebus consulto addit; quo tacite subjiciat, tam brevi temporis intervallo facile factu sibi non fuisse, ut oleas exscinderet; postquam autem elocasset, multo fuisse difficilius, vel potius plane negatum. Idem.

Γενέσθαι] Malim διαγενέσθαι vel ἐπιγενέσθαι. Idem. Malim cum Reiskio διαγενέσθαι. Auger.

Δύο δ' ἔτη] Hunc locum et alium, qui proxime occurret, laudant Suid. et Harpocrat. sed incorrecte. Vid. in Μορίαι et Σηκός. Taylor. Paulo aliter, et forte melius, hunc locum citat Harpocration, V. Σηκός. ὃς δύο ἔτη ἐγεώργησεν, οὔτε ἰδίαν ἐλαίαν, οὔτε μορίαν, οὔτε σηκὸν παραλαβών. Quibus Criticæ specimen subjungit Harpocration de significatione et distinctione harum trium vocum, ἐλαία, μορία, et σηκός. et *forte*, inquit, *privatas oleas vocant* ἐλαίας: *publicas vero*, μορίας: σηκὸν *vero*, μορίαν *quoque, ut videtur, appellant*. Atqui quomodo idem esse possunt μορία et σηκὸς, cum tam clare distinguat Lysias, οὔτε ἐλαίαν, οὔτε μορίαν, οὔτε σηκόν? quodnam opus ultimo Articulo, si is in præcedenti comprehendebatur? et, si σηκὸς idem significat quod μορία hoc in loco,

οὔτε σηκὸν παραλαβών. τρίτῳ δὲ ἔτει Δημήτριος οὐτοσὶ
270 εἰργάσατο ἐνιαυτόν· τῷ δὲ τετάρτῳ Ἀλκία Ἀντισθένους
ἀπελευθέρῳ ἐμίσθωσα, ὃς [1]τέθνηκε ταῦτα τρία [2]ἔτη.
271 ὁμοίως καὶ [3]Πρωτέως[4] ἐμισθώσατο. καί μοι δεῦρο ἴτε μάρ-
τυρες.

[1] τέθνηκε, R.
[2] ἔτη, ὁμοίως ὡς καὶ οἱ πρ. A.
[3] πρότερον T. πρότερον R. A.
[4] ἐμισθώσαντο. A.

quare non μορία significet idem quod ἐλαία in præcedenti membro? eadem certe utriusque ratio. et ita τὰ tria erunt synonyma. Sic Orat. XXI. οὔτε φίλος ὤν, οὔτε συγγενὴς, οὔτε φυλέτης. an ibi quoque dicet φυλέτης et συγγενὴς idem esse? Sed de his rem veram ita se habere puto: Ἐλαία est quævis *olea*. Μορία est *olea* καρποφόρος *Minervæ sacra*. Hæ circa se habebant τέμενος, seu portionem quandam soli consecrati et ab usibus profanis exempti; quod ideo nec arare, nec fodere, nec pecudibus ἐμβατὸν facere licebat: unde φραγμῷ seu *sepimento* muniebantur. Redemtoribus publice locabantur harum Fructus. *Curatores* erant, seu ἐπιμεληταὶ, ex Areopagitis; qui singulis mensibus de harum conditione et statu inquirebant: et semel quotannis publice mittebantur ἐπιγνώμονες (male in Nostro γνώμονες vocantur), *Inspectores*, ejusdem Ordinis; qui minora circa has delicta puniebant. Si quis vero convincebatur succidisse, vel alio modo de industria ἀφανίσαι unam ex his *sacris oleis*, mulctabatur *Exsilio*, et Bona ejus in Ærarium redigebantur. Restat Σηκός. is est *truncus* oleæ sacræ jam *effœtæ*, nec amplius καρποφόρου. unde recte dixit Photius: ὁ σηκὸς δὲ νῦν εἶδός ἐστιν ἱερᾶς ἐλαίας. ejusdem erat Sanctitatis et Juris per omnia. cujus est ἡ μορία. Scio, quid Harpocrationem in errorem induxerit: istud nempe, quod σηκὸς hic, cujus effodiendi vel succidendi reus erat Orator, ter quaterve infra appelletur μορία. et recte quidem: Omnis enim σηκὸς est etiam μορία; quatenus *sacer* est, et a vulgaribus et *privatis* oleis distinctus. sed non vice versa: nulla enim μορία est σηκός: quoniam, ut dixi, Ista est *Frugifera*; Hic, sterilis tantum *truncus*. adeo ut si hæc Apologia, non ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ, sed ὑπὲρ τῆς μορίας habita fuisset, nihil omnino per totam Orationem de voce σηκὸς audivissemus. Fusius egi, quam pro instituto meo; sed hæc necessaria erant ad Orationem hanc intelligendam. Viderit Lector, an tanti putet eam intellexisse. Mox, pro οὐτοσὶ, Schottus voluit οὐτωσί: non recte. οὐτοσὶ enim δεικτικῶς dicitur, et quia *aderat* testis Demetrius. quam ob rem de altero Conductore mox loquens, Alcia, addit per parenthesin, ὃς τέθνηκε, tacite rationem afferens, quare iste quoque non adesset. MARKLAND.

Τέθνηκε] Τέθνηκε. ταῦτα τρία ἔτη ὁμοίως καὶ πρωτέως ἐμισθώσατο. CONT. Loco τοῦ τέθνηκε aliud verbum locandum, aut negligendum, vel præcedenti periodo adjiciendum potius censet Schottus. Idem p. p. delet ἐμισθώσατο. Vide igitur locum ita immutatum: Τρίτῳ δὲ ἔτει Δημήτριος ὃς τέθνηκε οὐτωσὶ εἰργάσατο ἐνιαυτόν. Τῷ δὲ τετάρτῳ Ἀλκία Ἀντισθένους ἀπελευθέρῳ ἐμίσθωσα ταῦτα τρία ἔτη ὁμοίως καὶ πρότερον. Nam et πρότερον quoque legere videtur cum Stephano. Confiteor locum esse satis rigidum, sed ad Schottum emendantem non accedo lubens. Pro πρότερον quod nihil est, προτέως Coisl. Quid si mecum? Τῷ δὲ τετάρτῳ Ἀλκία Ἀντισθένους ἀπελευθέρῳ ἐμίσθωσα, ὃς τέθνηκε ταῦτα τρία ἔτη. ὅμως καὶ πρότερον ἐμισθώσατο. Vel cum MS. fere nostro: Ὅμως καὶ τέως ἐμισθώσατο. i. e. *Dum vixit*. TAYLOR. Totum locum ita lego et distinguo: τῷ δὲ τετάρτῳ, Ἀλκία Ἀντισθένους ἀπελευθέρῳ ἐμίσθωσα (ὃς τέθνηκε) ταῦτα τρία ἔτη· ὃς ὁμοίως τοῖς πρότερον ἐμισθώσατο. καί μοι δεῦρο ἴτε μάρτυρες. ΜΑΡΤΥΡΕΣ. Ἐπειδὰν etc. Explicatione non indigent. ὁμοίως tamen τοῖς πρότερον, est *iisdem conditionibus, quibus priores*. sæpe ita loquitur. Notanda quoque Locutio ταῦτα τρία ἔτη, de annis *proxime* elapsis. et ita loquitur Lucianus Hermotimo circa initium; et alibi. Addidi ultimum ΜΑΡΤΥΡΕΣ, quod excciderat propter præcedens: et ita Vanderheidius in Versione sua. Passim hoc accidit Nostro, Isæo, Andocidi, Antiphonti, et aliis in hac Stephani Editione Oratoribus. Iterum Schottus turbat omnia. Stephanus conjecerat πρότερον: quod non satis est sine τοῖς. MARKLAND. Videtur sic legendum: ὁμοίως, ὡς καὶ οἱ πρότερον ἐμισθώσαντο. *pari pacto, atque iis elocaveram, qui prius fundum conduxerant*. REISK.

Τέθνηκε] Post τέθνηκε apposui comma, quo ad proxima hæc tria verba, τρία ταῦτα ἔτη, ne referretur: illa enim verba non cum τέθνηκε, sed cum ἐμίσθωσα cohærent. *elocavi fundum meum Alciæ in hoc trien-*

[1] ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

ἐπειδὴ τοίνυν ὁ χρόνος οὗτος ἐξήκει, αὐτὸς γεωργῶ.
15 φησὶ δὲ ὁ κατήγορος ἐπὶ Σουνιάδου ἄρχοντος σηκὸν ὑπ᾽
ἐμοῦ ἐκκεκόφθαι. ὑμῖν δὲ μεμαρτυρήκασιν οἱ πρότερον ἐργα-
ζόμενοι καὶ πολλὰ ἔτη παρ᾽ ἐμοῦ μεμισθωμένοι μὴ εἶναι
σηκὸν ἐν τῷ χωρίῳ. καίτοι πῶς ἄν [2] τις φανερῶς ἐξελέγ-
ξειε ψευδόμενον τὸν κατήγορον; οὐ γὰρ οἷόν τε, ἃ πρότερον 272
μὴ ἦν, ταῦτα τὸν ὕστερον ἐργαζόμενον ἀφανίζειν.

δ΄. Ἐγὼ τοίνυν, ὦ βουλή, ἐν μὲν τῷ τέως χρόνῳ, ὅσοι με
20 φάσκοιεν δεινὸν εἶναι καὶ ἀκριβῆ καὶ οὐδὲν ἂν εἰκῇ καὶ ἀλο-
γίστως ποιῆσαι, ἠγανάκτουν ἄν, ἡγούμενος μᾶλλον [3] λέγε-
σθαι ὡς μοι προσῆκε· νῦν δὲ πάντας ἂν ὑμᾶς βουλοίμην
περὶ ἐμοῦ ταύτην τὴν γνώμην ἔχειν, ἵνα ἡγῆσθέ με σκοπεῖν,
εἴπερ τοιούτοις ἔργοις ἐπεχείρουν, καὶ ὅ τι κέρδος [4] ἐγένετο 273
τῷ [5] ἀφανίσαντι, καὶ ἥ τις ζημία [6] τῷ ποιήσαντι, καὶ τί ἂν

[1] ΜΑΡΤΥΡΕΣ A. [2] τις μᾶλλον φανερῶς A. [3] λέγεσθαι ἢ ὡς A.
[4] ἐγίνετο A. [5] ἀφανίζοντι T. R. [6] τῷ μὴ ποιήσαντι A.

nium, i. e. proximum superius. Sed ante τέθνηκε, quod vocabulum bene habet, excidisse videtur πέρυσι. qui Alcias anno superiore vivis excessit. aut πρώην, aut ἔναγχος. nudum τέθνηκε, sine nota temporis plus minus certa, vix ferri posse videtur. IDEM.

Σουνιάδου] Apud Diodorum Λυσιάδης hic Archon nominatur, non Σουνιάδης. PALMER. Ita quoque Meurs. Attic. Lect. IV. 7. et de Archontibus III. 16. Recte, credo. Nam per hæc tempora *Lysiades* in Fastis occurrit, et calculo hic facto pulcre respondet: *Suniades* nusquam. TAYLOR.

Πῶς ἄν τις] M. πῶς οὐκ ἄν τις. H. STEPH. SCAL. Rectius tamen φανερώτερον. Ita Noster in Δήμου Καταλ. Ἀπολ. verbis vix discrepantibus: Εἰ δὲ οἱ τότε δυνάμενοι μὴ ἠξίουν μοι μεταδιδόναι τῶν πραγμάτων, πῶς ἂν φανερώτερον ἢ οὕτω ψευδομένους ἀποδείξαιμι τοὺς κατηγόρους. TAYLOR. Verius mihi videtur: πῶς ἄν τις φανερωτέρως (vel φανερώτερον) ἐξελέγξειε ψευδόμενον τὸν κατήγορον; Sic Orat. XXV. πῶς ἂν φανερώτερον ἢ οὕτω ψευδομένους ἀποδείξαιμι τοὺς κατηγόρους; ubi eadem omnia. In edit. Vanderheid. μᾶλλον inseritur ante φανερῶς: quo jure, quave injuria, nescio. MARKLAND. Φανερώτερον. CONT. Mihi videtur sic leg. πῶς ἄν τις μᾶλλον (vel ἐναργέστερον) φανερῶς. *quomodo quis magis*, aut *luculentius, arguat aliquem aperte et perspicue mentientem.* nam φανερῶς non cum ἐξελέγξειε cohæret, sed cum ψευδόμενον. Non dicitur φανερῶς ἐλέγχειν, sed φανερῶς ψεύδεσθαι. REISK.

Ἠγανάκτουν ἄν] Ἂν delendum videtur. non enim dicit se indignaturum fuisse, sed indignari consuevisse. IDEM.

Ὡς μοι προσῆκε] Ὧν μοι πρ. SCAL. Tu revoca tamen ἢ. ἡγούμενος μᾶλλον λέγεσθαι ἢ ὡς μοι προσῆκε. Atque etiam infra: Ἐγὼ γὰρ τὰ ἐμοὶ προστεταγμένα ἅπαντα προθυμότερον πεποίηκα, ἢ ὡς ὑπὸ τῆς πόλεως ἠναγκαζόμην. TAYLOR. Græca lingua postulat μᾶλλον — ὧν μοι προσῆκε: id est, tribuisse mihi *majora* et plura, *quam mihi convenirent.* Sic 1 Cor. XIV. 18. πάντων ὑμῶν μᾶλλον γλώσσαις λαλῶν. Isæus p. 78. καὶ εἰ λέγειν ἐμοῦ δύναται Κλέων μᾶλλον. Noster Orat. XVI. εἰπεῖν μᾶλλον ἑτέρου. MARKLAND. Ego malim sic legi: ὡς μοι προσῆκεν εἶναι, ἢ ὡς ἦν. *potius hoc dici, qualis deberem esse, quam qualis essem.* REISK. Ὡς αὐτοῖς συνέφερεν, ἢ ὡς μοι προσῆκε. CONT.

Τῷ ἀφανίζοντι] Margo Edit. Steph. ἀφανίσαντι: quod rectius videtur propter sequens ποιήσαντι: quam tamen vocem suspectam habeo, nisi ante eam ponendum sit μή. μὴ ποιήσαντι idem erit, quod μὴ ἀφανίσαντι. Intellige ζημία de *damno* in

λαθὼν διεπραξάμην καὶ τί ἂν φανερὸς γενόμενος ὑφ' ὑμῶν ἔπασχον. πάντες γὰρ ἄνθρωποι τὰ τοιαῦτα οὐχ ὕβρεως ἀλλὰ κέρδους ἕνεκα ποιοῦσι· καὶ ὑμᾶς εἰκὸς οὕτω σκοπεῖν, καὶ τοὺς ἀντιδίκους ἐκ τούτων τὰς κατηγορίας ποιεῖσθαι, ἀποφαίνοντας ἤ τις ὠφέλεια τοῖς ἀδικήσασιν ἐγένετο. οὗτος μέντοι οὐκ ἂν ἔχοι ἀποδεῖξαι, οὐδ' ὡς ὑπὸ πενίας ἠναγκάσθην τοιούτοις ἔργοις ἐπιχειρεῖν, οὐδ' ὡς τὸ χωρίον μοι διαφθείρεται τοῦ σηκοῦ ὄντος, οὐδ' ὡς ἀμπέλοις ἐμποδὼν ἦν, οὐδ' ὡς οἰκίας ἐγγύς, οὐδ' ὡς ἐγὼ ἄπειρος τῶν παρ' ὑμῖν κινδύνων, εἴ τι τούτων [1]ἔπραττον. πολλὰς ἂν
274 καὶ μεγάλας ἐμαυτῷ ζημίας [2]γενομένας ἀποφήναιμι· ὃς πρῶτον μὲν μεθ' ἡμέραν ἐξέκοπτον τὸν σηκόν, ὥσπερ οὐ πάντας λαθεῖν δέον, ἀλλὰ πάντας Ἀθηναίους [3]εἰδέναι. καὶ εἰ μὲν αἰσχρὸν ἦν μόνον τὸ πρᾶγμα, ἴσως ἄν τις τῶν παριόντων ἠμέλησε· νῦν δ' οὐ περὶ αἰσχύνης ἀλλὰ τῆς μεγίστης ζημίας ἐκινδύνευον. πῶς [4]δ' οὐκ ἂν ἦν ἀθλιώτατος ἀνθρώπων ἁπάντων, εἰ τοὺς ἐμαυτοῦ θεράποντας μηκέτι δούλους ἔμελλον ἕξειν ἀλλὰ δεσπότας τὸν λοιπὸν βίον, τοιοῦτον ἔργον συνειδότας; ὥστε εἰ καὶ τὰ μέγιστα εἰς ἐμὲ ἐξημάρτανον, οὐκ ἂν οἷόν τε ἦν δίκην με παρ' αὐτῶν λαμβάνειν· εὖ γὰρ ἂν εἰδείην ὅτι ἐπ' ἐκείνοις ἦν καὶ ἐμὲ
275 τιμωρήσασθαι καὶ αὐτοῖς μηνύσασιν ἐλευθέροις γενέσθαι.

[1] ἔπραττον, T. R. A. [2] γενομένας οὐ προεῖδον. Κἀγὼ δὴ ἐμηναίμην· ὃς A.
[3] εἰδέναι· ἔπειτα δὲ τοῖς ἐμαυτοῦ οἰκέταις περὶ τοιαῦτα ἐχρώμην. καὶ εἰ μὲν A.
[4] οὖν T. R.

re familiari; non de *mulcta*. Vide infra. MARKLAND.

Διεπραξάμην] Verbum διαπράττεσθαι h. l. significat, *callidis artibus efficere, consequi lucrum aliquod magnis laboribus atque periculis quærendum*. Sed vide, an non hoc membrum prorsus idem dicat cum proximo superiori. REISK.

Διαφθείρεται] Forte διέφθαρται, ut ἠναγκάσθην, et ἦν, et ἔπραττον. non quin alterum ferri possit. Vide ad Orat. I. MARKLAND.

Εἴ τι τούτων] Videntur hic pauca quædam excidisse, forsitan hæc duo vocabula ἐγὼ γὰρ, et versu proximo post, pro ὃς leg. αὐτός. ut ἐγὼ in principio sententiæ cum αὐτὸς eam claudente cohæreat. *ego ipse demonstrare possim multa et magna detrimenta, mihi, si quid tale fecerim, illinc exstitura*. Aut si in illo ὃς latere potius πῶς existimemus, quo sententia fiat haud paulo elegantior, nervique ejus fortius intendantur, leg. erit sic: ἐγὼ γὰρ αὐτὸς, εἴ τι τούτων — ἀποφαίναιμι. tum subjicit citissimam, unius syllabæ brevitate circumscriptam, sed vehementem interrogationem, πῶς; *qui?* respondet πρῶτον μὲν — quæ cum sanna fastidii et indignationis plena pronunciando sunt. Primum enim quidem ego, id si feci, cujus insimulor, de die *nempe* oleam excidi. Criminationem a se amoliri vult demonstranda hinc facinoris insania, illinc mendacii abnormitate et accusatoris impudentia. Mens mihi si constitit, facere id non potui, quod non faciat, nisi cerritus. REISK.

Εὖ γὰρ ἂν εἰδείην] *Ich müste*, oder *sollte doch wohl von Rechtswegen wissen*. Oper-

Ἔτι τοίνυν εἰ τῶν οἰκετῶν [1] παρέστη μοι μηδὲν φροντίζειν,
40 πῶς ἂν ἐτόλμησα, τοσούτων μεμισθωμένων καὶ ἁπάντων
συνειδότων, ἀφανίσαι τὸν σηκὸν βραχέος μὲν κέρδους ἕνεκα,
προθεσμίας δὲ οὐδεμιᾶς οὔσης τῷ κινδύνῳ, τοῖς εἰργα-
σμένοις ἅπασι τὸ χωρίον ὁμοίως προσῆκον εἶναι σῷον τὸν 276
σηκὸν, ἵν' εἴ τις αὐτοὺς ἠτιᾶτο, εἶχον [2] ἀνενεγκεῖν ὅτῳ παρ-
έδοσαν. νῦν δὲ καὶ ἐμὲ ἀπολύσαντες φαίνονται, καὶ σφᾶς
αὐτοὺς, εἴπερ ψεύδονται, μετόχους τῆς αἰτίας καθιστάν-
110. 1 τες. Εἰ τοίνυν καὶ [3] ταῦτα παρεσκευασάμην, πῶς ἂν οἷός
τ' ἦν πάντας πεῖσαι τοὺς παριόντας, ἢ τοὺς γείτονας, οἳ
οὐ μόνον ἀλλήλων ταῦτ' ἴσασιν ἃ πᾶσιν ὁρᾶν ἔξεστιν,
ἀλλὰ καὶ περὶ ὧν ἀποκρυπτόμεθα μηδένα εἰδέναι, καὶ
περὶ ἐκείνων πυνθάνονται; ἐμοὶ τοίνυν τούτων οἱ μὲν φίλοι,
οἱ δὲ διάφοροι περὶ τῶν ἐμῶν τυγχάνουσιν ὄντες. οὓς ἐχρῆν 277
5 [4] τοῦτον παρασχέσθαι μάρτυρας, καὶ μὴ μόνον οὕτω τολ-
μηρὰς κατηγορίας ποιεῖσθαι· ὅς φησιν ὡς ἐγὼ μὲν παρει-

[1] παρεστήκοι R. A.
[2] ἂν ἐνεγκεῖν T. R. ἂν ἀνενεγκεῖν A.
[3] τούτους R. A.
[4] τούτων T. R. A.

tebat hoc saltim me scire. Idem.

Εἰκότων] (Sic vulg.) οἰκητῶν. Palmer. Rectius, quod tamen voluit ille, οἰκετῶν cum Scal. Ita in Orat. I. Antiph. Οἵ τε γὰρ ἐπιβουλεύοντες ἀνεξέλεγκτοι ἂν εἶησαν, εἰ μήθ' ὑπὸ τῶν παραγενομένων, μήθ' ὑπὸ τῶν εἰκότων ἐξελέγχονται. Corrige obsecro, οἰκετῶν, ut modo dixerat: Ἐξελεγχόμενος δ' ὑπό τε τῶν οἰκετῶν ὑπό τε τῶν παραγενομένων. Taylor.

Παρέστη] Παρεστήκοι Ald. illud erat παρειστήκοι. Taylor. Παρειστήκει. Cont.

Τοῖς εἰργασμένοις] Egregiæ hanc esse subtilitatis orationem, *locis*que suis, ut aiunt, bene instructam non nego. Iisque indiciis fretus Lysiæ olim adjudicavit Photius. Sed hæc, si sana sint, vel nullam omnino subtilitatem habent, vel tantam, ut assequi non possim. Taylor. Frustra queritur Taylor de hujus loci obscuritate, seu subtilitate nimia. προθεσμίας οὐδεμιᾶς τῷ κινδύνῳ οὔσης, significat, cum nullum esset tempus a legibus statutum, quo transacto liber fierem a metu litis ab accusatoribus mihi intentandæ. præscriptio certi numeri annorum hoc in delicto locumnon babebat. Semper, quoad viveremus, mihi meisque heredibus erat metuendum, ne exsisteret aliquis, qui nomina nostra ad judicem deferret. Insequentia hoc volunt: Uniuscujusque eorum, qui agrum a me colendum conduxissent, intererat, ut provideret, ne σηκὸς exscinderetur, quia, exacto locationis tempore, reddere totidem arbores deberet, quot accepisset. Reisk.

Ἐνεγκεῖν] Bene potest habere, neque litem ei movebo. ἐνεγκεῖν (subaudi τοῦτον) *ferre*, h. e. exhibere præsentem, producere in judicio. Solent tamen oratores Attici, si bene memini, ejusmodi in re ἀνενεγκεῖν usurpare, *referre* τούτῳ, id est, εἰς τοῦτον, *ad eum*, ei imputare. et quam facile fieri potuerit, ut ἂν omitteretur a supino librario in concursu cum ἂν particula, sponte sua quisque intelligit. Idem.

Τούτους] Sic dedi de meo, pro ταῦτα, quod est in vulgatis omnibus. Si hos quoque fundi mei conductores malis artibus conciliatos permovissem, ut meam in gratiam mentirentur, aut saltim tacerent facinusque meum celarent. Reisk. Reiskium pæne exscribit Augerus.

Μηδένα εἰδέναι] Contius ante μηδένα dat ὥστε, quod potest subaudiri. Auger.

Περὶ τῶν ἐμῶν] De jure possessionis bonorum meorum mecum contendunt alii alia sibi arrogantes, et mihi eripere conantes. Reisk.

Τούτων] Eorum puta, quæ accusator jactat, et quorum me insimulat. Idem.

Ὅς] Refertur ad omissum τὸν κατήγορον, quod pone ποιεῖσθαι a lectore quoque tacita cogitatione subjici debet. *oportebat accusatorem suarum criminationum testes edere — qui accusator —.* Idem.

στήκειν, οἱ δ' οἰκέται ἐξέτεμνον τὰ πρέμνα, ἀναθέμενος δὲ
278 ὁ βοηλάτης ᾤχετο ἀπάγων τὰ ξύλα. καίτοι, ὦ Νικόμαχε,
χρῆν σε τότε καὶ παρακαλεῖν τοὺς παριόντας μάρτυρας,
καὶ φανερὸν ποιεῖν τὸ πρᾶγμα· καὶ ἐμοὶ μὲν οὐδεμίαν ἂν
ἀπολογίαν ἀπέλιπες, αὐτὸς δέ, εἰ μέν σοι ἐχθρὸς ἦν, ἐν
279 τούτῳ τῷ τρόπῳ ἤσθα ἄν με τετιμωρημένος· εἰ δὲ τῆς 10
πόλεως ἕνεκα ἔπραττες, οὕτως ἐξελέγξας οὐκ ἂν ἐδόκεις
εἶναι συκοφάντης· εἰ δὲ κερδαίνειν ἐβούλου, τότ' ἂν πλεῖ-
στον ἔλαβες· φανεροῦ γὰρ ὄντος τοῦ πράγματος, οὐδεμίαν
ἄλλην ἡγούμην ἂν εἶναί μοι σωτηρίαν ἢ σὲ πεῖσαι. τούτων
τοίνυν οὐδὲν ποιήσας, διὰ τοὺς σοὺς λόγους ἀξιοῖς με ἀπο-
λέσθαι, καὶ κατηγορεῖς ὡς ὑπὸ τῆς ἐμῆς δυνάμεως καὶ τῶν
ἐμῶν χρημάτων οὐδεὶς ἐθέλει σοι μαρτυρεῖν. καίτοι εἰ, 15

Τὰ πρέμνα] H. l. sunt *rami crassiores.* Nam e p. 302. 14. patet, σηκὸν non esse arboretum, silvulam Minervæ consecratam, sed unam solummodo arborem. Idem.

Βουλευτὴς] Ita in omnibus, quantum auguror, Codd. et impressis et MSS. Ἀλλ' οὐ φρόντις Ἱπποκλείδῃ. Quid? Tantamne rem tam negligenter agere? Neque potuisse alium præter Senatorem tibi adjungere, dum capitis res agebatur? Porro autem quid Senatori cum Sarcinis, cum Plaustro et Jumentis. Audi enim Atticistas. Ἀναθεῖναι τὸ φορτίον· Ἀττικῶς. Ἐπιθεῖναι· Ἑλληνικῶς. Mœris. Ita et Thomas quoque. In lucem ergo retrahatur ex loco humili et obscuro, facessente indiligenti Senatore, fidelis et laboris improbi βοηλάτης. *The Waggoner.* Occurrit vox apud Ælian. V. H. IX. 23. Ἀριστοτέλης ἐνόσει ποτὲ — καὶ ἐκεῖνος μήτε ὡς βοηλάτην μὲ, ἔφη, θεράπευε, μήτε ὡς σκαπανέα. Vide etiam, quæ habet σχ. Apollon. Rhod. IV. 1342. Βουπελάται· Οἱ βουκόλοι. εἴρηται ἤτοι τοῦ π περισσεύοντος, βουελάται γάρ εἰσιν, ἢ παρὰ τὸ πέλας τῶν βοῶν εἶναι. Sed hæc de Bubulco, de Armenti Magistro, inquies. Fateor. Sed eadem sit formatio necesse est de plaustrario. Ut dicitur ἱππηλάτης, ἀστραβηλάτης, ὀνηλάτης. Hesych. Ἀμαξεύς· ζευγηλάτης. Missas autem fuisse sub plaustrum boves docent tum alia, tum notissima earum operæ distinctio. Πεῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων. Arat. Aliæ quippe terram colebant, aliæ trahebant plaustrum. Ἀμαξεία βοῶν. Achill. Tat. l. 2. init. Disertius Ælian. l. c. V. 14. Βοῦν ἀρότην καὶ ὑπὸ ζυγὸν πονήσαντα σὺν ἀρότρῳ ἢ καὶ σὺν τῇ ἁμάξῃ, μηδὲ τοῦτον θύειν. Pausan. Attic. c. 19. init. Θησεὺς δὲ ἄλλο μὲν αὐτοῖς ἐδήλωσεν οὐδὲν, ἀπολύσας δὲ, ὡς λέγεται, τῆς ἁμάξης τοὺς βοῦς, ἢ σφίσι παρῆν κ. τ. λ. *Bubulcus* item apud Latinos pro Plaustrario. Cic. de Divin. I. 57. "Hoc vero somnio eum commotum mane *bubulco* præsto ad portam fuisse; quæsisse ex eo, quid esset in plaustro." V. Hadr. Imp. Rescript. Græc. 16. Gell. II. 21. Hist. Sacr. 1 Sam. VI. 7. Tam antiquitus enim obtinuit, ut tam Vitulus quam Plaustrum in Hebraica dialecto ex uno fonte emanarent. Taylor. βοηλάτης. Cont. Pro inepta hac voce conjeceram ξυλεὺς, *lignator.* Sed me monuit Eruditiss. Editor legendum esse βοηλάτης. quod verissimum puto. Sic οἱ ὀνηλάται, *agasones* (in negotio simili apud Demosthenem adv. Phænipp.) qui ligna ex agris exportabant: ἀπειπὼν κωλῦσαι τοὺς ὀνηλάτας μὴ ἐξάγειν τὴν ὕλην ἐκ τῶν ἐσχατιῶν. Mox, ante τούτῳ τῷ τρόπῳ delerem ἐν, ortum ex præcedente ἦν. Paulo superius, περὶ τῶν ἐμῶν etc. vel corruptas has tres voces, vel a mala manu esse suspicor. Markland. Dele ἐν. *In Edit. min.* Taylor.

Ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ] Præpositio ἐν sic posita in hac forma dicendi, paulo est insuitatior. quare suspicatus aliquando sum, aut sic esse leg. atque distinguendum: εἰ μέν σοι ἐχθρὸς ἦν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἤσθα ἄν με τετιμ. *inimicus tibi si tum fuissem, ultus me esses.* aut sic: εἰ μέν σοι ἐχθρὸς ἦν, ἑνί με τούτῳ τῷ τρόπῳ. *hac una ratione me maxime esses ultus.* Verumtamen potest ἐν ferri ut redundans, forsitan e communi loquendi modo. Reisk.

Ἐθέλει σοι] Ἐθέλοι μοι. Codd. Steph. et Coisl. F. συμμαρτυρεῖν, vel ἐθελήσειε μαρτυρεῖν. Taylor.

[1]φάς μ' ἰδεῖν τὴν μορίαν ἀφανίζοντα, τοὺς ἐννέα ἄρχοντας 280
ἐπήγαγες ἢ ἄλλους τινὰς τῶν ἐξ Ἀρείου πάγου, οὐκ ἂν
ἑτέρων ἔδει σοι μαρτύρων· [2]οὗτοι γὰρ ἄν σοι συνήδεσαν
ἀληθῆ λέγοντι, οἵπερ καὶ διαγινώσκειν ἔμελλον περὶ τοῦ
πράγματος. δεινόταται οὖν πάσχω· ὃς, εἰ μὲν παρέσχετο
μάρτυρας, τούτοις ἂν ἠξίου πιστεύειν· ἐπειδὴ δὲ οὐκ εἰσὶν
20 αὐτῷ, ἐμοὶ καὶ ταύτην τὴν ζημίαν οἴεται χρῆναι γενέσθαι.
Καὶ [3]τούτου μὲν οὐ θαυμάζω. οὐ γὰρ δήπου συκοφαντῶν
[4]ἄλλα, τοιούτων γε λόγων [5]ἀπορήσει καὶ μαρτύρων· ὑμᾶς
δ' οὐκ ἀξιῶ τὴν αὐτὴν τούτῳ γνώμην ἔχειν. ἐπίστασθε γὰρ 281
ἐν τῷ πεδίῳ πολλὰς μορίας οὔσας καὶ πυρκαϊὰς ἐν τοῖς

[1] φῆς μὴ δεῖν T. φήσας μ' ἰδεῖν R. A.
[2] οὗτω T. R.
[3] τοῦτο T. R.
[4] θαμὰ R. τινάλλως A.
[5] ἀποῤῥήσει, εἰ καὶ μαρτύρων ἀπορήσει R. A.

Καίτοι εἰ] Ingeniose satis Scal. Καίτοι εἰ φάς μ' ἰδεῖν τὴν μορίαν ἀφανίζοντα κ. τ. λ. In sequentibus stertit. εἰς τοὺς ἐννέα ἄρχοντας ἀπήγαγες. Illi enim (οἱ ἐπιμεληταὶ sc. οἱ ἐπιγνώμονες) *adducendi* erant testes, ut recte Coisl. ἐπήγαγες. Confirmant, quæ proxime veniunt: Οὗτα γὰρ ἄν σοι συνήδεσαν ἀληθῆ λέγοντι, οἵπερ καὶ διαγινάσκειν (Coisl. διαιγνώσκειν) ἔμελλον περὶ τοῦ πράγματος. TAYLOR. Lego: καίτοι, εἰ ὅτ' ἔφης με ἰδεῖν τὴν μορίαν ἀφανίζοντα, πρὸς τοὺς ἐννέα ἄρχοντας ἀπήγαγες, etc. *atqui, si quando te dicebas vidisse me hanc sacram oleam succidentem, ad novem Archontas abduxisses*, etc. MARKLAND. μ' ἰδεῖν τ. μ. ἀφ., εἰς τοὺς, etc. CONT.

M' ἰδεῖν] Olim sic edebatur: καίτοι εἰ φῆς μὴ δεῖν. unde effeci partim marte meo: καίτοι εἰ, φήσας μ' ἰδεῖν. *quod si tu, aiens me vidisse, cum oleam sacram exscinderem, aut novem Archontas, aut alios quospiam ex Areopagitico senatu, in rem præsentem adduxisses.* Ἐπήγαγες recte est a Tayloro Lysiæ restitutum pro vulgato ἀπήγαγες. ἐπάγεται ὁ ἄρχων, cum ab actore in rem præsentem manu ducitur ad locum delicti, re adhuc recente, delinquens ei exhibetur, tota res coram demonstratur. REISK.

Οὕτω] Οὗτοι. CONT.

Δειν. οὖν πάσχω] Δειν. οὖν ὑπό σου πάσχω. IDEM.

Ὅς, εἰ μὲν] Animadverte vocem ὃς hærere suspensam, sed hoc non inusitatum est apud oratores Græcos. AUGER.

Ἂν ἠξίου] Aut post ἂν aut post ἠξίου videtur ὑμᾶς deesse. REISK. Τούτοις ἄν μ' ἠξίου. CONT.

Ἐμοὶ καὶ ταύτην τὴν ζημίαν] Καὶ delet Scal. TAYLOR. Ἐμοί γε. CONT. Opinor legendum, καὶ ταύτῃ, *hac quoque ex parte.* MARKLAND.

Τοῦτο] Dedi τούτου, np. Nicomachi. AUGER.

Θαμὰ] Sic dedi de meo pro vulgato ἄλλα, *jugiter, perpetuo calumnians.* REISK. Legi τινάλλως, *temere.* AUGER.

Καὶ μαρτύρων] Ironice. *nullos* enim *testes* habuit Accusator. Non delendæ sunt hæ voces, quod voluit Schottus. Mox, οὐκ ἀξιῶ ὑμᾶς ἔχειν, ponitur pro, ἀξιῶ ὑμᾶς οὐκ ἔχειν: ut Luc. XIX. 14. οὐ θέλομεν τοῦτον βασιλεῦσαι ἐφ' ἡμᾶς, pro, θέλομεν τοῦτον οὐ (vel μὴ) βασιλεῦσαι ἐφ' ἡμᾶς: *petimus, ut hic ne sit Rex noster.* alterum enim nimis insolens, quam pro subditis et deprecatoribus. Ita et Heb. XI. 3. μὴ ἐκ φαινομένων, pro, ἐκ μὴ φαινομένων. Thucydides sæpe ita scribit. MARKLAND. Λόγων καὶ μαρτύρων ἀποῤῥήσει. et v. antep. ὑμᾶς δὲ ἀξιῶ. CONT. Dedi de meo: εἰ καὶ μαρτύρων ἀποῤῥήσει. *ejusmodi quidem causationes ei nunquam deerunt, etiamsi testes desint.* Post μαρτύρων in quibusdam codicibus ἀποῤῥήσει olim iteratum fuisse, testis est codex Vindobonensis, unde nullus dubitavi id addere. Lysias solet vocabula, quæ sine damno sententiæ abesse possint, et alius omisisset, in eoque elegantiam affectasset, repetere, vim quandam et gravitatem orationi inde quærens. REISK.

Πυρκαϊὰς] Legendum mihi videtur πεύκας, non πυρκαϊάς. SALMAS. Recte. Nam aliud est πυρκαϊάς. Lucian. in Amoribus: Σχεδὸν γὰρ ὡς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ περὶ φόνου, καὶ πυρκαϊὰς, ἢ νὴ Δία φαρμάκων ἀγωνιζόμενος κ. τ. λ. Demosth. adv. Aristocr. Δικάζειν τὴν βουλὴν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ φόνου, καὶ τραύματος ἐκ προνοίας, καὶ πυρκαϊὰς, καὶ φαρμάκων, ἐάν τις ἀποκτείνῃ δούς. TAYLOR. Συκαμινέας. CONT. Bene habet vulgata, penes me

ἄλλοις τοῖς ἐμοῖς χωρίοις· ἃς, εἴπερ ἐπεθύμουν, πολὺ ἦν ἀσφαλέστερον καὶ ἀφανίσαι καὶ ἐκκόψαι καὶ ἐπεργάσασθαι, ὅσῳπερ ἧττον τὸ ἀδίκημα πολλῶν οὐσῶν ἔμελλε δῆλον 25
282 ἔσεσθαι. νῦν δ᾽ οὕτως αὐτὰς περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι ὥσπερ καὶ τὴν ἀλλὴν οὐσίαν, ἡγούμενος περὶ ἀμφοτέρων τούτων εἶναί μοι τὸν κίνδυνον.

ε΄. Αὐτοὺς τοίνυν ὑμᾶς τούτων μάρτυρας παρέξομαι, ἐπιμελομένους μὲν ἑκάστου μηνὸς, ἐπιγνώμονας δὲ πέμποντας καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτόν· ὧν οὐδεὶς πώποτ᾽ [1]ἐζημίωσεν ὡς [2]ἐργαζόμενον τὰ περὶ τὰς μορίας χωρία. καίτοι οὐ δήπου τὰς μὲν μικρὰς ζημίας οὕτω περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι, 30 τοὺς δὲ περὶ τοῦ σώματος κινδύνους οὕτω περὶ οὐδενὸς ἡγοῦ-
283 μαι· καὶ τὰς μὲν πολλὰς ἐλαίας, εἰς ἃς ἐξῆν μᾶλλον ἐξαμαρτάνειν, οὕτω θεραπεύων φαίνομαι, τὴν δὲ μορίαν, ἣν οὐχ οἷόν τ᾽ ἦν λαθεῖν ἐξορύξαντα, ὡς ἀφανίζων νυνὶ κρίνομαι.

ϛ΄. Πότερον δέ μοι κρεῖττον ἦν, ὦ βουλὴ, δημοκρατίας οὔσης παρανομεῖν ἢ ἐπὶ τῶν τριάκοντα; καὶ οὐ λέγω ὡς τότε δυνάμενος ἢ ὡς νῦν διαβεβλημένος, ἀλλ᾽ ὡς τῷ βου- 35

[1] ἐζημίωσεν ἡμᾶς ὡς A.

[2] ἐργαζομένους T. R. A.

quidem πυρκαϊαὶ sunt officinæ oleariæ, ubi e concisis truncis oleum oleum excoquitur, et universe oleum paratur, sive exprimendo ex oleis per torcular, sive etiam in spissiorem resinam excoquendo. ἐν τῷ πεδίῳ ἐν τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐμοῖς χωρίοις idem est, ac si dixisset: ἐν τοῖς ἄλλοις ἐμοῦ χωρίοις τοῖς οὖσιν ἐν τῷ πεδίῳ. Et τὸ πεδίον non videtur h. l. quivis campus esse, sed peculiariter illa agri Attici regio, unde Pediasii sunt dicti. Reisk. Juxta Reiskium hic τὸ πεδίον non videtur quivis campus esse, sed peculiariter illa agri Attici regio, unde *Pediasii* sunt dicti. Vel mutandum πυρκαϊὰς in πεύκας, vel accipiendum quasi πεύκας. Auger.

Ἐπιμελλομένους] Ἐπιμελουμένους. Cont.

Γνώμονας] Ἐπιγνώμονας ἀντὶ τοῦ ἐπισκόπους. Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ Σηκοῦ. Harpocr. Taylor. Monui supra scribendum ἐπιγνώμονας. Harpocration: Ἐπιγνώμονας, ἀντὶ τοῦ ἐπισκόπους. Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ Σηκοῦ. Hesychius: Ἐπιγνώμων· ἐπόπτης. Paulo ante, pro τὴν ἄλλην οὐσίαν, Schottus vult, τὰς ἄλλας οὐσίας: qua de causa sane nescio. Markland. Colligitur hoc e loco, Prytaniam quamque consuevisse, ut a redemtoribus reliquorum vectigalium, ita a redemtoribus quoque silvarum, et olearum imprimis, rationem repetere pecuniarum mense quoque e venditis lignis oleoque redactarum; et senatum annuatim semel misisse suo nomine deputatos ad inspiciendum res silvarum, ut omnium, ita olearum quoque imprimis. Reisk.

Ἐργαζομένους] Lege, ἐργαζόμενον: ut infra, ὡς ἐπεργαζόμενον ζημιῶσαι: ita recte emendavit Stephanus pro ἀπεργαζόμενον. Lucianus Timon. p. 125. τουτονὶ τὸν ἀγρὸν φιλοπόνως ἐπεργαζόμενος. Markland. μ᾽ ἐζημίωσεν ὡς ἐργαζόμενον. Cont. Mihi videtur post ἐζημίωσεν inserendum esse ἡμᾶς. quo vocabulo defensor secum complectitur mancipes seu conductores fundorum suorum, item servos. Reisk.

Καὶ οὐ λέγω κ. τ. λ.] Corrigo: Καὶ οὐ λέγω ὡς τότε δυνάμενος καὶ ὡς νῦν ἀποβεβλημένος. Interpretatio fidem faciet, quam vide. Taylor. δυνάμενος simplex h. l. idem valet atque μέγα δυνάμενος. Verum διαβεβλημένος bene habet. *in invidiam, odium et contemtum adductus.* ἀποβάλλειν hoc sensu non usurpatur. Reisk.

λομένῳ τότε μᾶλλον ἐξῆν ἀδικεῖν ἢ νυνί. ἐγὼ τοίνυν οὐδ' ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ οὔτε [1] τοιοῦτον οὔτε ἄλλο οὐδὲν κακὸν ποιήσας φανήσομαι. Πῶς δ' ἂν, εἰ μὴ πάντων ἀνθρώπων ἐμαυτῷ κακονουστατος ἦν, ὑμῶν οὕτως ἐπιμελουμένων, ἐκ τούτου τὴν μορίαν ἀφανίζειν ἐπεχείρησα τοῦ χωρίου, ἐν ᾧ δένδρον μὲν οὐδὲ ἕν ἐστι, μιᾶς δὲ ἐλαίας σηκὸς, ὡς οὗτός
40 φησιν εἶναι, κυκλόθεν δὲ ὁδὸς περιέχει, ἀμφοτέρωθεν δὲ γείτονες περιοικοῦσιν, ἄερκτον δὲ καὶ πανταχόθεν κάτοπτόν ἐστιν; ὥστε τίς ἂν ἀπετόλμησε, τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐπιχειρῆσαι τοιούτῳ πράγματι; Δεινὸν δέ μοι δοκεῖ εἶναι ὑμᾶς μὲν, οἷς ὑπὸ τῆς πόλεως τὸν ἅπαντα χρόνον προσ- 284
τέτακται τῶν μοριῶν ἐλαιῶν ἐπιμελεῖσθαι, μήθ' ὡς [2] ἐπεργαζόμενον πώποτε ζημιῶσαι μήθ' ὡς [3] ἀφανίσαντα εἰς κίν-
111. 1 δυνον καταστῆσαι· τοῦτον δ', ὃς οὔτε γεωργῶν ἐγγὺς τυγχάνει οὔτ' ἐπιμελητὴς ἠρημένος οὔθ' ἡλικίαν ἔχων εἰδέναι περὶ τῶν τοιούτων, ἀπογράψαι με [4] ἐγγὺς μορίαν ἀφανίζειν. 285

ζ'. Ἐγὼ τοίνυν δέομαι ὑμῶν μὴ τοὺς τοιούτους λόγους πιστοτέρους [5] ἡγήσασθαι τῶν ἔργων, μηδὲ περὶ ὧν αὐτοὶ

[1] τοιοῦτο T. A. [2] ἀπεργαζόμενον T. R. [3] ἀφανίζοντα T. R. A. [4] εὐθὺς A. [5] ἡγήσεσθαι T.

Ἐξῆν ἀδικεῖν] Hic ἐξὴν magis congrueret quam ἐξῆν. AUGER.

Ἄερκτον] Vid. Harpocr. et Suid. in voce, qui h. l. respiciunt. TAYLOR. εὔερκτον. CONT.

Τὸν ἅπαντα χρόνον] Hoc eo dicit, ut indicet, eosdem judices curam silvarum perpetuam gerere, neque provinciam hanc esse ambulatoriam, ab aliis ad alios quotannis transeuntem; sed qui rem hanc tractent nunc, eosdem jam decennio, jam viginti, jam triginta annis ante eam tractasse, eoque silvarum rationes probe cognitas atque perspectas habere. quod secus est in magistratibus annuis; quos qui capessunt, eos multa discere oportet; quæ cum vix degustarunt, rursus abeundum aliisque concedendum est. REISK.

Τῶν μοριῶν ἐλαιῶν ἐπιμελεῖσθαι] Lego, καὶ ἐλαιῶν. Non enim *sacrarum* tantum, sed et aliarum *publicarum* olearum curam habebant hi ἐπιμεληταί. Vocem ἄερκτον, quæ præcessit, citat Harpocration ex Lysia; sine dubio hunc locum respiciens. MARKLAND. Dictionem hanc μορία ἐλαία exposui et vindicavi jam supra p. 294. pen. REISK. Ante ἐλαιῶν Cont. addit καὶ, male, ut supra. AUGER.

Ἀπεργαζόμενον] Π. ἐπεργαζόμενον. οὕτως ἐν τοῖς πρόσθεν εἶπεν ἐπεργάσασθαι. H. STEPHAN. ἐπεργαζόμενον. CONT. Defendi possit hæc lectio, si quis argutari velit, solamque respicere etymologiam, usum linguæ insuper habere. Nam si ἐπεργάζεσθαι est *super* vel *in aliqua re exercenda quæstum facere et vitam sustentare*, quidni sit etiam ἀπεργάζεσθαι idem atque ἀπό τινος, *ab aliqua re victum quærere*. Verum usus linguæ potius hic ἐπεργάζεσθαι postulat. REISK.

Πώποτε] Malim με πώποτε. IDEM.

Ἐγγὺς] Dele. Natum est enim ex socio. [vel repone εὐθύς. *In Edit. min.*] TAYLOR. Nihili est vox ἐγγύς. putares Scribam repetisse eam, ut fit, ex præcedente versu, sed verius puto Lysiam scripsisse: ἀπογράψαι με εὐθὺς μορίαν ἀφανίζειν. Latini dicerent *continuo*. MARKLAND.

Τοὺς τοιούτους λόγους] Mallem, τοὺς τούτου λόγους: ut infra, τῶν τούτου λόγων. Recte Stephanus ἡγήσασθαι pro ἡγήσεσθαι. non ita Schottus, qui mox pro τῆς ἄλλης legit τῆς ὅλης, sine ulla causa. IDEM.

Ἡγήσεσθαι] Π. ἡγήσασθαι. H. STEPHAN.

σύνιστε, ταῦτ' ἀνασχέσθαι τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν λεγόντων, ἐνθυμουμένους καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων καὶ ἐκ τῆς ἄλλης πο- 5
λιτείας. ἐγὼ γὰρ τὰ ἐμοὶ προστεταγμένα ἅπαντα προθυμότερον πεποίηκα, [1] ὡς ὑπὸ τῆς πόλεως ἠναγκαζόμην, καὶ τριηραρχῶν καὶ εἰσφορὰς εἰσφέρων καὶ χορηγῶν καὶ τἆλλα λειτουργῶν οὐδενὸς ἧττον [2] πολυτελῶς τῶν πολιτῶν. καίτοι
286 ταῦτα μὲν μετρίως ποιῶν ἀλλὰ μὴ προθύμως, οὔτ' ἂν περὶ φυγῆς οὔτ' ἂν περὶ τῆς ἄλλης οὐσίας ἠγωνιζόμην, πλείω δ' 10
ἂν ἐκεκτήμην, οὐδὲν ἀδικῶν οὐδ' ἐπικίνδυνον ἐμαυτῷ καταστήσας τὸν βίον· ταῦτα δὲ πράξας ἃ οὗτός μου κατηγορεῖ, ἐκέρδαινον μὲν οὐδὲν, ἐμαυτὸν δ' εἰς κίνδυνον καθίστην. καίτοι πάντες ἂν ὁμολογήσαιτε δικαιότερον εἶναι τοῖς μεγάλοις χρῆσθαι τεκμηρίοις περὶ τῶν μεγάλων, καὶ πιστότερα ἡγεῖσθαι περὶ ὧν ἅπασα ἡ πόλις μαρτυρεῖ, μᾶλλον ἢ περὶ ὧν μόνος οὗτος κατηγορεῖ.
287 ἡ. Ἔτι τοίνυν, ὦ βουλὴ, ἐκ τῶν ἄλλων σκέψασθε. 15
μάρτυρας [3] παρέχων αὐτῷ προσῆλθον, λέγων ὅτι μοι πάντες εἰσὶν οἱ θεράποντες, οὓς ἐκεκτήμην ἐπειδὴ παρέλαβον τὸ χωρίον, καὶ ἕτοιμος ἤμην, εἴ τινα βούλοιτο, παραδοῦναι βασανίζειν, ἡγούμενος οὕτως ἂν τὸν ἔλεγχον ἰσχυρότερον

[1] ἢ ὡς A. [2] παντελῶς T. [3] γὰρ ἔχων R. A.

Λεγόντων] Malim ψευδῆ λεγόντων. REISK.

Ἄλλης] Ὅλης. SCHOTT. Hic ἀγύρτης semper in re tuta artem jactitat, in periculosa silet. TAYLOR.

Ὡς] Monuisse me memini: ἢ ὡς ὑπὸ κ. τ. λ. TAYLOR. Imo vero leg. est ὧν. *promtius et alacrius peragebam, quam ea, quæ facere cogerer.* REISK.

Παντελῶς] Optime Cod. Steph. et Coisl. πολυτελῶς. TAYLOR. πολυτελῶς. CONT. Orat. XXIV. καὶ τἆλλα λελειτούργηκα οὐδενὸς χείρων τῶν πολιτῶν. Sed nihil mutandum. MARKLAND. Dedi πολυτελῶς. videtur olim in libris sic fuisse exaratum: οὐδενὸς ἧττον πολυτελῶς πάντων τῶν πολιτῶν. Vocabuli πάντων reliquiæ videntur adhuc in vulgata παντελῶς superesse. REISK.

Ἀλλὰ μὴ προθύμως] Si recte capio sensum hujus loci, pro μὴ legendum καί. Supra, ἅπαντα προθυμότερον πεποίηκα. Orat. XVI. τὰ προσταττόμενα ἐποίουν προθύμως. Orat. XIII. ἀλλὰ προθύμως λειτουργοῦσι. Hoc sensu προθύμως erit *lubenter, ἄνευ γογγυσμῶν.* Si aliter capias, μὴ προθύμως opponetur τῷ μετρίως, et significabit *non liberaliter.* MARKLAND. Bene habet h. l. ad μετρίως. subauditur μόνον. *mediocriter et parce solummodo, non autem libenter atque liberaliter.* REISK.

Ταῦτα δὲ] Præcessit modo ταῦτα μέν. exspectes igitur h. l. ἐκεῖνα δέ. Verum Lysias in dicendo non est diligentissimus. IDEM.

Τοῖς μεγάλοις] Subaudi ἢ τοῖς μικροῖς. Indicia minuta sunt rumores obscuri, nullo idoneo auctore nixi, criminationes adversarii, unius, inimici, rerum ignari, levis, cupidi, famosi, conscelerati. Magna sunt, testimonium consentiens universæ civitatis, vita ante præclare acta, fama honesta, dignitas vitæ, argumenta alia ex ipsius rei præsentis natura exsistentia. IDEM.

Λόγων] Π. λέγων. H. STEPHAN. λέγων. CONT.

Μάρτυρας γὰρ ἔχων] Sic dedi de meo, pro vulgato μάρτυρας παρέχων. *testes enim mecum habens.* REISK.

Εἰσὶν] Subaudi ζῶντες ἔτι. simplex pro composito περείσι. *superesse adhuc et in potestate mea esse.* IDEM.

γενέσθαι τῶν τούτου λόγων [1] καὶ τῶν ἔργων τῶν ἐμῶν. οὗτος
δ' οὐκ ἤθελεν, οὐδὲν φάσκων πιστὸν εἶναι τοῖς θεράπουσιν. 288
ἐμοὶ δὲ δοκεῖ [2] δεινὸν εἶναι, εἰ περὶ αὐτῶν μὲν οἱ βασανιζό-
μενοι κατηγοροῦσιν, εὖ εἰδότες ὅτι ἀποθανοῦνται· περὶ δὲ
τῶν δεσποτῶν, οἷς πεφύκασι κακονούστατοι, μᾶλλον ἂν
εἵλοντο ἀνέχεσθαι βασανιζόμενοι ἢ κατειπόντες ἀπηλλά-
χθαι τῶν παρόντων κακῶν. καὶ μὲν δή, ὦ βουλή, φανερὸν
οἶμαι εἶναι ὅτι, εἰ Νικομάχου ἐξαιτοῦντος τοὺς ἀνθρώπους 289
μὴ παρεδίδουν, ἐδόκουν ἂν ἐμαυτῷ ξυνειδέναι· ἐπειδὴ τοίνυν
ἐμοῦ παραδιδόντος οὗτος παραλαβεῖν οὐκ ἤθελε, δίκαιον
καὶ περὶ τούτου τὴν αὐτὴν γνώμην σχεῖν, ἄλλως τε καὶ

[1] ἐκ R. [2] δεινὸν om. T. R. θαυμαστὸν A.

Ἐκ τῶν ἔργων] Sic dedi de meo, pro vulgato καὶ τῶν ἔργων. *fidem*, vel *approbationem, e rebus meis gestis multo fortiorem, seu certiorem exstituram, quam ex illorum oratione.* Idem.

Οὐκ ἤθελεν] Οὗτος δ' οὐκ ἠθέλησεν. Cont. Videri possit hic deesse παραλαβεῖν vel δέχεσθαι. verum nil deest. repetendum solummodo e superioribus βασανίζειν, aut ἐμὲ παραδοῦναι τοὺς δούλους πρὸς τὰς βασάνους. Idem.

Δοκεῖ εἶναι] Π. δοκεῖ θαυμαστὸν εἶναι. H. Stephan. Mallem, δοκεῖ δεινὸν εἶναι, eodem sensu: non ut a Stephano dissentirem; sed quia δεινὸν facilius videtur omitti posse a Scriba hoc loco, quam θαυμαστόν. Hæc vero significatio vocis δεινὸν pro *miro* et *inusitato*, passim occurrit in Lysia. Orat. III. ὥςτε δεινὸν, εἰ περὶ τούτων, etc. Orat. XIV. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ δεινὸν εἶναι, εἰ etc. Orat. XXIX. versus init. καίτοι δεινὸν, εἰ οἱ μὲν etc. Vide loca. Markland. δοκεῖ δεινὸν εἶναι. Cont. Hic deest aut δεινὸν aut θαυμαστὸν, aut ἀπεικὸς, aut παράλογον, aut tale quid aliud. Nisi compluscula desunt, in hanc ferme formulam: ἐμοὶ δὲ δοκεῖ αὕτη ἡ βάσανος πασῶν σαφεστάτη καὶ ἰσχυροτάτη εἶναι, καὶ γὰρ ἂν ἄτοπον εἴη, εἰ—. Mihi vero hæc exploratio videtur omnium certissima atque validissima esse. Nam si supponimus confessioni tormentis expressæ nil esse fidendum, consequetur hoc absurdum, servos sensu communi carere, qui sæpe se, quos omnium habent carissimos, prodant, tametsi sciant extrema sibi supplicia proposita esse, si se ipsi indicent; contra vero in dominos nil eloquantur, quos odio internecino prosequuntur, tametsi sciant, heros si prodant atque denuntient, propositam sibi libertatem esse, qua præsentibus e malis evadant. Reisk.

Εἰπεῖν] Meliuscule Coisl. εἶναι pro εἰπεῖν. et ista lectio vera est. Taylor. Pro εἰπεῖν conjeceram ἰδεῖν. Sed Lysiæ scripturam puto fuisse πᾶσιν. Orat. XIV. καὶ μὲν δὴ πᾶσιν ἡγοῦμαι δῆλον εἶναι, ὅτι οὗτοι μὲν ἐζήτουν κατιέναι. Orat. XXII. Καὶ μὲν δὴ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, πᾶσιν ἡγοῦμαι φανερὸν εἶναι, ὅτι etc. ubi eadem omnia. Isocrates Orat. de Bigis: ἐπεὶ καὶ τοῦθ' ἡγοῦμαι πᾶσιν εἶναι φανερὸν, ὅτι etc. Ubique occurrit apud Oratores. Markland. Possit alias vetus lectio Aldinæ εἰπεῖν sic satis bene defendi. *autumo me rem certam et liquidam dicturum*, si dicam, quod nunc dico. Verumtamen quia Taylor semel εἶναι pro εἰπεῖν suffecit, Codicesque in id plurimi consentiunt, reliqui, ut est. Reisk.

Ξυνειδέναι] Subaudi κακόν τι ἐργασαμένῳ. pari modo in proximo περὶ ἐμοῦ δὲ εἴ τι ἔλεγον, scil. οἱ δοῦλοι, subauditur pariter κακὸν aut δυσχερές. Idem.

Ἐμοῦ παραδιδόντος] I. e. παραδιδόναι θέλοντος. Infra ad exitum orationis: ἐμοῦ ἅπαντας διδόντος τοὺς θεράποντας — παραλαβεῖν οὐκ ἤθελε. Ita Herodot. Cl. 68. ἐμισθοῦτο παρ' οὐκ ἐκδιδόντος τὴν αὐλήν. Id. ibid. 69. Πέμψαντες οἱ Λακεδαιμόνιοι χρυσὸν ὠνέοντο — Κροῖσος δέ σφι ὠνεομένοισι ἔδωκε δωτίνην. Plutarch. in Pyrrh. Ἐξαιτουμένων τῶν πολεμίων, Κασσάνδρου δὲ καὶ διακόσια τάλαντα διδόντος, οὐκ ἐξέδωκεν. Consimile hoc: Ὑπομένου καρτερῶς τοῦ μάγου, ἤφασε τὰ ὦτα. μαθοῦσα δὲ οὐ χαλεπῶς, ἀλλ' εὐπετέως οὐκ ἔχοντα τὸν ἄνδρα ὦτα, πέμψασα ἐσήμηνε τῷ πατρὶ τὰ γενόμενα. Herodot. Thal. 69. Vide Æmyl. Portum ad Euripid. Andromach. 810. Taylor. Vid. Not. Markland. p. 308. v. pen.

Περὶ τούτου] Post τούτου, aut in hac regione, videtur ὑμᾶς deesse. Reisk.

τοῦ κινδύνου οὐκ ἴσου ἀμφοτέροις ὄντος. περὶ ἐμοῦ μὲν γὰρ εἰ ἔλεγον, [1] οὐδ' ἂν ἀπολογήσασθαί μοι ἐξεγένετο· τούτῳ δ' εἰ μὴ ὡμολόγουν ἃ οὗτος ἐβούλετο, οὐδεμιᾷ ζημίᾳ ἔνοχος ἦν. ὥστε πολὺ μᾶλλον τοῦτον παραλαμβάνειν ἐχρῆν, ἢ ἐμὲ παραδοῦναι προσήκει. ἐγὼ τοίνυν εἰς τοῦτο προθυ-
290 μίας ἀφικόμην, ἡγούμενος μετ' ἐμοῦ εἶναι καὶ ἐκ βα- 30
σάνων καὶ ἐκ μαρτύρων καὶ ἐκ τεκμηρίων ὑμᾶς περὶ τοῦ πράγματος τἀληθῆ πυθέσθαι. ἐνθυμεῖσθαι δὲ χρή, ὦ βουλή, ποτέροις χρὴ πιστεύειν μᾶλλον, οἷς πολλοὶ μεμαρτυρήκασιν ἢ ὧ μηδεὶς τετόλμηκε, καὶ πότερον εἰκὸς μᾶλλον [2] τοῦτον ἀκινδύνως ψεύδεσθαι ἢ μετὰ τοσούτου κινδύνου τοιουτον ἐμὲ ἔργον ἐργάσασθαι, καὶ πότερον οἴεσθε αὐτὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως βοηθεῖν ἢ συκοφαντοῦντα αἰτιάσασθαι; 35
ἐγὼ μὲν ὑμᾶς ἡγοῦμαι [3] νομίζειν ὅτι Νικόμαχος ὑπὸ τῶν
291 ἐχθρῶν πεισθεὶς τῶν ἐμῶν τοῦτον τὸν ἀγῶνα ἀγωνίζεται, οὐχ ὡς ἀδικοῦντα ἐλπίζων ἀποδείξειν, ἀλλ' ὡς ἀργύριον παρ' ἐμοῦ λήψεσθαι προσδοκῶν. ὅσῳ γὰρ [4] [οἱ] τοιοῦτοί εἰσιν ἐπαιτιώτατοι καὶ ἀπορώτατοι τῶν κινδύνων, τοσούτῳ

[1] οὐδὲν ἀπολογ. T. A. [2] τούτῳ T. [3] νομίζειν om. T. R. εἰδέναι A. [4] [οἱ] om. T. οἱ R. A.

Οὐδὲν ἀπολογήσασθαι] Prætuli: οὐδ' ἂν ἀπολογήσασθαι. *ne verba quidem pro me faciendi facultas mihi fuisset data.* IDEM.

Προσήκει] Lege, προσῆκεν, ut ἐχρῆν. Mox pro μητ' ἐμοῦ bene emendavit Stephanus μετ' ἐμοῦ: et pro ὑμᾶν, ex MS. ὑμᾶς. Μετ' ἐμοῦ εἶναι est *pro me facere*, quando de *Rebus* sermo est: *a parte mea stare*, quando de *Personis*. Orat. ult. pæne ad fin. πιστεύοντας μὲν τοῖς θεοῖς, καὶ ἐλπίζοντας ἐπὶ τὸ δίκαιον μετὰ τῶν ἀδικουμένων ἔσεσθαι. Exempla sunt obvia. Et hinc intelligitur Phrasis ista, quæ in Novo Fœdere toties occurrit, ut Ioan. VIII. 29. καὶ ὁ πέμψας με, μετ' ἐμοῦ ἐστίν. Actor. X. 38. ὁ Θεὸς ἦν μετ' αὐτοῦ. quam locutionem ab Hebræis forte, ut innumeras alias, mutuati sunt Græci Veteres. MARKLAND. L. προσῆκεν. *In Edit. min.* TAYLOR.

Μητ' ἐμοῦ] Π. μετ' ἐμοῦ. et v. 7. ὑμᾶς. Ἔστι δὲ τὸ ὑμᾶς ἐκ τοῦ παλαιοῦ ἀντιγράφου. Π. STEPHAN. ἡγούμενος τὸ δίκαιον μετ' ἐμοῦ καὶ ἐκ βασάνων τε καὶ — et v. 7. ὑμᾶς. CONT. μετ' ἐμοῦ quomodo Taylor, ad Stephani mentem, edidit, perinde vitiosum est, atque vetus vulg. μήτ' ἐμοῦ, quæ ante Taylorum in libris versabatur. verum videtur πρὸς ἐμοῦ. *e re mea esse.* REISK.

Τούτῳ] Τοῦτον. CONT. Melius τοῦτον. TAYLOR. Lege, τοῦτον: cui opponitur ἐμέ. totum vero locum sic distingue: — τετόλμηκε· καὶ πότερον εἰκὸς μᾶλλον, τοῦτον ἀκινδύνως ψεύδεσθαι, ἢ μετὰ τοσούτου etc. MARKLAND.

Ὑμᾶς ἡγοῦμαι, ὅτι etc.] Ὑμᾶς ἡγοῦμαι ὁρᾶν, ὅτι. CONT. Schottus inserit πιστεύειν, aut εἰδέναι, post ὑμᾶς. certe aliquid hujusmodi deest. MARKLAND. Procul dubio deest aliquis infinitivus, aut unus eorum, quos Schottus posuit, aut ἐρεῖν, aut συνιδεῖν, aut ψηφιεῖσθαι, aut ἀποφανεῖσθαι. REISK.

Ὅσῳ γὰρ οἱ τοιοῦτοι] Articulum οἱ quo vulgatæ carent, de meo addidi. Ejusmodi certamina criminationibus atque invidiæ quam maxime patent, locosque defensionis habent quam iniquissimos et difficillimos. IDEM.

Ἀπορώτατοι] Ἀπειρότατοι. SCHOTT. Sed ineunte oratione dicitur: Οὕτω δ' ἄπορος ὁ ἀγών μοι καθέστηκεν. TAYLOR. Si Literas tantum spectes, prope scopum; si

πάντες αὐτοὺς φεύγουσι μάλιστα. ἐγὼ δέ, ὦ βουλή, οὐκ
ἠξίουν, ἀλλ' ἐπειδήπερ με ἠτιάσατο, παρέσχον ἐμαυτὸν
40 ὅ τι βούλεσθε χρῆσθαι· καὶ τούτου [1]ἕνεκα τοῦ κινδύνου οὐ-
δενὶ ἐγὼ τῶν ἐχθρῶν διηλλάγην, οἳ ἐμὲ [2]ἥδιον κακῶς λέγουσιν 292
ἢ σφᾶς αὐτοὺς ἐπαινοῦσι· καὶ φανερῶς μὲν οὐδεὶς πώποτε
ἐμὲ [3]αὐτὸν ἐπεχείρησε ποιῆσαι κακὸν οὐδέν, τοιούτους δὲ
ἐπιπέμπουσί μοι, οἷς ὑμεῖς οὐκ ἂν δικαίως πιστεύοιτε.
πάντων γὰρ ἀθλιώτατος ἂν γενοίμην, εἰ φυγὰς ἀδίκως
καταστήσομαι, ἄπαις μὲν ὢν καὶ μόνος, ἐρήμου δὲ τοῦ οἴκου 293
112.1 γενομένου, μητρὸς δὲ πάντων ἐνδεοῦς, πατρίδος δὲ τοιαύτης
ἐπ' αἰσχίσταις στερηθεὶς αἰτίαις, πολλὰς μὲν ναυμαχίας
ὑπὲρ αὐτῆς νεναυμαχηκώς, πολλὰς δὲ μάχας μεμαχημέ-
νος, κόσμιον δ' ἐμαυτὸν καὶ ἐν δημοκρατίᾳ καὶ ἐν ὀλιγαρ-
χίᾳ παρασχών.

θ'. Ἀλλὰ γάρ, ὦ βουλή, ταῦτα μὲν ἐνθάδε οὐκ οἶδ'

[1] οὕνεκα T. R. A. [2] ἥδη T. [3] αὐτὸς R. A.

Sensum, ab eo quam potuit longissime. vox enim omnino contraria requiritur, nempe ἐμπειρότατοι, *usu peritissimi*. Verte: *quanto magis enim* Nicomachus *et hujusce generis homines sunt criminibus obnoxii, et periculorum* forensium *gnari, tanto magis eos cæteri omnes* timent et *fugiunt. Ego vero non ita facere statui : sed* etc. Non affirmo Lysiam scripsisse ἐμπειρότατοι, sed ad eum sensum scripsisse pæne ausim affirmare. nec mutatio adeo magna est in vocibus. MARKLAND.

Αὐτοὺς] Scil. τοὺς τοιούτους κινδύνους: actiones de sacris violatis. REISK.

Οὐκ ἠξίουν] Scil. φεύγειν τὸν τοιοῦτον κίνδυνον. IDEM.

Οὕνεκα] Ἕνεκα. CONT.

Οἳ ἐμὲ κ. τ. λ.] Iterum ex inscitia in textum grassatur Schottus, et has voces ἢ σφᾶς αὐτοὺς ἐπαινοῦσι, quia non intellexit, delendas suadet. Sicarius, non Criticus. Lege mecum : οἳ ἐμὲ ἥδιον κακῶς λέγουσιν ἢ σφᾶς αὐτοὺς ἐπαινοῦσι. TAYLOR. Acumen hujus loci perdidit vox depravata ἥδη. Lege : οἳ ἐμὲ ἥδιον κακῶς λέγουσιν ἢ σφᾶς αὐτοὺς ἐπαινοῦσι. *qui mihi maledicunt lubentius quam seipsos laudant*. Pulcrum sane hoc est. Ignoscendus vero Vir Doctus toties citatus, qui, non percepto ubi latuit depravatio, voces ἢ σφᾶς αὐτοὺς ἐπαινοῦσι ejecit. MARKLAND.

Οὐδεὶς πώποτε ἐμὲ αὐτὸν] L. οὐδεὶς πώποτε αὐτῶν ἐμὲ ἐπεχειρ. deinde ὑποπέμπουσι. *In Edit. min.* TAYLOR.

Ἐπιπέμπουσί μου] Mallem, ὑποπέμπουσι. "Submissum et subornatum accusatorem," Apuleius Apolog. ex MS. Fulvii Ursini. ὑποπέμπουσι denotat *clandestinam* molitionem; cui opponitur φανερῶς ἐπεχείρησε. ὑποβάλλειν Lucas Actor. VI. 11. Andocides tamen Orat. II. utitur εἰσπέμπειν significatu *submittendi*. Vide locum, huic similem. Paulo ante pro αὐτὸν Schottus legit αὐτῶν: recte. Hoc vero ordine verba disponerem : οὐδεὶς πώποτε αὐτῶν ἐμὲ ἐπεχείρησε etc. non, ἐμὲ αὐτῶν: quod Lysiam non sapere videtur. MARKLAND. Verbum ἐπιπέμπειν probum est, et in hac re proprium, ut cum venatores feris canes immittunt, aut mœchi lenas mulieribus, quarum pudicitiam expugnatum eunt. REISK.

Ἐρήμου δὲ τοῦ οἴκου γενομένου] Ἔρημος οἶκος fit, quando quis moritur sine Liberis, vel certo et designato hærede, qui in Bona defuncti et Sacra Gentilitia succedat. Isæus de Hæred. Philoctem. p. 56. ἔδοξεν αὐτῷ διαθέσθαι τὰ αὐτοῦ, μὴ ἔρημον καταλίπῃ τὸν οἶκον, εἴ τι πάθοι. Vide et de Hæred. Apollodori p. 66. Isocrates Æginetico : ὃς οὔτ' ἔρημον τὸν οἶκον κατέλιπε, τοῖς τε φίλοις χάριν ἀπέδωκεν. et ita passim Oratores. neque hæc nunc notassem, nisi ut inde intelligeretur vis ejusdem phraseos Matt. XXIII. 38. et Luc. XIII. 35. ἰδοὺ, ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. quæ maximam desolationem denotant. MARKLAND.

[1]ὅ τι δεῖ λέγειν· ἀπέδειξα δ' ὑμῖν ὡς οὐκ ἐνῆν σηκὸς ἐν τῷ χωρίῳ, καὶ μάρτυρας παρεσχόμην καὶ τεκμήρια. ἃ χρὴ μεμνημένους διαγιγνώσκειν περὶ τοῦ πράγματος, καὶ [2]ἀξι-
Δοκοῦσι δ' ἔμοιγε, κ. τ. λ.] Schotto videtur locus esse mutilus, quia locum non intellexit. Mutilus non est, sed vitiosus. Emenda mecum: Δοκοῦσι δ' ἔμοιγε οἱ ἑνδεκα οἱ παραδεξάμενοι τὴν ἀπαγωγὴν ταύτην, οὐκ οἰόμενοι Ἀγοράτῳ συμπράττειν τότε [τόδε *in Edit. min.*], ἀλλὰ διϊσχυριζόμενοι σφόδρα ὀρθῶς ποιῆσαι Διονύσιον, τὴν ἀπαγωγὴν ἀπάγειν ἀναγκάζοντες, προσγράψασθαι τότε [τόδε *in Edit. min.*] ἐπ' αὐτοφώρῳ, ὃς, ὅπου ἂν ᾖ, πρῶτον μὲν, κ. τ. λ. Vid. eund. Schott. Observ. Human. IV. 5. Taylor. Opinor ex sensu scribendum, οὐκ οἰόμενοι — συμπράξειν τόδε, *non rati hoc pro Agorato facturum esse.* ut et paulo post, προσγράψασθαι τόδε (non τότε) ἐπ' αὐτοφώρῳ, *adscripsisse hanc phrasim* ἐπ' αὐτοφώρῳ. Quæ sequuntur, ἢ ὅπου ἂν ᾖ· πρῶτον μὲν etc. depravatissima sunt, nec sine MSS. facile restituenda. Argumentatio tamen tale aliquid postulare videtur: *quare non* ἐπ' αὐτοφώρῳ *dici potest, qui aliquos* (τινας) *coram tot testibus delatione sua occiderit, vel etiam iis causa mortis fuerit? certe enim non hoc solum putat esse* ἐπ' αὐτοφώρῳ, *si quis clava aut gladio alium percutiens straverit.* Markland. Donec certiora libri meliores prodant, si qui tales libri aliquando e bibliothecarum latebris eruentur, quanquam despero meliores et pleniores nostris adhuc usurpatis usquam terrarum reperiri, fingam tantisper oratorem sic reliquisse, quo sententiam saltim cohærentem atque perspicuam habeamus: οἰόμενοι Ἀγοράτῳ συμπράττειν τὸ παραλελεῖφθαι τὸ ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἢ ὅπου ἂν ᾖ, καὶ τοῦτον ἰδόντες τούτῳ διϊσχυριζόμενον, σφόδρα ὀρθῶς ποιῆσαι, Διονύσιον τῇ ἀπαγωγῇ ἀναγκάζοντες προσγράψασθαι τὸ ἐπ' αὐτοφώρῳ ἢ ὅπου ἂν ᾖ. πᾶς γὰρ ἄν τις μᾶλλον ἐλεγχθείη ἀνδροφόνος ὢν ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἢ εἰ πρῶτον μὲν — — ἀποκτείνειε — videntur mihi undecimviri recte fecisse in eo, quod Dionysium coegerunt formulæ τῆς ἀπαγωγῆς seu actionis suæ in Agoratum tanquam sicarium, adscribi curare a scriba publico hanc clausulam ἐπ' αὐτοφώρῳ, aut ubicunque locorum alias Agoratum in scelere deprehendisset; existimantes nempe, hujus formulæ ἐπ' αὐτοφώρῳ, aut quocunque alio modo locove sicarius esset ab actore deprehensus, omissionem e re Agorati fore, qui in ea omissione latebram aliquam et perfugium esset habiturus. Quomodo enim magis et evidentius possit argui in homicidio ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehensus esse, quam si indicio suo, primum coram senatu D. deinde coram universa concione populi edito, homines occiderit? [ἢ ὅπου ἄν τις μᾶλλον ἀνδροφόνος ἐπ' αὐτοφώρῳ ᾖ (vel εἴη), ἢ ὅταν πρῶτον μὲν — aut quomodo quis magis *homicida in flagrante delicto deprehensus* habeatur, quam si, primum quidem — *In Var. Lect.*] Reisk. F. οἰόμενοι Ἀγοράτῳ συμπράττειν, τότε καὶ διϊσχυριζόμενον σφόδρα ὀρθῶς ποιῆσαι, Διονύσιον - - - προσγράψασθαι, ὅτι ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἢ ὅπως ἂν ᾖ, πρῶτον μὲν κ. τ. λ.

P. 503. Δοκοῦσι δ' ἔμοιγε κ. τ. λ.] In hisce verbis emendandis omnes Lysiæ interpretes elaborarunt, hic illo felicius, ita tamen, ut nullius plane probari possit sententia. Reiskiana certe conjectura ejusmodi est, ut et a verisimilitudine et a mente Lysiæ procul absit. Equidem quanquam verum me invenisse non ausim dicere, id tamen me præstitisse credo, ut paucis tantum mutatis, quod in loco corruptissimo profecto licet, si non verba Oratoris germana restituerim, mentem certe ac sententiam fere expresserim. Itaque locum, quemadmodum mihi visus est emendandus, primum adscribam, postea de singulis deinceps dicam. Δοκοῦσι δ' ἔμοιγε οἱ ἑνδεκα, οἱ παραδεξάμενοι τὴν ἀπαγωγὴν ταύτην, οὐκ οἰόμενοι Ἀγοράτῳ συμπράττειν τότε, ἀλλὰ διϊσχυριζόμενοι σφόδρα ὀρθῶς ποιῆσαι Διονύσιον, τὴν ἀπαγωγὴν εἰσάγειν, ἀναγκάζοντες προσγράψασθαι τόγε ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἐπειδὴ πρῶτον μὲν ἐναντίον πεντακοσίων ἐν τῇ βουλῇ, εἶτα πάλιν ἐναντίον Ἀθηναίων ἁπάντων ἐν τῷ δήμῳ ἀπογράψας τινὰς ἀποκτείνειε καὶ αἴτιος γένοιτο τοῦ θανάτου· οὐ γὰρ δήπου τοῦτο μόνον νομίζεται ἐπ' αὐτοφώρῳ cæt. *videntur autem mihi undecimviri, apud quos facta est hujus causæ accusatio, et a quibus est probata, non quod Agorato hoc profuturum existimarent, sed eo ipso confirmantes recte et jure agere Dionysium, hanc litem in forum inducentes coegisse Dionysium libello adscribere, se accusare Agoratum, ut homicidam,* ἐπ' αὐτοφώρῳ, *quod primum quidem coram senatu quingentorum, deinde coram toto populo in con-*

504 νοι τὴν ἀπαγωγὴν [1]ταύτην, οἰόμενοι Ἀγοράτῳ συμπράτ- 5
505 τειν τότε [2]καὶ διϊσχυριζόμενοι σφόδρα ὀρθῶς ποιῆσαι

[1] ταύτην, οὐκ οἰόμενοι A. [2] ἀλλὰ A.

cione, per suam accusationem nonnullos interfecisset, suppliciique eorum auctor fuisset. Neque enim hoc solum censetur, esse ἐπ' αὐτοφώρῳ, si quis armis aggressus aliquem occidat cæt. Hujus autem conjecturæ rationem ut recte probemus, de officio τῶν Ἕνδεκα erit videndum, quorum frequens est in foro Attico mentio. Undecimviri dicti sunt quia decem erant, e singulis Tribubus unus, sorte lecti, quibus undecimus annumerabatur scriba, auctore Polluce l. VIII. sect. 102. postea autem nomen eorum mutatum esse eosque νομοφύλακας item θεσμοφύλακας fuisse dictos tradunt Pollux d. l., Ulpianus ad Demosthenis Timocrateam p. 726. 6. ed. Reisk. et Scholiastes ad Aristoph. Vespas v. 1103. Verum νομοφυλάκων nomen unde τοῖς Ἕνδεκα venerit, equidem non intelligo, quum nihil ipsis cum legum custodia fuerit commune aliusque hoc nomine magistratus Athenis antiquitus extiterit. Itaque potius opinor νομοφυλάκων nomen fictum esse ad exemplum θεσμοφυλάκων, hoc autem corruptum esse et vere vocatos fuisse δεσμοφύλακας: quam item video esse sententiam Florentis Christiani ad d. l. Aristophanis. Præcipue enim eorum muneris erat cura carceris et vinctorum, iisque capitis damnati tradebantur; unde παραδιδόναι τοῖς Ἕνδεκα nihil aliud est, quam *tradere ad supplicium.* Non autem suis ipsi manibus id peragebant, sed fieri curabant a δημοκοίνῳ sive carnifice, qui mortuorum quoque corpora curabat: vid. Antiphontem p. 113. v. 32. ed Steph. Platonem in Phædone p. 117. A. Pollucem l. VIII. sect. 71. l. IX. sect. 10. Si quis antem e carcere fuga esset elapsus, undecimvirorum erat illum investigare et in carcerem reducere. Vid. Demosthenem in Aristogit. I. p. 787. 17. ed. R. Theramenem quomodo undecimviri abduxerint. Vid. apud Xenophontem Hellen. l. IV. c. 4. §. 22. Neque vero sola hac carceris cura munus eorum constabat, sed habebant etiam jurisdictionem, eorumque tribunal erat in Parabysto: Harpocration v. Παράβυστον. οὕτως ἐκαλεῖτό τι τῶν παρ' Ἀθηναίοις δικαστηρίων, ἐν ᾧ ἐδίκαζον οἱ Ἕνδεκα. Fiebat apud eos accusatio omnium criminum privatorum, quibus pœna mors esset: vid. Etymologicum M. in v. Certe de furibus fuisse illis jurisdictionem apparet ex Isæo de Nicostr. Hered. p. 49. v. 23., Demosthene Except. adv. Laer. p. 940. 8. de grassatoribus (λωποδύταις) et plagiariis (ἀνδραποδισταῖς), e Lysia c. Theomn. p. 117. v. 5. ed. Steph. Conf. Harpocrationem v. Ἄπαγε, Pollucem l. VIII. sect 102. et Scholiasten ad l. c. Aristophanis. Judicabant etiam de aliis nonnullis ἐνδείξεως speciebus: cui rei cum hic Lysiæ locus indicio est, tum Demosthenes in Timocr. p. 733. 9. seq. et Etymologus l. c. Hæc autem ad undecimviros in jus vocatio dicebatur ἀπαγωγή. vid. Pollucem et Harpocrationem loc. cit. Animadvertebant præterea in eos, qui ærario debentes solvere nollent, pecuniasque debitas vel in judicio Reipublicæ nomine ab iis petebant, vel ex officio exigebant: vid. Dinarchum in Aristogitonem p. 106. v. 32. Demosthenem in Androtion. p. 608. 12. seq. Videntur etiam affuisse, si in causa publica servus testimonii gratia torqueretur: vid. Demosthenem in Nicostratum p. 1254. 1. Ex lege autem Timocratis eos, qui in vinculis essent εἰσαγγελίᾳ in jus vocati, si condemnatio eorum a scribis singularum Prytaniarum non esset Thesmothetis edita, in judicium debebant adducere, auctore Demosthene in Timocr. p. 720. 22. seq. Fiebant denique coram iis descriptiones sive ἀπογραφαὶ fundorum et ædificiorum, de quibus item lites in forum inducebant, eaque, quæ Helicæa publicari decrevisset, tradebant venditoribus; Etymologicon d. l. εἰσῆγον δὲ καὶ τὰ ἀπογραφόμενα χωρία [καὶ] οἰκίας· καὶ τὰ δημόσια εἶναι δίξαντα παρεδίδουν τοῖς πολίταις. leg. τοῖς πωλησταῖς: erant enim Πωλησταὶ Athenis decem numero, qui cum alias publicas res, uti metalla et vectigalia, tum etiam bona proscripta vendebant: vid. Pollux l. VIII. sect. 99., Harpocration v. Πωλησταὶ, Sigonius de Republica Atheniensium l. IV. c. 3. Miserrimo errore Joachimus Stephanus τοὺς Ἕνδεκα eosdem habet quos decem Proedros, de Jurisdict. Vet. Græc. c. 3. (in Thesauro Gronovii t. VI. p. 2692.). De Undecimviris eorumque munere conf. Budæus Comment. L. Gr. p. m. 252., Ubbo Emmius de Republ. Atheniensium c. 10. (in Thesauro Gronovii t. V. p. 1332.), et præcipue Car. Sigonius l. modo cit. Horum muneri simile erat olim Romæ munus Triumvirorum Capitalium: vid. Pomponius l. 2. §. 30. π. de O. J., Abramius ad Ciceronem pro Cluentio c. 8., Budæus Annot. Poster. ad Tit. π. de Muner. et Honor. p. 267. G—K. Hæc autem jurisdictio τῶν Ἕνδεκα

[1] Διονύσιον, τὴν ἀπαγωγὴν ἀπάγειν ἀναγκάζοντες, προσγράψασθαι τότε ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἢ ὅπου ἂν ᾖ· πρῶτον μὲν ἐναντίον πεντακοσίων ἐν τῇ βουλῇ, εἶτα πάλιν ἐναντίον

[1] Διονύσιον τ. ἀπ. ἀπάγειν, ἀναγκάζοντες προσγρ. τὸ ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἐπειδήπερ Ἀγόρατος πρῶτον etc. A.

ejusmodi erat. Actor reum ad illos in jus vocabat, et coram iis causam accusandi, delictum nempe rei exponebat; quo facto si reus id non negaret, habebatur pro confesso atque ab ipsis Undecimviris condemnabatur et capite puniebatur; sin reus negaret, ad majus tribunal rem referebant, ut judices, ad quos ea res pertineret, de delicto cognoscerent et statuerent: in quo judicio si esset condemnatus, iterum illis tradebatur ad supplicium, vid. Pollux et Etymologus loc. cit. Magistratus autem illi, qui habebant εἰσαγωγὴν εἰς τὸ δικαστήριον (quæ plurimis locis τοῖς Ἕνδεκα tribuitur), prius litem examinabant, tum vero vel negabant se illam in forum esse inducturos (quod dicitur ἀφιέναι), si actorem inique petere manifesto appareret, vel si de re illa non haberent jurisdictionem, vel denique si vitium aliquod esset in libello vel formula accusationis, quod colligo e Lysia c. Theomn. I. §. γ'. sq. Scholiaste ad Aristophanis Ecclesiaz. v. 1018. vel facultatem dabant reum in judicio persequendi (quod hic dicitur παραδέχεσθαι et l. modo cit. ἀποδέχεσθαι), si res non statim posset expediri: tum vero illi Magistratus judicium constituebant, actionem dabant et in judicio præsidebant: vid. Harpocration v. Ἡγεμονία δικαστηρίου. Conf. Budæus Annot. Post. ad Tit. π. de Appell. p. 250. F. et Comment. L. Gr. p. 97. seq. et hinc Lysias Or. II. in Alcibiadem non tantum judices, sed et præcipue Strategos, utpote judicii præsides, orat, ut neutri, neque actori, neque reo magis sint benevoli: atque ibidem dicuntur in illo judicio οἱ στρατηγοὶ τὴν ψῆφον διδόναι τοῖς δικασταῖς, *judices in suffragia mittere*, quippe qui litem in forum induxerant. Sunt hæc fortasse paullo fusiora, sed ad consilium nostrum necessaria: nam (ut eo redeam, cujus causa hæc instituta est disputatio) non ipsi Undecimviri accusabant Agoratum, quod est ἀπάγειν ἀπαγωγὴν, neque cogebant Dionysium, ut Agoratum accusaret, neque etiam ut in lite perseveraret; reos enim pendente lite ab ea potuisse desistere ante latam sententiam, docet Isocrates Except. Adv. Callim. p. 387. D. sed actorem cogere vel certe ei suadere poterant, ut in libello aliquid mutaret, si de causa ad judices referri vellet. Itaque pro τὴν ἀπαγωγὴν ἀπάγειν cæt. propter dictas rationes legendum videtur: τὴν ἀπαγωγὴν εἰσάγειν, ἀναγκάζοντες προσγράψασθαι τὸ ἐπ' αὐτοφώρῳ. Dicitur autem εἰσάγειν ἀναγκάζοντες pro εἰσάγοντες ἀναγκάζειν; qualis constructio et Poetis et Oratoribus in usu est: sic ipse Lysias apud Dionysium Halicarnasseum in Vita p. 311. ἐλθὼν δ' ἐγὼ ἠγανάκτουν μὲν πρὸς Ἡγήμονα: Aristophanes Eccles. v. 301. ἡνίκ' ἐλθόντ' ἔδει λαβεῖν ὀβολὸν μόνον: apud Euripidem Phœniss. v. 1266. φίλτρ' ἐπῳδᾶν Scholiastes dici ait pro ἐπῳδὰς φίλτρων: Bacchis v. 518.

Ἡμᾶς γὰρ ἀδικᾶν, κεῖνον εἰς δεσμοὺς ἄγεις· ubi sic videtur interpungendum ἡμᾶς γὰρ, ἀδικᾶν κεῖνον, εἰς δεσμοὺς ἄγεις, ut sensus sit ἡμᾶς γὰρ εἰς δεσμοὺς ἄγων ἐκεῖνον ἀδικεῖς. Jam pergit Lysias rationem reddens, cur sibi videantur οἱ Ἕνδεκα jussisse adscribere verba ἐπ' αὐτοφώρῳ, quam hanc esse existimat: ἐπειδὴ πρῶτον μὲν κ. τ. λ. etenim illud ἢ ὅπου ἂν ᾖ nullum habet sensum et manifesto deest verbum, quod causam contineat cur hoc jusserint Undecimviri; ἐπειδὴ autem conjunctivum ἀποκτείνειε — γένοιτο secum habet, quia oratio non est absoluta, sed pendet a præcedenti δοκοῦσι ἔμοιγε εἰσάγειν. Denique quod ultimo loco pro οἴεται reposui νομίζεται id ipsa ratio postulat et quisque comprobabit. Nam Reiskii explicatio: *non enim tanta est Agorati stultitia et tarditas, ut existimet* cæt. durissima est, quoniam mox ad ipsum Agoratum dicit: ἐπεὶ ἔκ γε τοῦ σοῦ λόγου κ. τ. λ. Verbo νομίζειν ita sæpissime utuntur: οἴεσθαι passive apud solutæ orationis scriptores in usu esse non credo; illa enim loca ubi ita dici videri possit, si bene consideres, non ita sunt accipienda: exemplo sit locus Xenophontis Hellen. l. III. c. 4. §. 17. πάντες πολεμικὰ ὅπλα κατεσκευάζοι, ὥστε τὴν πόλιν ἅπασαν οἴεσθαι πολέμου ἐργαστήριον εἶναι. quod idem est ac si dixisset, ὥστε οἴεσθαι τινὰ vel τοὺς ἰδόντας, *ut putares revera totam urbem esse belli armamentarium:* atque ad eandem rationem alia quoque similia loca, quamvis pauca sint, etiam apud Poetas explicari possunt. Sluiter.

Διονύσιον] Est frater Dionysodori, cujus supplicium, a XXX tyrannis secundum Agorati indicium perempti, fundus est hujus actionis. Reisk.

Ἀθηναίων ἁπάντων ἐν τῷ δήμῳ ἀπογράψας τινὰς ἀποκτείνειε καὶ αἴτιος γένοιτο τοῦ θανάτου. οὐ γὰρ δήπου τοῦτο μόνον [1]οἴεται ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἐάν τις ξύλῳ ἢ μαχαίρᾳ πατάξας καταβάλῃ, ἐπεὶ ἔκ γε τοῦ σοῦ λόγου οὐδεὶς φανήσεται ἀποκτείνας τοὺς ἄνδρας οὓς σὺ ἀπέγραψας· οὔτε
506 γὰρ ἐπάταξεν αὐτοὺς οὐδεὶς οὔτε ἀπέσφαξεν. ἀλλ' ἀναγκασθέντες ὑπὸ τῆς σῆς ἀπογραφῆς ἀπέθανον. [2]οὐκοῦν αἴτιος τοῦ θανάτου οὗτος ἐπ' αὐτοφώρῳ ἐστί. τίς οὖν ἄλλος αἴτιος, ἢ σὺ ἀπογράψας; ὥστε πῶς οὐκ ἐπ' αὐτοφώρῳ σὺ εἶ ὁ ἀποκτείνας; 15

κβ'. Πυνθάνομαι δ' αὐτὸν καὶ περὶ τῶν ὅρκων καὶ περὶ τῶν συνθηκῶν μέλλειν λέγειν, ὡς παρὰ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας ἀγωνίζεται ἃς συνεθέμεθα πρὸς τοὺς ἐν ἄστει οἱ ἐν τῷ Πειραιεῖ. σχεδὸν μὲν οὖν τούτοις ἰσχυριζόμενος ὁμολογεῖ ἀνδροφόνος εἶναι· ἐμποδὼν γοῦν ἢ ὅρκους ἢ συνθήκας
507 [3][ἢ χρόνον] ἢ ἐπ' αὐτοφώρῳ [4]τι ποιεῖται, αὐτῷ δὲ τῷ [5]γράμματι [6]οὐ πιστεύει καλῶς ἀγωνιεῖσθαι. ὑμῖν δέ, 20 ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐ προσήκει περὶ τούτων ἀποδέχεσθαι·

[1] οἴονται A. [2] οὔκουν A. [3] uncos om. T. R. A. [4] [τι] R. [5] πράγματι R. A. [6] οὗτοι T. R. A.

Οἴεται] Ὀνομάζεται vel νομίζεται. CONT. Non enim profecto tanta est Agorati stultitia et tarditas, ut existimet, id solummodo esse homicidium, si quis alterum ferro manuve peremerit; minus esse, si delatione sua necessitatem necis alicui consciscat. Deinde subito, pro more oratorum, a tertia persona ad secundam transfert orationem. REISK.

Ἀπέθανον] Ante hoc vocabulum paucula quædam desunt, fortassis hæc: τὸ κώνειον πιεῖν αὐτοὶ ὑφ' ἑαυτῶν ἀπέθανον. IDEM. Sub. τὸ κώνειον πιόντες. AUGER.

Οὐκοῦν] Imo vero retracto accentu, aut duobus vocabulis οὐκ οὖν est exarandum. Est causatio, vel objectio ficta, cui statim occurritur. Ergo, si illi hausta cicuta ipsi sese sustulerunt, Agoratus necem illis non conscivit. Respondet. Ecquis ergo alius fecerit, si tu, Agorate, non fecisti, qui eos detulisti. REISK. Dedi οὔκουν, *non igitur*. AUGER.

Τι ποιεῖται, αὐτῷ δὲ τῷ γράμματι οὗτοι πιστεύει καλῶ ἀγωνιεῖσθαι. ὑμῖν δέ, ὦ ἄνδρες δικασταί, etc.] Lego, εἰ ποιεῖται, et οὗτος pro οὗτοι, sublata plena Distinctione post ἀγωνιεῖσθαι. *si igitur hic objicit jusjurandum, aut conventiones, aut lapsum temporis, aut istud ἐπ' αὐτοφώρῳ suum, et confidit se bono cum eventu in hac causa versaturum esse, si literæ legis adhæreat, vos tamen, Judices, non æquum est hæc admittere: sed* etc. Recenset omnes Objectiones, quibus Agoratus in Defensione sua usurus erat. ἐμποδὼν ποιεῖσθαι est *objicere*. τῷ γράμματι ἀγωνίζεσθαι est, quod Orat. IX. vocavit μάχεσθαι τοῖς ὀνόμασι, *vocabulis dimicare*. δὲ post ὑμῖν idem est quod ἀλλὰ, et sæpe hoc more usurpatur, nec opus est, ut mutetur in δὴ, prout fecit Stephanus Orat. XIV. ubi par huic exemplum. MARKLAND. Ego τι uncis ut inutile et amputandum inclusi, et facile potuit e proxima litera π vocabuli ποιεῖται enasci. Sin tamen servandum sit, necesse erit aliquid deesse. e. c. ἢ ἄλλο. ut ad hunc modum legatur: ἢ ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἢ ἄλλο τι, ποιεῖται. Saltim jusjurandum, aut pacta, aut vetustatem temporis, aut formulam ἐπ' αὐτοφώρῳ, aut aliud quodpiam sibi præstruit quasi munimentum, pone quod lateat; ipsa autem re nil fidit. REISK. Hic τι vacat ut sæpius alibi. AUGER.

Πράγματι οὔ τοι πιστεύει] Sic dedi de meo pro vulgari γράμματι οὗτοι πιστεύει. In Coisl. et Vindobon. pro οὗτοι est οὔτε. Suspicor verum esse οὔ τι aut οὐχί. REISK.

Περὶ τούτων] Post περὶ τούτων videtur φλυαροῦντος, aut ἀδολεσχοῦντος, aut tale quid deesse. IDEM.

ἀλλ᾽ ὡς οὐκ ἀπέγραψεν οὐδὲ οἱ ἄνδρες τεθνᾶσι, περὶ τούτων κελεύετε αὐτὸν ἀπολογεῖσθαι. [1]ἔπειτα τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας οὐδὲν ἡγοῦμαι προσήκειν [2]ἡμῖν πρὸς τοῦτον. οἱ γὰρ ὅρκοι τοῖς ἐν ἄστει πρὸς τοὺς ἐν Πειραιεῖ γεγένηνται. εἰ μὲν οὖν οὗτος μὲν ἐν ἄστει, ἡμεῖς δὲ ἐν
25 Πειραιεῖ ἦμεν, εἶχόν τινα λόγον αὐτῷ αἱ συνθῆκαι· νῦν δὲ καὶ οὗτος ἐν Πειραιεῖ ἦν καὶ ἐγὼ καὶ Διονύσιος καὶ οὗτοι 508
ἅπαντες οἱ τοῦτον τιμωρούμενοι, ὥστε οὐκ ἔστιν ἡμῖν [3]ἐμποδών· οὐδένα γὰρ ὅρκον οἱ ἐν Πειραιεῖ [4]τοῖς ἐν ἄστει 509
ὤμοσαν.

κγ΄. Ἐκ παντὸς δὲ τρόπου ἔμοιγε δοκεῖ οὐχ ἑνὸς θανάτου ἄξιος εἶναι, ὅστις φησὶ μὲν ὑπὸ τοῦ [5]δήμου * * *

[1] ἐπεὶ A. [2] ὑμῖν T. [3] ἐμποδὼν οὐδέν· οὐδένα R. A.
[4] τοῖς οὐκ ἐν A. [5] δήμου, τὸν T. R. δήμου πεποιῆσθαι, τὸν A.

Ἔπειτα] Malim ἐπεί. *si quidem.* IDEM.

Ἡμῖν] Sic dedi pro vulgari ὑμῖν. dictio hæc inversa est. recta erat τούτῳ πρὸς ἡμᾶς. *huic pacta nobiscum nulla esse,* aut *pacta nobiscum inita nil quicquam ad eum pertinere.* IDEM.

Οἱ γὰρ ὅρκοι — γεγένηνται] Intelligo: juramenta enim data sunt urbanis a Piræensibus, est enim hic enallage, et legi deberet: οἱ γὰρ ὅρκοι τοῖς ἐν Πειραιεῖ πρὸς τοὺς ἐν ἄστει γεγένηνται. AUGER.

Οὐδένα γὰρ ὅρκον, κ. τ. λ.] Non ita scripserat procul dubio Lysias, nam omnino falsam sententiam exhibet hæc lectio: sed aliquis corrector non satis expensis superioribus, nec satis intellecta rhetoris sententia ita mutavit. Lege confidenter, lector, et meo periculo οἱ ἐν Πειραιεῖ τοῖς ἐν Πειραιεῖ. Audio debere (inquit) Agoratum in sua defensione proponere fœdera sacramento sancita inter eos, qui Athenis erant, et eos, qui Piræum occupabant, et iis nititur, quasi contra jus sacramenti et fœderum accusaretur. At si ille quidem tunc Athenis fuisset, nos vero Piræo, tunc aliquid coloris haberet ea defensio: sed fuit in Piræo nobiscum, et omnes alii, qui eum ulcisci cupiunt. Non vetant igitur ea fœdera, ne jus nostrum contra Agoratum persequamur. *Non enim ii, qui Piræo erant, cum iis, qui etiam Piræo erant, quicquam pacti sunt, nec inter eos ulla fœdera facta.* Hæc est Lysiæ manifesta sententia, qua intellecta, probabis, credo, nostram emendationem. PALMER. Ita quoque et Schottus. TAYLOR. Primo, legendum puto ὑμῖν, ut supra, τοὺς ὅρκους οὐδὲν ἡγοῦμαι προσήκειν ὑμῖν πρὸς τοῦτον. Deinde, post ἐμποδὼν desunt voces ὁ ὅρκος: propter Rationem, quæ sequitur. οὐδένα γὰρ ὅρκον etc. Ultimo, pro τοῖς ἐν ἄστει legendum τοῖς οὐκ ἐν ἄστει: quod verius puto quam Schotti οἱ ἐν Πειραιεῖ τοῖς ἐν Πειραιεῖ ὤμοσαν. *itaque nulla est vobis objectio* (vel *obstaculum*) *a jurejurando: qui enim in Piræo fuerunt nullo jurejurando obstricti sunt iis, qui non in Urbe fuerunt;* sed iis tantum, qui in Urbe fuerunt. MARKLAND. E schedis Brulartianis intelligo Fabrum eodem modo emendasse τοῖς ἐν Πειραιεῖ, atque Schottum et Palmerium. haud constat, qui Faber, Petrus, an Tanaquillus. Ego quoque conjecturam hanc Marklandinæ τοῖς οὐκ ἐν ἄστει præfero. REISK. Potest quoque legi: Πειραιεῖ εἰ μὴ τοῖς ἐν ἄστει. Quod Sluitero quoque in mentem venisse postea deprehendi.

Ὅστις φησὶ μὲν κ. τ. λ.] Delet Schott. has voces φησὶ μὲν ὑπὸ τοῦ δήμου. Corrigit vir eruditus: ὅστις φύσει μὲν ὑπὸ τοῦ δήμου. Quod tamen de eo dici non debuerat, qui, ut loquitur Lysias in superioribus, δοῦλος καὶ ἐκ δούλων ἐστί. Scripsit auctor noster: ὅστις φησὶ μὲν ὑπὸ τοῦ δήμου Ἀθηναῖον αὐτὸν πεποιῆσθαι· τὸν δὲ δῆμον, κ. τ. λ. Ita supra: Καὶ ἀντὶ τούτου φησὶν αὐτὸν Ἀθηναῖον τὸν δῆμον ποιήσασθαι. Ψευδόμενος, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὔτε γὰρ Φούνιχον ἀπέκτεινεν, οὔτε Ἀθηναῖον αὐτὸν ὁ δῆμος ἐποιήσατο. [Mox γένοιτο pro ἐγένετο. ἐκεῖνος, i. e. δῆμος, non Agoratus. *In Edit. min.*] TAYLOR. Facilis hujus loci suppletio: ὅστις φησὶ μὲν ὑπὸ τοῦ δήμου Ἀθηναῖον αὐτὸν πεποιημένον· τὸν δὲ δῆμον, etc. *qui fatetur se a populo factum fuisse Atheniensem; et tamen hunc populum, quem ipse Patrem suum appellat, injuria affecit, destituit, et prodidit eas res,*

510 τὸν δὲ δῆμον, ὃν αὐτός φησι πατέρα αὑτοῦ εἶναι, φαίνεται κακώσας, καὶ ἀφεὶς καὶ [1]προδοὺς ἐξ ὧν ἐκεῖνος μείζων 30 καὶ ἰσχυρότερος [2]ἐγίγνετο. ὅστις οὖν τόν τε γόνῳ πατέρα τὸν αὑτοῦ ἔτυπτε καὶ οὐδὲν παρεῖχε τῶν ἐπιτηδείων, τόν τε ποιητὸν πατέρα ἀφείλετο ἃ ἦν ὑπάρχοντα ἐκείνῳ ἀγαθά, πῶς οὐ καὶ διὰ τοῦτο καὶ διὰ τὸν τῆς κακώσεως νόμον ἄξιός ἐστι θανάτῳ ζημιωθῆναι;

κδ'. Προσήκει δ' ὑμῖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἅπασι τιμωρεῖν ὑπὲρ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ὁμοίως ὥσπερ ἡμῶν ἑνὶ ἑκάστῳ. ἀποθνήσκοντες γὰρ [3]ἡμῖν ἐπέσκηψαν καὶ [4]ὑμῖν 35 καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τιμωρεῖν ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν Ἀγόρατον τουτονὶ ὡς φονέα ὄντα, καὶ κακῶς ποιεῖν καθ' ὅσον [5]ἂν βραχὺ ἕκαστος δύνηται. εἰ τοίνυν τι ἐκεῖνοι ἀγαθὸν τὴν 511 πόλιν ἢ τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον φανεροί εἰσι πεποιηκότες, ἃ καὶ αὐτοὶ ὑμεῖς ὁμολογεῖτε, ἀνάγκη ὑμᾶς ἐστι πάντας ἐκείνοις φίλους καὶ ἐπιτηδείους εἶναι, ὥστε οὐδὲν μᾶλλον ἡμῖν ἢ καὶ ὑμῶν ἑνὶ ἑκάστῳ ἐπέσκηψαν. οὔκουν οὔτε ὅσιον 40 οὔτε νόμιμον ὑμῖν ἐστὶν ἀνεῖναι Ἀγόρατον τουτονί.

κε'. Ὑμεῖς τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νυνὶ δή, [6]ἐπειδὴ

[1] προδόσας ἐξ T. R. πρ. πάντα ἐξ A. [2] ἐγένετο T. R.
[3] ὑμῖν T. R. A. [4] ἡμῖν T. R. A. [5] κἂν A. [6] ἐπεὶ T. R. A.

ex quibus populus fieret major et potentior: καὶ προδόσας (scil. αὐτὰ) ἐξ ὧν ἐκεῖνος μείζων καὶ ἰσχυρότερος γένοιτο. sic enim legendum et distinguendum. male vulgo ἐγένετο: et hæc ultima prave ad *Agoratum*, non ad *populum*, referuntur; cum vox ἐκεῖνος satis clare ostendat, ad quem hæc pertineant. MARKLAND. ὑπὸ τοῦ δήμου πεποιῆσθαι πολίτης· τὸν δὲ —. CONT. Post δήμου aliud nihil deest, præterquam πεποιῆσθαι, *se adoptatum esse.* REISK.

Προδόσας] Προδούς. CONT. Hoc ne Græcum quidem est, ut mirer, qui tolerare potuerint viri docti. In Coislin. et Vindobon. est προδόντα. unde exsculpo προδοὺς πάντα. *prodidit ea omnia, per quæ ille* (populus Atheniensis puta; nam ad eum, non ad Agoratum, redit voc. ἐκεῖνος) *numero et opibus creverat.* REISK.

Τοῦτο] Imo vero ταῦτα, *et propter reliqua, et propter legem de mala tractatione parentum.* REISK.

Ὥσπερ ὑμῶν] Lege ὥσπερ ἡμῶν. TAYLOR. Scribe, ὡς ὑπὲρ ὑμῶν: ut respondeat præcedenti ὑπὲρ ἐκείνων. MARKLAND. Brevius ita dictum, plenius et dilucidius exponatur sic: ὥσπερ ὑμῖν προσήκει τιμωρεῖν ἡμῶν ἑνὶ ἑκάστῳ. *quemadmodum vos decet unicuique nostrum injuriam passo succurrere, eamque ulcisci.* Aut deest hæc sententia: ὥσπερ εἰ ὑμῖν κοινῇ ταὐτὰ ἐπέσκηψαν, ἃ ἡμῶν ἑνὶ ἑκάστῳ (scil. ἐπέσκηψαν). *quasi vobis universis injunxissent eadem, quæ nostrum unicuique mandarunt*, qui sumus eorum necessarii. *In Var. Lect.* REISK.

Ἐπέσκηψαν] Post ἐπέσκηψαν deesse videtur ἴσα (adverbialiter), *æqualiter, pariter*, vel simile quid. IDEM.

Βραχὺ] Bene si habet, rara est et mira dictio Lysiæ propria. Suspicatus aliquando sum leg. esse: καθ' ὅσον ἂν κἂν βραχὺ ἕκαστος δύνηται. *prout quisque, etiamsi parum quid, posset.* IDEM.

Ἀνεῖναι Ἀγόρατον] Opinor ἀφεῖναι, *absolvere:* ut supra, ἡ κρίσις ἣν ἐκρίθη, καὶ ἀφεῖθη. Alcidamas: καὶ μὴ ἀφεῖναι αὐτὸν, ὑποχείριον λαβόντας. Sic et Orat. IX. et passim. Xenophon tamen Ἑλλην. lib. II. εἰ ἀνήσομεν ἄνδρα τὸν φάνερῶς τὴν ὀλιγαρχίαν λυμαινόμενον. MARKLAND. et *in Edit. min.* TAYLOR. Sed ἀνεῖναι servari potest. AUGER.

ἐν τῷ τότε χρόνῳ, ἐν ᾧ ἐκεῖνοι ἀπέθνησκον, οὐχ οἷοί τε ἐκείνοις ἐπαρκέσαι γεγόνατε διὰ τὰ πράγματα τὰ [1]παρεστηκότα, νυνὶ, ἐν ᾧ δύνασθε, τιμωρήσατε τὸν ἐκείνων φονέα. ἐνθυμεῖσθε δ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅπως μὴ πάντων ἔργον σχετλιώτατον ἐργάσησθε· εἰ γὰρ ἀποψηφιεῖσθε Ἀγο-
139. 1 ράτου τουτουὶ, οὐ μόνον [2]τοῦτο διαπράττεσθε, ἀλλὰ καὶ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν, οὓς ὁμολογεῖτε ὑμῖν εὔνους εἶναι, τῇ 512
αὐτῇ ψήφῳ ταύτῃ θάνατον [3]καταψηφίζεσθε· ἀπολύοντες γὰρ τὸν αἴτιον ὄντα ἐκείνοις τοῦ θανάτου, οὐδὲν ἄλλο γιγνώσκετε ἢ ἐκείνους δικαίως ὑπὸ τούτου τεθνηκέναι. καὶ οὕτως ἂν δεινότατα πάντων πάθοιεν, εἰ οἷς ἐπέσκηπτον
5 ἐκεῖνοι ὡς φίλοις οὖσι τιμωρεῖν ὑπὲρ αὐτῶν, οὗτοι ὁμόψηφοι κατ' ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν τοῖς Τριάκοντα γενήσονται. μηδαμῶς, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, πρὸς θεῶν Ὀλυμπίων, μήτε τέχνῃ μήτε μηχανῇ μηδεμιᾷ θάνατον ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν καταψηφίσησθε, οἱ πολλὰ καὶ καλὰ ὑμᾶς ποιήσαντες διὰ ταῦτα ὑπὸ τῶν Τριάκοντα καὶ Ἀγοράτου τουτουὶ ἀπέθανον. ἀναμνησθέντες οὖν ἁπάντων τῶν δεινῶν, καὶ τῶν
10 κοινῶν τῇ πόλει καὶ τῶν ἰδίων, ὅσα ἑκάστῳ ἐγένοντο ἐπειδὴ ἐκεῖνοι οἱ ἄνδρες ἐτελεύτησαν, τιμώρησατε τὸν αἴτιον τούτων. ἀποδέδεικται δ' ὑμῖν [4]ἅπαντα καὶ ἐκ τῶν ψη- 513
φισμάτων καὶ ἐκ τῶν ἀπογραφῶν καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἁπάντων Ἀγόρατος ὢν αὐτοῖς αἴτιος τοῦ θανάτου. ἔτι δὲ καὶ προσήκει ὑμῖν ἐναντία τοῖς Τριάκοντα ψηφίζεσθαι. ὧν

[1] περιεστηκότα R. [2] τούτῳ T. R. τούτῳ σωτηρίαν A.
[3] καταψηφίσεσθε R. [4] ἁπαντάχοθεν A.

Διὰ τὰ πράγματα τὰ παρεστηκότα] Mallem περιεστηκότα, id est, διὰ τὰς τότε περιστάσεις, *propter circumstantias istius temporis*. Demosthenes de Corona: εἰς τοὺς περιεστηκότας τῇ πόλει κινδύνους. et ita idem paulo post, et passim. clare Noster Orat. XXXI. ἀποροῦντες τοῖς περιεστηκόσι πράγμασιν. MARKLAND. et *in Edit. min.* TAYLOR.

Οὐ μόνον τούτῳ διαπράττεσθε] Διαπράξεσθε, vel συμπράξασθε. CONT. Putarem συμπράττεσθε, vel συμπράττετε. nisi vox ἄδειαν amissa sit in Præpositione διὰ: ut sit ἄδειαν διαπράττεσθε. Nihil tamen muto. τούτῳ διαπράττεσθε eodem sensu forte sumendum ac istud Demosthenis Philipp. III. Φιλιστίδης ἔπραττε Φιλίππῳ. et Thucydides IV. 210. οἱ δὲ πράσσοντες αὐτῷ, eadem significatione. MOX, κατ' ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν, etc. mallem abessent duæ ultimæ voces. MARKLAND. Aut ἄδειαν, aut potius σωτηρίαν hic deest. patet ex opposito θάνατον. REISK.

Τῇ αὐτῇ ψήφῳ κ. τ. λ.] Variant Codd. sed nihil sani præferunt, nisi quod Ald. et Coisl. uterque exhibeat καταψηφίσεσθε. TAYLOR.

Κατ' ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν] Pro κατ' ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν velim legi καθ' αὐτῶν, nec mihi harum vocum recursus displiceret. AUGER.

Ἐγένοντο] Ἐγένετο. CONT. At sciunt voces neutrius generis jungi interdum cum plurali numero. AUGER.

Ἅπαντα] Dele. TAYLOR. Ego vero illinc ἁπανταχόθεν effecero. REISK.

μὲν τοίνυν ἐκεῖνοι θάνατον κατέγνωσαν, ὑμεῖς ἀποψηφίσασθε· ὧν δ' ἐκεῖνοι θάνατον οὐ κατέγνωσαν, ὑμεῖς καταγινώσκετε. οἱ Τριάκοντα τοίνυν τῶν μὲν ἀνδρῶν τούτων, οἳ ἦσαν ὑμέτεροι φίλοι, θάνατον κατέγνωσαν, ὧν δεῖ ὑμᾶς ἀποψηφίζεσθαι· Ἀγοράτου δὲ ἀπεψηφίσαντο, διότι [1] δοκεῖ προθύμως τούτους ἀπολλύναι, οὗ προσήκει καταψηφίζεσθαι. ἐὰν οὖν τὰ ἐναντία τοῖς Τριάκοντα ψηφίζησθε, πρῶτον μὲν οὐχ [2] ὁμόψηφοι γίγνεσθε, ἔπειτα τοῖς ὑμετέροις αὐτῶν φίλοις τετιμωρηκότες ἔσεσθε, ἔπειτα τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις δόξετε δίκαια καὶ ὅσια ψηφίσασθαι.

[1] ἐδόκει R. A.
[2] ὁμόψηφοι τοῖς ἀνοσιωτάτοις καὶ ὑμῶν ἐχθίστοις γενήσεσθε· ἔπειτα A.

Ὑμεῖς ἀποψηφίσασθε] Ante ὑμεῖς aut adde, aut supple saltim tacita cogitatione, τούτων. IDEM.

Διότι δοκεῖ] Scribe, ἐδόκει: ut supra, διότι ἔδοξε ἀληθῆ εἰσαγγεῖλαι. MARKLAND. et *in Edit. min.* TAYLOR.

Οὐχ ὁμόψηφοι γίγνεσθε. ἔπειτα] Aut delenda sunt istæc quatuor vocabula; nam prorsus idem dicunt cum illis modo præmissis τὰ ἐναντία τοῖς τριάκοντα ψηφίζησθε. aut potius servanda quidem illa sunt, verum desunt nonnulla. Mihi videtur Lysias aut sic reliquisse: πρῶτον μὲν οὐχ ὁμόψηφοι τοῖς ἀνοσιωτάτοις καὶ ὑμῶν ἐχθίστοις γίγνεσθε. *primum quidem hoc consequemini, ut sententia vestra ab hominum impurissimorum vobisque inimicissimorum sententia discrepet.* Quod de odio judicum erga tyrannos commemorat, ei bene respondet ex opposito, quod statim de ipsorum erga defunctos voluntate subjicit. Pro γίγνεσθε postulat quidem, cum rei ratione, etiam insequens ἔσεσθε, futurum γενήσεσθε. verum auctores in usu temporum non semper fuisse cernuntur diligentissimi. REISK.

Γίγνεσθε] Γενήσεσθε, et supra v. 7. ψηφίζησθε. CONT. Lego, γενήσεσθε: ut ἔσεσθε, et δόξετε. MARKLAND. et *in Edit. min.* TAYLOR.

ΛΥΣΙΟΥ

ΚΑΤΑ ΑΛΚΙΒΙΑΔΟΥ

ΛΕΙΠΟΤΑΞΙΟΥ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Alcibiades Alcibiadis filius, inter ὁπλίτας recensitus, ad equites se contulit sponte sua. Arguitur λειποταξίου. Multa de legibus, plura de hominis vita, genere et institutis congessit Orator.

Δευτερολογίαν vocant Rhetorum filii. *Subscriptionem* Romani jurisconsulti. (vid. Budæi annotat. posterior in pandect.) Est enim ἐπαγωνισμὸς τοῦ προτέρου. Præivit Archestratides quidam. Vid. Aphthonii σχ. pag. 12. qui de his agit subtiliter, et Hermog. περὶ μεθόδου δεινότητος, περὶ δευτερολογιῶν.

Pag. ed. H. Steph. — Pag. ed. Reisk.

139. 26 α΄. ΗΓΟΥΜΑΙ μὲν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὐδεμίαν ὑμᾶς 515
ποθεῖν ἀκοῦσαι πρόφασιν παρὰ τῶν βουλομένων Ἀλκιβιά-
δου κατηγορεῖν. τοιοῦτον γὰρ πολίτην ἑαυτὸν ἐξ ἀρχῆς 516
παρέσχεν, ὥστε καὶ εἰ μή τις ἰδίᾳ ἀδικούμενος ὑπ' αὐτοῦ
30 [1] τυγχάνει, οὐδὲν ἧττον προσήκει ἐκ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευ-

[1] τυγχάνοι R. A.

ΚΑΤ' ΑΛΚΙΒΙΑΔΟΥ] Alcibiades erat junior, Alcibiadis τοῦ πάνυ filius ex Hippareta Hipponici filia. Hunc Xenoph. Memorab. l. 1. εὐπροσωπότατον καὶ ὡραιότατον memorat. Quam etiam oris venustatem prædicat noster cum spurcissimæ libidinis infamia conjunctam. Causam olim dixit *de bigis paternis*, quæ oratio inter cætera sab Isocrate scriptas ad nos περιῆλθεν. Patrem, quo *nihil fuisse excellentius vel in vitiis vel in virtutibus* memorat Nepos in vita, in illis solummodo expressisse videtur ut de eo testatur Aristoteles Rhetoric. II. 17. et Archippus Comicus apud Plutarch. in Vit. Alcibiadis juxta initium. Videtur fuisse in lucem susceptus, ineunte Olymp. 91. sub id temporis scil. quo pater militiæ in Siciliam transferendæ fatalem operam præstitit. Hæc habui, quæ de homine in medium proferrem. Plura, exceptis, quæ in orat. Lysiæ et Isocratis reperiuntur, dici vetuit temporis ἀδηφαγία. TAYLOR. Hujus Orationis meminit Harpocration in V. Λευκὴ ἀκτή. at in voce Ἀλκιβιάδης dubitat, εἰ γνήσιος. Citatur quoque Lysias πρὸς Ἀλκιβιάδην in V. ναυτοδίκαι: quæ vox cum non exstet in hac Oratione, Valesius pro Ἀλκιβιάδην conjicit Ἀρχεβιάδην, quia a Dion. Halicarnassensi in Isæo laudatur Lysiæ Oratio contra Archebiadem. Sed nihil inde mutatum vellem. scripsit enim aliam Orationem Noster πρὸς Ἀλκιβιάδην, περὶ οἰκίας, *de domo*: in qua hoc voce Ναυτοδίκαι bene uti potuerit. Vide Harpocrat. V. Παραλαταβολή. Porro: inter Isocrateas exstat Oratio περὶ τοῦ Ζεύγους, *de Bigis*, in qua Alcibiades Junior huic Lysianæ respondet, in multis (præsertim in iis, quæ ad Patrem suum spectant) adeo evidenter, ut ipsis etiam verbis Lysiæ ex hac Oratione utatur, ut refellat. De perperam facta Divisione hujus Orationis in Duas Actiones Λειποταξίου et Ἀστρατείας, cum Una tantum sit, dicam ad Orat. XV. MARKLAND. Cf. Demosth. vol. iii. p. 94. sqq.

μάτων ἐχθρὸν αὐτὸν ἡγεῖσθαι. οὐ γὰρ μικρὰ τὰ ἁμαρτήματα οὐδὲ συγγνώμης ἄξια οὐδ' ἐλπίδα παρέχοντα ὡς
517 ἔσται τοῦ λοιποῦ βελτίων, ἀλλ' οὕτω πεπραγμένα καὶ εἰς
518 [1]τοσοῦτον κακίας ἀφιγμένα, ὥστ' [2]ἐπινικιοις ὧν οὗτος φιλοτιμεῖται τοὺς ἐχθροὺς αἰσχύνεσθαι. ἐγὼ μέντοι, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, καὶ πρότερον πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῖν διαφορᾶς
519 ὑπαρχούσης, καὶ πάλαι τοῦτον ἐχθρὸν ἡγούμενος, καὶ νῦν 35

[1] τοσοῦτο T. R. A. [2] ἐπ' ἐνίοις R. A.

Οὕτω] Sine dubio huic adverbio aliud olim fuit additum, quo nunc caremus, e. c. βδελυρῶς, aut μιαρῶς, aut simile quodpiam. Reisk. Mihi, ut et Reiskio, videtur deesse adverbium aliquod. Auger.

Ὥστ' ἐπινικίοις κ. τ. λ.] Multa meum stomachum in hoc commate movent, quorum unumquodvis si quis concoquere possit, irritam meam emendationem bona nostra cum venia habere potest: Ἐπινικίοις αἰσχύνεσθαι male dicitur: male quoque ὧν φιλοτιμεῖται, in eo saltem sensu τοῦ φιλοτιμεῖσθαι, quo hic accipitur. Utrumque constabit ex hac ipsa oratione ad finem vergente: Ὥςτε ἐπὶ μὲν τοῖς καλοῖς αἰσχύνεσθαι, ἐπὶ δὲ τοῖς κακοῖς φιλοτιμεῖσθαι. Tertio autem, nam multa restant dicenda, ut *ob victoriæ insignia, quibus Alcibiades gloriatur, inimici erubescant* (quo pacto ab incurioso interprete versa hæc verba habemus), ad laudem, non ad infamiam omnimodo pertinet. Nam si Persarum, puta, gentem *pudebat* rerum Marathone gestarum, anne idcirco minor erat aut inhonestior φιλοτιμία Miltiadis? Si cladis Salaminiæ, anne Themistoclis? Ad inimicos meos, si qui mihi contigerint, τοιαύτην ἐπελθεῖν αἰσχύνην nimium vellem. 4. Si ageretur de laude militari, non utique dixisset ἐχθροὺς, sed πολεμίους. Sed 5. de ea non dicitur: cum ad privatas vitæ rationes totus hic locus spectat. 6. demum, et ultimo, τὰ ἐπινίκια hic stare nequit. Erant enim Ἐπινίκια aut Festa ob victoriam sive in theatris, sive in ludis publicis, sive denique bello partam concelebrata. Σωσικλέα τὸν Κορωνῆθεν (l. Κολωνῆθεν) Πυθίοις νενικηκότα ποιητὰς εἰστιῶμεν τὰ ἐπινίκια. Plutarch. Quæst. 4. Sympos. Problem. 2. Vid. Athen. l. 1. et l. 5., Plat. Sympos. init., Meurs. Græc. feriat. Aut erant Dies Festi istius celebrandi, aut Victoriæ partæ. Οἱ τοίνυν χορεὶ πάντες οἱ γιγνόμενοι καὶ οἱ χορηγοὶ, δῆλον ὅτι τὰς μὲν ἡμέρας ἐκείνας, ἃς συνεχόμεθα ἐπὶ τὸν ἀγῶνα κατὰ τὰς μαντείας ταύτας, περὶ αὐτῶν στεφανούμεθα, ὁμοίως ὅ τε μέλλων νικᾶν, καὶ ὁ πάντων ὕστατος γενήσεσθαι· τὴν δὲ τῶν ἐπινικίων, ὑπὲρ αὐτοῦ τότ' ἤδη στεφανοῦται ὁ νικῶν. Demosth. adv. Midiam. Aut erant carmina in iis diebus recitari solita. Cujusmodi erant Pindari quæcunque supersunt, Euripidis item hymnus in Alcibiadem. Ἀλκιβιάδης δὲ Ὀλύμπια νικήσας ἅρματι πρῶτος καὶ δεύτερος καὶ τέταρτος, εἰς ἃς νίκας καὶ Εὐριπίδης ἔγραψεν ἐπινίκιον. Athen. l. 1. init. Cujus ἀποσπασμάτιον reservavit nobis Plutarchus in vit. Alcibiad. "Affirmavit se lætum inter lætos cantaturum *Epinicia*, quæ jam nunc sibi componi oporteret." Sueton. Ner. 43. Aut erant denique Victoriæ præmia militibus gregariis data, quæ νικητήρια, ἀριστεῖα vocat Poll. VI. 41. Ἐπινίκια τὰ ἐπὶ τῇ νίκῃ γέρα διδόμενα καὶ νικητήρια ταὐτά. Phavorin. Lego igitur: Ὥςτ' ἐπ' ἐκείνοις οἷς οὗτος φιλοτιμεῖται, τοὺς ἐχθροὺς αἰσχύνεσθαι. Taylor. Dedi de meo ἐπ' ἐνίοις. *super quibusdam eorum, de quibus hic gloriatur.* Reisk.

Ἡμῖν] Ἡμῶν. Scalig. Nulla necessitate locum sollicitandi. Plus dicit ἡμῖν διαφορᾶς ὑπαρχούσης, quasi illa simultas, quæ inter patres intercessit, ad filios quoque descenderit. Πατρῷον αὐτῷ φίλον ὄντα. Lucian. in Timon. Taylor. Scribe, ἡμῶν. et post αἰσχύνεσθαι addendum puto ἄν. Markland. *Erga patres nostros*, h. e. pater ejus oderat meum; et meus contra patrem illius. ἡμῖν bene habet. Non enim ad solum restringitur, quisquis est, actorem hujus causæ, sed cum illo ejusque consortibus, una quoque Alcibiadem ejusque amicos et advocatos complectitur: et in patribus non solum patres ipsi, sed etiam avi paternique maternique continentur tam actoris quam rei. Necessarii mei, ait, cum necessariis ejus mutuas exercebant simultates. Reisk.

Ἐχθρὸν] Πότερον, Coisl. Ratio hujus varietatis videtur esse, quod olim in quibusd. Codd. πρότερον (non πότερον) pro πάλαι legebatur, quod modo occurrebat. Taylor. In causis forensibus semper requirebant judices ab actore causas accusationis; in quibus vel princeps habebatur ἡ ἔχθρα, simultas vetusta, aut ab ipso actore cum reo suscepta, aut a ma-

ὑπ' αὐτῶ πεπονθὼς κακῶς, πειράσομαι περὶ πάντων τῶν πεπραγμένων μεθ' ὑμῶν αὐτὸν τιμωρήσασθαι. περὶ μὲν [1]οὖν τῶν ἄλλων Ἀρχεστρατίδης ἱκανῶς κατηγόρησε· καὶ γὰρ τοὺς νόμους ἐπέδειξε καὶ μάρτυρας πάντων παρέσχετο. ὅσα δ' οὗτος παραλέλοιπεν, ἐγὼ καθ' ἕκαστον ὑμᾶς διδάξω. ἀνάγνωθι δέ μοι τὸν νόμον.

ΝΟΜΟΣ.

40 Β'. Εἰκὸς τοίνυν ἐστὶν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἐξ οὗ τὴν 520
εἰρήνην ἐποιησάμεθα, πρῶτον περὶ τούτων νυνὶ δικάζοντας μὴ μόνον δικαστὰς ἀλλὰ καὶ νομοθέτας αὐτοὺς γενέσθαι, εὖ εἰδότας ὅτι, ὅπως ἂν ὑμεῖς νυνὶ περὶ αὐτῶν γνῶτε, οὕτω καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἡ πόλις αὐτοῖς χρήσεται. δοκεῖ δέ μοι καὶ πολίτου χρηστοῦ καὶ δικαστοῦ δικαίου ἔργον εἶναι ταύτῃ τοὺς νόμους διαλαμβάνειν, ὅπῃ [2]καὶ εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον μέλλει συνοίσειν τῇ πόλει. τολμῶσι γὰρ τινες
140. 1 λέγειν ὡς οὐδεὶς ἔνοχός ἐστι λειποταξίου οὐδὲ δειλίας· μάχην γὰρ οὐδεμίαν γεγονέναι· τὸν δὲ νόμον κελεύειν, ἐάν τις [3]λίπῃ τὴν [4]τάξιν εἰς τοὐπίσω δειλίας ἕνεκα, μαχο- 521
μένων τῶν ἄλλων, περὶ τούτου τοὺς [5]στρατιώτας δικάζειν.

[1] οὖν om. T. R. A. [2] καὶ om. T. R. A. [3] λείπῃ T.
[4] τάξιν ἀναχωρῶν εἰς A. [5] στρατηγοὺς A.

joribus tradita. Legitima erat hæc causa. Bene itaque h. l. habet vulgata. Codices nonnulli dant πότερον. quod indicat in libris vetustis etiam fuisse versatam lectionem ποιηρόν. quæ ut non mala sit neque abhorreat ab h. l., præhabebo tamen equidem ei vulgatam. Reisk.

Περὶ μὲν τῶν ἄλλων] Lysiam magis refert, περὶ μέντοι τῶν ἄλλων. et paulo ante pro περὶ πάντων, forte ὑπέρ. Sed utrovis modo recte dici videtur. Markland. Post μὲν videtur οὖν deesse. Reisk. Contius addit οὖν post μὲν, non male. Auger.

Τὸν νόμον] Scil. περὶ τῶν λειποτακτούντων. de pœnis, quæ debentur desertori stationis suæ in acie. Reisk.

Τὴν εἰρήνην] Significatur ea pax, quam redeuntes in urbem e Piræeo cum urbanis pepigerant; de qua proxima superior commemorat oratio. Idem.

Αὐτοὺς] Respondet Latino *eosdem*, id est, una, simul quoque, in una eademque persona, ut vulgo usurpant. *non solum judices, sed una quoque legislatores.* Idem.

Διαλαμβάνειν] Raro sensu pro διαχειρίζειν, *tractare, versare, administrare.* Idem. Hic intelligo διαλαμβάνειν, *explicare, interpretari.* Auger.

Ἔνοχός ἐστι λειποταξίου] Frequentia in casu Tertio. sed et hoc probum est. Sic ἔνοχος προδοσίας, Lycurgus p. 168. ἔνοχοι κλοπῆς, Philo de Josepho, pag. 379. ed. Turneb. D. Jacobus II. 10. γέγονε πάντων ἔνοχος. et ita Heb. II. 15. Matt. XXVI. 66. Idem V. 22. cum Quarto casu et Præpositione, ἔνοχος εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. ἔνοχοι δεσμοῦ γεγόνασι, Demosthenes de Cor. Trierarch. §. β'. Markland.

Εἰς τοὐπίσω] Num deest ἀναχωρῶν? vide paulo post p. 426. v. 5. Verumtamen leges dictionis brevitatem consectari constat. Reisk.

Στρατιώτας] Στρατηγούς. Schott. Recte fortasse. Id mendum non simplici vice Lysiæ Codd. invasit. Taylor. Propius videtur στρατηγοῦντας. Legi quoque posset δικάσειν: sed non opus esse opinor. Paulo post, pro μόνον αὐτῶν τῶν πολιτῶν, scribe αὐτόν. Markland. Contius quoque αὐτόν.

ὁ δὲ νόμος οὐ περὶ τούτων κελεύει μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁπόσοι ἂν μὴ παρῶσιν ἐν τῇ πεζῇ στρατιᾷ. ἀνάγνωθί μοι τὸν νόμον. 5

ΝΟΜΟΣ.

Ακούετε, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅτι περὶ ἀμφοτέρων κεῖται, καὶ ὅσοι [1] ἂν μάχης οὔσης εἰς τοὐπίσω ἀναχωρήσωσι, καὶ ὅσοι ἂν ἐν τῇ πεζῇ στρατιᾷ μὴ παρῶσι. σκέψασθε δὲ τίνες εἰσὶν οὓς δεῖ παρεῖναι. οὐχ οἵτινες ἂν τὴν ἡλικίαν ταύτην ἔχωσιν; οὐχ οὓς ἂν οἱ στρατηγοὶ καταλέξωσιν; ἡγοῦμαι δ', ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅλῳ τῷ νόμῳ μόνον αὐτὸν τῶν πολιτῶν ἔνοχον εἶναι. ἀστρατείας μὲν γὰρ δικαίως ἂν αὐτὸν 10 ἁλῶναι, [2] ὅτι οὐ κατελέγη, λειποταξίου δὲ, ὅτι οὐκ ἐπ-
522 εξῆλθε μεθ' ὑμῶν [3] στρατοπέδῳ μόνος, οὐδὲ παρέσχε μετὰ τῶν ἄλλων ἑαυτὸν [4] τάξαι, δειλίας δὲ, ὅτι [5] δεῖ [6] ἕκαστον μετὰ τῶν [7] ὁπλιτῶν κινδυνεύειν, [8] ὁ δ' ἱππεύειν εἵλετο. καίτοι φασὶν αὐτὸν ταύτην [9] τὴν ἀπολογίαν [10] ποιήσεσθαι, ὡς
523 ἐπειδήπερ ἵππευεν, οὐδὲν ἠδίκει τὴν πόλιν. ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι διὰ τοῦθ' [11] ὑμᾶς δικαίως ἂν αὐτῷ ὀργίζεσθαι, ὅτι τοῦ νόμου κελεύοντος, ἐάν τις ἀδοκίμαστος ἱππεύῃ, ἄτιμον εἶναι, ἐτόλ- 15 μησεν ἀδοκίμαστος ἱππεύειν. καί μοι ἀνάγνωθι τὸν νόμον.

ΝΟΜΟΣ.

γ'. [12] Οὗτος τοίνυν εἰς τοῦτ' ἦλθε πονηρίας, καὶ οὕτως

[1] ἐὰν T. R. A.
[2] ὅτι καταλεγεὶς ὁ πατὴρ οὐκ ἐπεξῆλθε T. R. ὅτι καταλεγεὶς ὁπλίτης οὐκ ἐξῆλθε A.
[3] στρατοπεδευομένων, οὐδὲ παρῆν T. R. A. [4] τάξας T. R. A.
[5] δεῖν T. δέον R. A. [6] αὐτὸν A. [7] πολιτῶν T.
[8] ὁ δ' om. T. R. A. [9] τὴν om. T. A. [10] ποιήσασθαι T.
[11] ἡμᾶς T. [12] ὅτι T. ἔτι R. ὅδε A.

Ἐὰν μάχης] Ἂν μάχης. CONT.

Ταύτην] Subaudi ἣν ἔχει νῦν Ἀλκιβιάδης. Alias malim τὴν τακτὴν legi, *ætatem a legibus sancitam*. REISK. *Ætatem quam nunc habet Alcibiades*. AUGER.

Ὁ πατὴρ] Π. ὁπλίτης. οὕτω γὰρ καὶ ἐν τῷ μετὰ τοῦτον λόγῳ. H. STEPHAN. Recte. MARKLAND. [Etiam Contius vult ὁπλίτης.] Dele voces ὁ πατὴρ, quæ turbant sententiam, et tenebras affundunt huic loco; aliter ea mutare in melius non possum sine ope correctioris Codicis. PALMER. Notabilis est lectio Cod. Coisl. in hoc loco, non tamen utique correctior: Ὁ καταλεγεὶς ὁ πηρὸν οὐκ ἐπεξῆλθε μεθ' ὑμῶν (ἡμῶν Ald.) στρατοπέδῳ μόνος οὐ παρέσχε μετὰ τῶν ἄλλων ἑαυτὸν τάξαι. Fortasse: οὐκ ἐπεξῆλθε μεθ' ὑμῶν στρατοπεδευόμενος, οὐδὲ παρέσχε μετὰ τῶν ἄλλων ἑαυτὸν τάξαι. TAYLOR. Electione codicis Coisl. ὁ πηρὸν effeci Δοβηρόν. ut sit καταλεγεὶς εἰς Δοβηρὸν, aut εἰς Σκίρον, οὐκ ἐξῆλθε μεθ' ὑμῶν, ἐν τῷ στρατοπέδῳ μόνος, οὐδὲ παρέσχε μετὰ τῶν ἄλλων ἑαυτὸν τάξαι. REISK.

Δειλίας δὲ κ. τ. λ.] Δειλίας δὲ, ὅτι δέον αὐτὸν vel δεῖν αὐτὸν μετὰ τῶν κ. τ. λ. SCHOTT. δέον. CONT. SCAL. Scribendum δέον, *cum oporteret*. sed in altero nulla est constructio. MARKLAND.

Πολιτῶν] Π. ὁπλιτῶν. H. STEPHAN. Quod placet ex oppositione, ἱππεύειν εἵλετο. et ita infra bis. MARKLAND. Sic dedi h. l. pro vulgari πολιτῶν. Illud alterum melius etiam Kœnius ad Corinthium de Dialectis p. 60. probat. Confer infra p. 427. v. 6. REISK.

Ποιήσασθαι] F. ποιήσεσθαι. TAYLOR. Quemadmodum recte edidit Vanderheidius. MARKLAND.

Ἡμᾶς] L. ὑμᾶς. TAYLOR.

Ὅτι τοίνυν] L. οὗτος τοίνυν. SCHOTT. TAYLOR. MARKLAND. ἔτι τοίνυν. CONT.

ὑμῶν κατεφρόνησε καὶ τοὺς πολεμίους ἔδεισε καὶ ἱππεύειν
ἐπεθύμησε καὶ τῶν νόμων οὐκ ἐφρόντισεν, ὥστε οὐδὲν αὐτῷ
τούτων τῶν κινδύνων ἐμέλησεν, ἀλλ' ἐβουλήθη καὶ ἄτιμος
εἶναι καὶ τὰ χρήματ' αὐτοῦ δημευθῆναι καὶ πάσαις ταῖς
20 κειμέναις ζημίαις ἔνοχος γενέσθαι, μᾶλλον ἢ μετὰ τῶν
[1]ὁπλιτῶν εἶναι καὶ ὁπλίτης γενέσθαι. καὶ ἕτεροι μὲν οὐδε-
πώποτε ὁπλιτεύσαντες, [2]ἔφιπποι δὲ ὄντες τὸν ἄλλον χρόνον
καὶ πολλὰ κακὰ τοὺς πολεμίους πεποιηκότες, οὐκ ἐτόλ-
μησαν ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀναβῆναι, δεδιότες ὑμᾶς καὶ τὸν 524
νόμον· οὕτω γὰρ ἦσαν παρεσκευασμένοι, οὐχ ὡς ἀπολουμένης
τῆς πόλεως, ἀλλ' ὡς σωθησομένης καὶ μεγάλης ἐσομένης
25 καὶ τιμωρησομένης τοὺς ἀδικοῦντας· Ἀλκιβιάδης δ' ἐτόλ-
μησεν ἀναβῆναι, οὔτε εὔνους ὢν τῷ πλήθει οὔτε πρότερον
ἱππεύσας οὔτε νῦν ἐπιστάμενος οὔτε ὑφ' ὑμῶν δοκιμασθεὶς,
ὡς οὐκ ἐξεσόμενον τῇ πόλει δίκην παρὰ τῶν ἀδικούντων
λαμβάνειν. ἐνθυμηθῆναι δὲ χρὴ [3]ὅτι, εἰ ἐξέσται ὅ τι ἄν τις
βούληται ποιεῖν, οὐδὲν ὄφελος νόμους κεῖσθαι ἢ ὑμᾶς συλλέ-
γεσθαι ἢ στρατηγοὺς αἱρεῖσθαι. θαυμάζω δὲ, ὦ ἄνδρες
30 δικασταὶ, εἴ τις ἀξιοῖ, ἐὰν μέν τις προσιόντων τῶν πολεμίων
τῆς πρώτης τάξεως τεταγμένος τῆς δευτέρας γένηται, 525
τούτου μὲν δειλίαν καταψηφίζεσθαι. ἐὰν δέ τις ἐν τοῖς
ὁπλίταις τεταγμένος ἐν τοῖς ἱππεῦσιν ἀναφανῇ, τούτῳ
συγγνώμην ἔχειν.

[1] πολιτῶν T. A. [2] ἱππεύσαντες δὲ καὶ τὸν T. R. A. [3] ὅτ', εἰ T. A.

Τούτων] Id est, in lege modo recitata propositorum, et quæ ipse statim enumerat. Reisk.

Χρήματ' αὐτοῦ] Π. χρήμαθ' αὐτοῦ. H. Stephan.

Ὁπλιτῶν] Sic rursus etiam hic pro vulgari πολιτῶν dedi. Sed annon idem est μετὰ τῶν ὁπλιτῶν εἶναι et ὁπλίτης γενέσθαι; Num alterum alterius est scholium? Arbitrentur alii. Reisk.

Καὶ τὸν ἄλλον χρόνον] Num καὶ πάντα τὸν ἄ. χ. Dictio καὶ πᾶς, id quod jam aliquoties admonendum duxi, idem significat atque simplex πᾶς vel ἅπας. Idem.

Οὐκ ἐτόλμησαν] Subaudi καταλεγέντες εἰς τὸ ὁπλιτικὸν, καὶ κελευσθέντες ἀπὸ τῶν ἵππων καταβαίνειν. Idem.

Τὸν νόμον] Legem videtur eam designare, quæ militibus imperat, ut dicto prætorum audientes sint. Jam edixerant Strategi, ut in ea, de qua hic agitur, expeditione nemo in equo militaret, omnes in pedibus. Quod edictum contempserat Alcibiades. Idem.

Οὕτω γὰρ] H. e. quia viri fortes et strenui erant, non pavidi, non hostium formidine perculsi, sed bene de seque de patriaque sperabant, contra quam Alcibiades, qui maluit in equo merere, quia equiti celerior atque expeditior fuga est, quam pediti sub gravi armatura laboranti. Idem.

Ὅτ', εἰ] Ὅτι, εἰ. Cont. Quæ lectio eo probabilior est, quod iota in ὅτι non vulgo elidatur. Auger.

Τῆς πρώτης τάξεως τεταγμένος] Recurrit hæc eadem dictio p. 147. 11. ed. Steph. verum hic loci est corrigendum, aut sic ut ἐπὶ addatur, id quod in posteriore loco Scaliger quoque fecit, aut sic, ut post τεταγμένος addatur εἶναι. quod in posteriorem locum haud quadrat. Reisk. Sub. ἐπί. Auger.

δ'. Καὶ μὲν δὴ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἡγοῦμαι δικάζειν ὑμᾶς, οὐ μόνον τῶν ἐξαμαρτανόντων ἕνεκα, ἀλλ' ἵνα καὶ τοὺς ἄλλους τῶν ἀκοσμούντων σωφρονεστέρους ποιῆτε. ἐὰν μὲν τοίνυν τοὺς ἀγνῶτας κολάζητε, οὐδεὶς ἔσται τῶν 35 ἄλλων βελτίων· οὐδεὶς γὰρ εἴσεται [1] τὰ ὑφ' ὑμῶν καταψηφισθέντα· ἐὰν δὲ τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν ἐξαμαρτανόντων τιμωρῆσθε, πάντες πεύσονται, ὥστε τούτῳ παραδείγματι χρώμενοι βελτίους ἔσονται οἱ πολῖται. ἐὰν τοίνυν τούτου καταψηφιεῖσθε, οὐ μόνον οἱ ἐν τῇ πόλει εἴσονται, ἀλλὰ καὶ οἱ σύμμαχοι αἰσθήσονται καὶ οἱ πολέμιοι πεύσονται, καὶ ἡγήσονται πολὺ πλείονος ἀξίαν εἶναι τὴν πόλιν, 40 ἐὰν ὁρῶσιν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις τῶν ἁμαρτημάτων μάλισθ' ὑμᾶς ὀργιζομένους καὶ μηδεμιᾶς συγγνώμης τοὺς ἀκοσμοῦντας ἐν τῷ πολέμῳ τυγχάνοντας. ἐνθυμεῖσθε [2] δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὅτι τῶν στρατιωτῶν οἱ μὲν κάμνοντες ἐτύγχανον, οἱ δὲ ἐνδεεῖς ὄντες τῶν ἐπιτηδείων, καὶ ἡδέως ἂν οἱ μὲν ἐν ταῖς πόλεσι καταμείναντες ἐθεραπεύοντο, οἱ
526 δὲ οἴκαδ' ἀπελθόντες τῶν οἰκείων ἐπεμέλοντο, οἱ δὲ [3] ψιλοὶ 141. 1
ἐστρατεύοντο, οἱ δ' ἐν τοῖς ἱππεῦσιν ἐκινδύνευον· ἀλλ' ὅμως οὐκ ἐτολμᾶτε ἀπολιπεῖν τὰς τάξεις οὐδὲ τὰ ἀρεστὰ ὑμῖν αὐτοῖς αἱρεῖσθαι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἐφοβεῖσθε τοὺς τῆς
527 πόλεως νόμους ἢ τὸν πρὸς τοὺς πολεμίους κίνδυνον. ὧν χρὴ μεμνημένους ὑμᾶς νυνὶ τὴν ψῆφον [4] φέρειν, καὶ πᾶσι φανερὸν

[1] τὸν R. [2] οὖν T. R. A. [3] φίλοι T. R.
[4] φέρειν om. T. ante τὴν ponit R.

Τὰ ὑφ' ὑμῶν καταψηφ.] Τὸν ὑφ' ὑμῶν καταψηφ. de suo dedit Reiskius. Vulgatam tamen tuetur Wakefield. Silv. Crit. sect. CLXVII.

Ἐὰν ὁρῶσιν] Mallem: ἐπάν. *postquam*. quia præcessit ἐὰν in hac sententia. Sic Orat. XXX. ἐπὰν παρὰ τῶν ἀδικούντων δίκην λαμβάνητε. MARKLAND.

Οἱ δὲ φίλοι] οἱ δὲ ψιλοί. CONT. Locus desperatissimus, quem tametsi aliquantulum sanando profeceris, mutans φίλοι vel in ὁπλῖται cum Schotto, vel in ψιλοὶ, quo pacto videtur Groulartus accepisse, etiamnum tamen vel meliorem Cod. vel felicius ingenium desidero, ut cetera complanentur, quæ sunt mendosissima. TAYLOR. Obvium erat ψιλοὶ, *levis armaturæ milites:* quos τῆς κουφῆς ὁπλίσεως vocat Philo Vit. Mos. p. 427. nempe, ἀκοντιστάς τε καὶ σφενδονίτας καὶ ἱπποτοξότας. Lucianus Ver. Hist. p. 649. ψιλοί τε ὄντες, καὶ πεζοὶ, πλὴν μάχιμοί γε καὶ οὗτοι. Nota vox ex omnibus Historicis. Vide Pollucem I. 10. segm. 131. et Scholiast. Thucydides lib. I. segm. 60. et Demosth. adv. Aristocratem, ubi conjungit ψιλοὺς et ἱππέας, quemadmodum in hoc loco Lysias, et Thucydides lib. II. segm. 79. et IV. 93: et alibi passim. MARKLAND. Malim οἱ δ' ἐν ψιλοῖς ἐστρατεύοντο, ut statim sequitur οἱ δ' ἐν ἱππεῦσιν ἐκινδύνευον. REISK.

Πολέμους] Legendum πολεμίους, ut olim observavi. Vid. nostræ Edit. p. 44. TAYLOR. Scribe πολεμίους, *hostes:* ut Orat. XVI. τοὺς κινδύνους τοὺς πρὸς τοὺς πολεμίους. Statim post ψῆφον recte inserit Stephanus φέρειν: ut Orat. XV. ad finem. Mox forte scribendum: καὶ ἀντιβολήσουσιν οὐκ ἀξιοῦν—καταγνῶναι. non ἀξιοῦντες. MARKLAND.

Ψῆφον, καὶ] Π. Ψῆφον φέρειν, καί. H. STEPHAN. SCALIG. CONT.

5 ποιεῖν ὅτι Ἀθηναίων οἱ μὴ βουλόμενοι τοῖς πολεμίοις μάχεσθαι ὑφ' ὑμῶν κακῶς πείσονται.

ε'. Ἡγοῦμαι δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, περὶ μὲν τοῦ νόμου καὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος οὐχ ἕξειν αὐτοὺς ὅ τι λέξουσιν· ἀναβαίνοντες δ' ὑμᾶς ἐξαιτήσονται καὶ ἀντιβολήσουσιν, οὐκ ἀξιοῦντες τοῦ Ἀλκιβιάδου υἱέος τοσαύτην δειλίαν καταγνῶναι, ὡς ἐκεῖνον πολλῶν ἀγαθῶν ἀλλ' οὐχὶ πολλῶν κακῶν αἴτιον γεγενημένον, [1] ὃν εἰ τηλικοῦτον ὄντα ἀπεκτείνατε, ὅτε πρῶτον εἰς ὑμᾶς ἐλάβετε ἐξαμαρτάνοντα, οὐκ ἂν ἐγένοντο συμφοραὶ τοσαῦται τῇ πόλει. δεινὸν δέ μοι δοκεῖ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, εἶναι, εἰ αὐτοῦ μὲν ἐκείνου θάνατον κατέγνωτε, τοῦ δὲ υἱοῦ ἀδικοῦντος δι' ἐκεῖνον ἀποψηφιεῖσθε· ὃς αὐτὸς μὲν οὐκ ἐτόλμα μεθ' [2] ὑμῶν μάχεσθαι, ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ μετὰ τῶν πολεμίων ἠξίου στρατεύεσθαι. καὶ [3] ὅτε 528
μὲν παῖς [4] ἦν καὶ οὔπω δῆλος ἦν ὁποῖός τις ἔσται, διὰ 529

[1] ὃν om. T. [2] ἡμῶν T. R. A. [3] ὅταν T. R. A.
[4] ἦν, οὔτω T. ἂν οὔπω R. ἦν (οὔπω—ἔσται) A.

Αὐτοὺς] Alcibiadem puta ejusque patronos atque advocatos. Reisk.

Ἐξαιτήσονται] Malim simplex αἰτήσονται, quia ἐξαιτέομαι non dicitur sine aliquo regimine. Auger.

Ἐκεῖνον—γεγενημένον] Ego nullus dubito hos accusativos eum genitivis ἐκείνου et γεγενημένου esse mutandos. redeunt enim non ad juniorem Alcibiadem, sed ad seniorem. nisi mavis accusativos absolutos esse. Reisk.

Γεγενημένον, εἰ τηλικοῦτον etc]. Γεγ. ὂν εἰ τηλ. Cont. Taylor. Restitue ὂν ante εἰ. ὂν εἰ τηλικοῦτον ὄντα etc. Amittebatur in præcedente syllaba. Markland. Interposui ὂν. redit ad Alcibiadem, patrem hujus, rei. Reisk.

Τηλικοῦτον] Intelligo, ea ætate qua nunc est filius Alcibiades. Auger.

Μεθ' ἡμῶν μάχεσθαι] ὑμῶν. Cont. Potius ὑμῶν. ut ante: οὐκ ἐπεξῆλθε μεθ' ὑμῶν στρατοπεδευομένων. et ita sæpe in hac Oratione. Markland.

Μετὰ τῶν πολεμίων] Post μετὰ τῶν πολεμίων addendum videtur ἐφ' ὑμᾶς. v. p. 436. v. 6. p. 437. v. 5. 10. Reisk.

